This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

HARVARD
DIVINITY
SCHOOL
Andover-Harvard
Theological Library

PAULI
AD ROMANOS EPISTOLA.

RECENSUIT

ET

CUM COMMENTARIIS PERPETUIS

EDIDIT

D. CAR. FRID. AUGUST. FRITZSCHE

IN ACADEMIA GISSENSI THEOLOGIAE EVANGELICAE
PROFESSOR ORDINARIUS.

TOMUS III.

ADJECTI SUNT

LOCUPLETISSIMI INDICES.

HALIS SAXONUM

SUMTIBUS GEBAUERIIS

1843.

Ne mea dona, tibi studio disposta fideli
Intellecta priusquam sint, contempta relinquas.

LUCRETIUS.

Turpe est aliud loqui, aliud sentire: quanto turpius aliud scribere, aliud sentire?

SENECA.

573.6
FRITZSCHE
V.3

PRAEFATIO.

Quum Rostochii alacri animo eo tenderem, ut egregiae Pauli ad Romanos epistolae interpretationem denique absolverem, Gissam inde evocatus sum. Novi muneris susceptio tot me implicavit negotiis, ut profligatum opus aliquamdiu mihi intermittendum esset. Accesserunt domesticae sollicitudines, quae animum meum ad tempus infringerent. Itaque tantum temporis in operis mei exaedificationem conferre tum poteram, quantum a publico officio et a privato dolore vacabat. Sed quum et muneris publici rationibus me satisfecisse et aegritudinis causam vel sublatam vel certe imminutam esse vidissem, omnem in persequendâ et conficiendâ epistolae ad Romanos explicatione cogitationem et curam meam ponendam esse existimavi. Hunc vero ex interpositâ morâ fructum percepisse mihi videor, ut nonnullae hujus libri partes magis expolitae et elimatae edi possent. Faxit Deus O. M., quem pie veneror, quod iis annis, quibus otium meum in conscribendo hoc libro consumpsi, valetudinis prosperitatem benigne mihi largitus est, ut opera, quam gravissimae Pauli episto-

lae tribui, nonnihil eos Theologos adjuvet, qui accuratâ librorum sacrorum interpretatione nihil ad theologicam disciplinam melius fundandam firmius, ad explodenda hominum commenta efficacius, ad componendas vanas sectarum controversias potentius, ad vitam denique divinorum sententiis scriptorum dirigendam fructuosius esse recte sentiunt. Nunc exantlato diuturno labore totis viribus meis incumbam, ut Johannis et Lucae evangelia explanem, neque, nisi forte subitâ re coactus, nova eaque satis ampla negotia, quae multa multi benevole mihi destinarunt, prius suscipiam, quam quae ex syngraphâ ante multos annos factâ debeo relligiose dissolvero. Restat, ut ex animi mei sententiâ maximas gratias agam Bindseilio, Philosophiae Doctori, Viro amplissimo, doctissimo, amicissimo, quod meo rogatu commentarios meos locupletissimis indicibus iisque summâ cum fide confectis ornavit.

Scribebam Gissae XVIII Calendas Octobres
a. MDCCCXLIII.

CAP. XII.

ARGUMENTUM.

Quum igitur Deus eâ, quam 11, 32. dixi, benevolentiâ omnes homines complexus sit, hortor vos per Dei miserationem, ut Deo sistatis corpora vestra hostiam vivam, sanctam eique gratam atque hanc Dei reverentiâ tuendam corporum vestrorum castitatem *imaginarium* vestrum cultum esse censeatis (v. 1.): neque vos conformate ad turpium Satanae satellitum studia et voluntatem, sed transfigurate vos per animi vestri renovationem, ita ut examinetis quidnam Deus fieri velit, h. e. honestatem, actiones ei acceptas perfectamque pietatem (v. 2.). Nam edico cuique vestrûm pro meâ Apostoli auctoritate, ut depositâ superbiâ (quae hominem Christi disciplinâ transfiguratum dedecet) usque ad modestiam animati sitis pro diversâ fidei mensurâ, quae cuique divinitus data fuerit (v. 3.). Ita enim a Deo comparatum est, ut sicut numerosa corporis membra omnia diversis officiis funguntur, ita nobis tot hominibus in Christi societatem assumtis pro diversâ fidei nobis impertitae mensurâ disparia munera obeunda sint (v. 4. et 5.). Quum autem dotes pro gratiâ nobis datâ diversas habeamus, unusquisque nostrûm ornamentis divinitus datis relligiose utatur: qui divinationem acceperint, pro proportione firmissimae prophetis a Deo datae fidei divinent: in quos diaconorum munus collatum fuerit, ii operam suam huic muneri navent: magistri in docendi munere toti sint: monitores summum studium in exhortationem consumant (v. 6—8.). Nemo non officio suo relligiose satisfaciat: qui de suo largitur animo candido largiatur, rei hominive praefectus diligenter praesit, qui miseretur vultu laeto et hilari misereatur (v. 8.). Brevi praecidam, sincero animo homines amate, abhorrentes turpitudinem, adhaerescentes honestati (v. 9.). Quod ad amorem Christianis debitum attinet invicem vos diligite, observantiâ alter alterum antecedat (v. 10.): studio segnes esse nolite, mente fervete, tempori servite (v. 11.): melioris sortis spes vos erigat, calamitatem subterfugere nolite, constanter preces ad Deum fundite (v. 12.): afflictos Christianos sublevate, hospitalitati studete (v. 13.). Bona precamini iis, qui vos insectantur, neque mala imprecamini (v. 14.). Laetamini cum laetis (Christianis), flete cum flentibus, tantundem pretii vobis invicem statuentes, non alta spirantes, sed tales, qui per miseram fortunam vos simul abripi patiamini (v. 15. 16.). Nolite vobismet ipsis sapere videri (v. 16.), nulli homini malum pro malo rependite, providete, ut honeste vivatis omnium hominum judicio (v. 17.), si fieri potest, quantum in vobis est, cum

omnibus hominibus pacem agitate (v. 18.). Nolite vosmet ipsos ulcisci, carissimi, sed Deo vindictam permittite, divino praecepto Deut. 32, 35. parentes (v. 19.). Esurientem inimicum cibo, sitientem potu recrea: nam benignitate tuâ gravissimos dolores inimico commovebis ex poenitentiâ injuriarum tibi inflictarum (v. 20.). Noli vinci malo, sed vince malum bonitate (v. 21.).

V. 1. *Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, ἀδελφοί, διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ θεοῦ παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν,* 2. *καὶ μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν, εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τί τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον.* 3. *Λέγω γὰρ διὰ τῆς χάριτος τῆς δοθείσης μοι παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν, μὴ ὑπερφρονεῖν παρʼ ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν, ἑκάστῳ ὡς ὁ θεὸς ἐμέρισε μέτρον πίστεως.* 4. *Καθάπερ γὰρ ἐν ἑνὶ σώματι μέλη πολλὰ ἔχομεν, τὰ δὲ μέλη πάντα οὐ τὴν αὐτὴν ἔχει πρᾶξιν,* 5. *οὕτω καὶ οἱ πολλοὶ ἓν σῶμά ἐσμεν ἐν Χριστῷ, ὁ δὲ καθʼ εἷς ἀλλήλων μέλη.* 6. *Ἔχοντες δὲ χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διάφορα, εἴτε προφητείαν, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως,* 7. *εἴτε διακονίαν, ἐν τῇ διακονίᾳ, εἴτε ὁ διδάσκων, ἐν τῇ διδασκαλίᾳ,* 8. *εἴτε ὁ παρακαλῶν, ἐν τῇ παρακλήσει. Ὁ μεταδιδοὺς ἐν ἁπλότητι, ὁ προϊστάμενος ἐν σπουδῇ, ὁ ἐλεῶν ἐν ἱλαρότητι.* 9. *Ἡ ἀγάπη ἀνυπόκριτος, ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρόν, κολλώμενοι τῷ ἀγαθῷ,* 10. *τῇ φιλαδελφίᾳ εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι, τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι,* 11. *τῇ σπουδῇ μὴ ὀκνηροί, τῷ πνεύματι ζέοντες, τῷ καιρῷ δουλεύοντες,* 12. *τῇ ἐλπίδι χαίροντες, τῇ θλίψει ὑπομένοντες, τῇ προσευχῇ προσκαρτεροῦντες,* 13. *ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες, τὴν φιλοξενίαν διώκοντες.* 14. *Εὐλογεῖτε τοὺς διώκοντας ὑμᾶς· εὐλογεῖτε, καὶ μὴ καταρᾶσθε.* 15. *Χαίρειν μετὰ χαιρόντων, [καὶ] κλαίειν μετὰ κλαιόντων,* 16. *τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες, μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες, ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι. Μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρʼ ἑαυτοῖς,* 17. *μηδενὶ*

κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντες, προνοούμενοι καλὰ ἐνώπιον πάντων ἀνθρώπων, 18. *εἰ δυνατόν, τὸ ἐξ ὑμῶν μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύοντες,* 19. *μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες, ἀγαπητοί, ἀλλὰ δότε τόπον τῇ ὀργῇ· γέγραπται γάρ· Ἐμοὶ ἐκδίκησις, [καὶ] ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει κύριος.* 20. *Ἐὰν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου, ψώμιζε αὐτόν· ἐὰν διψᾷ, πότιζε αὐτόν· τοῦτο γὰρ ποιῶν ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.* 21. *Μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ, ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν.*

Nunc Ap. Romanos ad morum sanctitatem hortatur iisque tradit praecepta vivendi 12, 1. — 15, 13.. Quae quidem praecepta neque omnia hominum christianorum officia complectuntur (sunt enim haud pauca praetermissa), neque ut artis regulae poscunt exponuntur. Non ostendit Ap. honestatis necessitatem neque ultimam causam aperit, quae sanctos nos esse jubeat, sed hoc tantummodo adsignificat, ne quid improbe aut faciamus (12, 1.), aut cogitemus (12, 2.) benignitate nos impediri, quâ Deus sibi nos devinxerit (12, 1.). Deinde P. non jecit honestatis fundamenta, ut institutum opus postea exaedificaret aut ratione ac viâ disputans concluderet quae ex propositis efficerentur, sed ut in familiari colloquio orationem suam vagari passus est. Itaque non nisi ea tetigit, quae ut dicerentur disciplinae christianae severitas, temporum ratio et Romanorum res postulare viderentur et sua praecepta in iis locis collocavit, quae apta esse non diligens praeparatio aut acris meditatio eum docuisset, sed usus animique in subitâ, quam dictaret, oratione attentio ostenderet. Nam nonnulla praecepta eo loco posita sunt, ut non Romanis scribenda animo volventis meditatio, sed fortuita epistolam dictantis oratio ea peperisse appareat. Sic ut 12, 14. *εὐλογεῖτε τοὺς διώκοντας ὑμᾶς* **P. exarari juberet proximis verbis v. 13.** *τὴν φιλοξενίαν διώκοντες* **motus est et quod praeceptum dedit 13, 8.** *μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε, εἰ μὴ τὸ ἀλλήλους ἀγαπᾶν* **id ut in mentem ei veniret praecedens sententia effecit v. 7.** *ἀπόδοτε οὖν πᾶσι τὰς ὀφειλὰς κτλ.* **Accedit quod gravia praecepta oblatâ opportunitate Ap. repetiit (v. 12, 10. cl. 13, 8. sq., 12, 3. cl. 12, 16., 12, 1. cl. 13, 13. sq.). Male igitur** ***Carpzovius*** **hunc P. locum (12, 1. — 15, 13.)** ***Theologiae moralis synopsin*** **esse judicavit et frustra ii laborarunt, qui (*Baumgartenus, Carpzovius, Olshausenus*), Paulum h. l. res subtiliter excogitatas tantâ**

curâ, quantâ imperator milites instruat, disposuisse docere conati sunt. Quamquam subita Apostoli oratio ejusmodi est, ut egregii viri pietatem et subtilitatem recte admireris facileque intelligas quidnam potissimum animo intenderit. Nam primum quidem Romanos ut recte et agerent et sentirent in universum cohortatus (12, 1. 2.) quot quantaque officia hâc unâ lege continerentur, quae hominum christianorum mentes transfigurari juberet (v. 2.) iis exemplis ostendere studuit, quae partim disciplinae christianae sanctitas, partim respectus Romanorum ei commendasset (12, 3. sqq.). Deinde Romanos et ut magistratibus obedirent (12, 1. sqq.) et ut alteri alterorum opiniones et instituta amice ferrent (14, 1. sqq.) admonendos duxit.

V. 1. et 2. Cohaerentia: Quum igitur Deus eâ, quam dixi 11, 32., benevolentiâ omnes homines complexus sit, hortor vos, ut re ipsâ et animo vos gratos ei praebeatis atque pie et agatis (v. 1.) et sentiatis (v. 2.). οὖν] Apta sunt Pauli praecepta ex sententiâ 11, 32. propositâ (*Boehm. Rueck.* al.). Nam superquam quod illa sententia, quâ P. gravissimam disputationem aptissime conclusit, neminem non officiorum, quibus Dei benignitatem remunerari oporteat, admonuerit (decet enim virum bonum ei gratificari, a quo beneficiis affectus sit), ipsa Pauli verba, eum h. l. ad 11, 32. redire satis declarant. Hortatur enim Romanos *per Dei misericordiam* (παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ θεοῦ). Nemo hanc rem in dubitationem vocasset, si Ap. παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς διὰ τοῦ ἐλέους τοῦ θεοῦ (cf. 11, 32. — ἵνα τοὺς πάντας ἐλεήσῃ) scripsisset. At P. pro animi sui commotione vocabulum ponere maluit, quod idem diceret *fortius* (v. II, 315.). Ad 11, 35. 36. οὖν 12, 1. non recte referas (v. *Meyerum*), quum ibi P. Deum misericordem esse minime dixerit, sed neminem Deum beneficiis ad liberalitatem provocasse eo consilio monuerit, ut ditem Deum esse, qui in omnes homines beneficia conferre possit, ostenderet. Multo minus Pauli praecepta 12, 1. ex iis omnibus, quae P. hucusque Romanis scribi jussit, nexa sunt (*Grot. Reich.* al.). παρακαλῶ] Hoc vocabulum h. l. non *oro, obsecro* (v. *Trillerum* ad Thom. Mag. p. 684. ed. Bern.) significat (v. *Orig.*, *Chrys.* et *Erasmum* cl. 2 Cor. 5, 20. Gal. 4, 12.), sed *hortor*. Docet contexta oratio. Nempe vs. 3. sqq., ubi Ap. sententiam vs. 2. illustrat, non orat lectores, sed graviter adhortatur (λέγω γὰρ διὰ τῆς χάριτος τῆς δοθείσης μοι παντὶ κτλ. v. 3.). Sic 2 Cor. 10, 1. — παρακαλῶ ὑμᾶς διὰ — valere *obsecro vos per* — manifestum est ex v. δέομαι δὲ v. 2.. *Erasmi* argumentum, videri διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ θεοῦ magis *obse-*

crantis, quam *adhortantis* esse pondere caret. Nam per Dei misericordiam et *adhortari* aliquem licet et *orare*. *Παρακαλεῖν* et quum *hortari* et quum *obsecrare* denotat non solum cum Infinitivo, ut h. l., sed etiam cum conjunctionibus ἵνα (1 Cor. 1, 10. Marc. 5, 10. Chariton 3, 1. παρεκάλει δὲ [Διονύσιος] Καλιῤῥόην ἐν τοῖς γράμμασιν, ἵνα αὐτῷ προςέλθῃ κἂν νεκρῷ) et ὅπως (v. Matth. 8, 34. et *Heldii* notam ad Plutarchi Timol. p. 439.) *hortari*, *orare*, *ut* — consociatur. Praeterea multis locis id, quod aliquem ores aut ad quod aliquem horteris, ἀσυνδέτως additur per Imperativum, παρακαλῶ σε, τοῦτο ποίει *oro* (hortor) *te*, *hoc fac*. Hebr. 13, 22. παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, ἀνέχεσθε τοῦ λόγου τῆς παρακλήσεως. 1 Petr. 5, 1. 2. [Rom. 16, 17. varr. lect.] Chariton 5, 10. fin. ἀλλὰ οὖν — αἰτοῦμαί σε, Καλιῤῥόη, χάριν τελευταίαν· ὅταν ἀποθάνω πρόςελθέ μου τῷ νεκρῷ —. παρακαλῶ ὑμᾶς διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τ. θ.] Attici orant, hortantur et obtestantur πρός τινος *ab aliquo mente profecti*, ergo alicujus, qui reverendus (quod reverendum) sit *ratione habitâ*. Cf. Soph. Aj. 584. *Herm.* καί σε πρὸς τοῦ σοῦ τέκνου | καὶ θεῶν ἱκνοῦμαι μὴ προδοὺς ἡμᾶς γένῃ. Eur. Iphig. T. 1068. ἀλλὰ πρός σε δεξιᾶς, | σὲ καὶ σ' ἱκνοῦμαι —. Demosth. de Rhodiorum libertate 198, 10. *Reiske* φέρε γάρ, πρὸς θεῶν σκοπεῖτε —. Contra Paulus orat, hortatur et jubet διά τινος *per* personam aut rem i. e. re aut personâ *utens*, rem aut personam, cujus cogitatio lectorum animos percellat, *commemorans* (Rom. 12, 3. 15, 30. [2 Thess. 3, 12.] 1 Cor. 1, 10. 2 Cor. 10, 1.). Ita etiam Romani. Cf. Terent. Andr. 3, 3, 6. *Per* ego te Deos oro et nostram amicitiam, Chreme, — *perque* unicam gnatam tuam et gnatum meum — ut me adjuves in hâc re. Absurde *Tholuccius* locum 2 Tim. 2, 2., ut videtur, intuitus, quem *Winerus* recte explicuit gr. p. 362., διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ θεοῦ „*quodammodo*" *coram Dei misericordiâ* (!) declarare dixit. *Coram* Deo est ἐνώπιον τοῦ θεοῦ (1 Tim. 6, 13. παραγγέλλω σοι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ — καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ, τηρῆσαί σε κτλ.). διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τ. θ.] Pluralis οἱ οἰκτιρμοί non *magnam misericordiam* ex hebraismo significat (*Grot.*, *Heum.* al.), sed *motus*, *studia miserantis*, barmherzige Gesinnungen (2 Cor. 1, 3. Phil. 2, 1. Hebr. 10, 28.). Neque aliam vim hebr. רַחֲמִים habet. Hunc Pluralis τῶν οἰκτιρμῶν usum hebraismum recte et dixeris et negaveris. Est hebraismus, si fontis, e quo ille vocabuli τῶν οἰκτιρμῶν usus haustus sit, rationem habueris. Haud dubie enim graecienses Judaei, ut hebraicum voc. רַחֲמִים accurate in suam linguam transferrent, τοὺς οἰκτιρμούς *motus*, *studia et facta miserantis*

pro *misericordiâ* posuerunt. Documento sunt LXX, qui רַחֲמִים plerumque per *οἰκτιρμούς* reddiderint (cf. v. c. Jes. 63, 15. Ps. 68[69], 17. 118[119], 77.). Non est ille usus hebraismus tibi vocandus, si graecae et hebraicae linguae ingenium spectaveris. Nam in utraque linguâ notiones universales numero multitudinis exprimuntur, ut Graeci quoque *τοὺς οἰκτιρμούς* ita usurpare potuissent neque dubium sit, quin Graeci *τῶν οἰκτιρμῶν* a graeciensibus Judaeis collocatorum vim facile intellexerint. Quippe notiones universales nusquam sunt, nisi in nostrâ mente concipimusque eas ex singulis rebus, quae sensibus percipiuntur, collectas. Sic *motus viventis* (חַיִּים) *vitae*, *studia benigni* (*εὔνοιαι*) *benignitatis*, *studia et facta misericordis* (*ἐλέη*, *οἰκτιρμοί*) *misericordiae* notionem nobis suppeditant licetque vitam חַיִּים, benignitatem *εὐνοίας* et misericordiam *ἐλέη*, *οἰκτιρμούς* vocare (v. *Ewaldi* krit. Gr. d. hebr. Spr. p. 326. et Gr. d. hebr. Spr. des A. T. p. 230. ed. 3., *Bernhardyi* Wissensch. Syntax d. griech. Spr. p. 62. sq., *Kuehneri* Ausf. Gr. d. griech. Spr. II, 28 sq. et Romanorum *blanditias*, *delicias*, *iras* et *inimicitias*). Philo V. Mos. I. §. 27. fin. *Ταῦτα δὲ ἦσαν ἐγκράτειαι, καρτερίαι, σωφροσύναι, ἀγχίνοιαι* etc. E libris s. contende praeter ea quae Gal. 5, 20 sq. Jac. 2, 1. 1 Petr. 2, 1. 4, 3. leguntur hujus usus exempla *τὰ ἐλέη τοῦ κυρίου* (misericordiae specimina, documenta) Ps. 88 [89], 2. 50. 106 [107], 8. 15. 21. 31. *αἵματα* Joh. 1, 13. (cf. *γάλακτα* Plat. de leg. p. 887. C.), *τὰ θελήματα τῆς σαρκός* Eph. 2, 3. *παραστῆσαι*] Hoc verbum de iis proprie dici constat, qui hostiam *Deo sistunt* eamque arae admovent. (Lucian. Deorum concil. c. 13. — *ὥστε οὐδεὶς ἡμῖν οὐδὲ θύειν βούλεται, εἰδὼς ὅτι κἂν μυρίας ἑκατόμβας παραστήσῃ ὅμως τὴν τύχην πράξουσαν τὰ μεμοιραμένα* —. Icaromen. c. 24. Polyb. 16, 25, 7. *μετὰ δὲ ταῦτα πάντας μὲν τοὺς ναοὺς ἀνέῳξαν, ἐπὶ δὲ πᾶσι θύματα τοῖς βωμοῖς παραστήσαντες ἠξίωσαν αὐτὸν θῦσαι.* Joseph. A. I. 4, 6, 4. Philo de virtutibus II, 580 sq. *Mang.* Virg. Aen. l. XII. v. 171. — admovitque [sacerdos] pecus flagrantibus aris.) Ita h. l. verbum usurpatum esse ipsa Apostoli verba docent. Hortatur enim Romanos, ut corpora sua sistant (offerant) *victimam* vivam, sanctam, gratam. Inepte PP. graeci tum in eo argutati sunt, quod Romani *alii*, et *Deo* quidem, sua corpora tradere jubeantur, tum hoc ex verbis extundere conati sunt, sistere eos oportere corpora Deo in bellum cum Satana gerendum. *Chrys.*: *σκόπει δὲ ὡς ἑκάστῃ λέξει μετὰ πολλῆς κέχρηται τῆς ἀκριβείας. Οὐ γὰρ εἶπε ποιήσατε τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν, ἀλλὰ παραστήσατε, ὡς ἂν εἰ ἔλεγε, μηδὲν λοιπὸν κοινὸν ἔχετε πρὸς αὐτά, ἑ τ έ ρ ῳ αὐτὰ ἐξε-*

δώκατε· (!) καὶ γὰρ οἱ τοὺς ἵππους τοὺς πολεμιστηρίους παριστῶντες, οὐδὲν λοιπὸν κοινὸν πρὸς αὐτοὺς ἔχουσι· καὶ σὺ τοίνυν παρέστησας (!) τῷ πολέμῳ τῷ κατὰ τοῦ διαβόλου τὰ μέλη καὶ τῇ παρατάξει τῇ φοβερᾷ μὴ κάθελκε πρὸς ἰδιωτικὰς αὐτὰ διακονίας· καὶ ἕτερον δὲ ἐκ τούτου δείκνυσιν, ὅτι καὶ δόκιμα αὐτὰ δεῖ ποιεῖν, εἴγε παριστᾶν μέλλομεν· οὐ γάρ τινι τῶν ἐπιγείων ἀνθρώπων, ἀλλ' αὐτῷ παριστῶμεν αὐτὰ τῷ τῶν ὅλων Θεῷ, οὐχ ἵνα πολεμῇ μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ αὐτὸν ἐπικαθήμενον ἔχῃ τὸν βασιλέα. (Hae nugae quum P. non scripserit τῷ Θεῷ παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν κτλ. omni fundamento destitutae sunt.) *Theophylactus*: τί δὲ παρακαλεῖ; ἵνα παραστήσωμεν τὰ σώματα ὑμῶν, τουτέστιν ἵνα εἰς πόλεμον ταῦτα ἐκδῶμεν. (Jam audi hominis argumentum) οὕτω γὰρ εἴωθεν ἡ ὁμιλία λέγειν· παρέστησεν ὁ στρατηγὸς τὰς τάξεις εἰς πόλεμον. τὰ σώματα ὑμῶν] Permulti interpretes (*Beza*, *Schoettgen.*, *Heum.*, *Chr. Fr. Schmid.*, *Kopp.*, *Boehm.*, *Reich.*, *dW.* al.) τὰ σώματα ὑμῶν explicant *personas vestras*, *vosmet ipsos* apostolum allegoriâ a victimarum oblatione repetitâ provocatum παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν pro παραστῆσαι ὑμᾶς posuisse arbitrati. Nam victimas i. e. victimarum *corpora* veteres sacrificasse (Hebr. 10, 10.). In N. T. neque homines, quorum corpora maxime spectari solent, ut milites, σώματα appellantur (v. *Heldium* ad Plut. vit. Aemil. Pauli p. 169. et Livium 22, 22.), neque per circumloquutionem *hominis corpus* pro *homine* commemoratur (cf. I, 384. et Eur. Androm. 315. — ὅδ' ἀντὶ τοῦ σοῦ σώματος σφαγήσεται.). Locos Eph. 5, 28. et 33. objicere noli, sed memento, qui corpus suum diligat semet ipsum diligere recte affirmari, quum corpus pars hominis sit ideoque qui corpus negligat sibi ipsi deesse videatur. Praeterea *Romanorum corporibus* v. 2. *eorum mens* (ὁ νοῦς) opponitur, quam eos pie innovare oporteat. In promtu est igitur hortari Paulum Romanos, ut et incontaminato sint corpore (v. 1.) et purâ atque integrâ mente (v. 2.), sive ut pie et agant (v. 1.) et sentiant (cf. 2 Cor. 7, 1.). Illam sententiam P. sic enuntiare potuisset: παρακαλῶ ὑμᾶς διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τ. Θ., φυλάσσειν τὰ σώματα ὑμῶν καθαρὰ καὶ ἀμίαντα (cf. Philo De animalibus sacrificio idoneis II, 249. ed. Mang.). Sed nimirum corporis castimoniam, quam homines christiani Deo debeant idoneâ causâ motus (v. infra) hostiae assimilare maluit Deo offerendae. Multo pauciores interpretes vera hujus l. interpretatio praeterisset, si Ap. v. 2. his verbis contentus fuisset: καὶ μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς κτλ..

Quamquam ne haec quidem verba μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ Ap. temere suo praecepto μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν praeposuit (cf. infra). Infirmis argumentis *Rueckertus* hanc interpretationem a *Meyero* recte initam impugnavit. Nam primum quidem τοῖς σώμασι τὴν ψυχήν, non τὸν νοῦν opponi debuisse temere objecit. Vide 7, 23. sqq., ubi ὁ νοῦς τοῖς μέλεσιν et τῷ σώματι (v. 23. 24.) et v. 25. ὁ νοῦς τῇ σαρκί opponitur. Deinde obstare *Meyeri* sententiae verba τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν, quandoquidem corporis castimoniâ ἡ λογικὴ Christianorum λατρεία *non tota* contineatur, sed corporis puritas τῆς λογικῆς λατρείας pars sit eaque tenuior (nam potiorem ejus partem *mentis* integritatem esse), parum caute dixit. Licuerat sane Paulo ita loqui: παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, ἀδελφοί, διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ θεοῦ παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ θεῷ καὶ κατασκευάζειν ἱεροπρεπεῖς τὰς διανοίας ὑμῶν (cf. Philo Liber quisquis virtuti studet II, 457. ed. *Mang.*), τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν. Sed solâ corporis castimoniâ Ap. hostiam Deo offerendam externumque Christianorum cultum absolvi (v. 1.), mentis autem integritatem hoc iis commendare voluit, quod eos mala malorum qui a Christi disciplinâ alieni essent hominum studia abominatos *novam* mentem induere juberet (v. 2.). Cur haec ratio quam illa ei magis placuerit, de hoc temere cum eo expostules, quoniam via ab eo inita recte vituperari nequit. Potest enim et corporum, *quae sub sensus cadant*, castimonia hostiae quae Deo immoletur assimilari ejusque oblatio externus cultus videri a Christianis Deo praestandus, et integerrimae mentis injunctio hâc postulatione illustrari, quâ aliquem malâ malorum hominum mente depositâ *novam* sibi mentem assumere jubeas. Accedit quod Ap. aliquid sequutus esse videtur. Nimirum recta ratio et bona mentis voluntas quum oculis cerni nequeat ad *externum* qui Deo a Christianis praestandus esset cultum non recte referri Paulo visa est.

Mirabilia *Rueckertus* excogitavit. Dicere Paulum voluisse, totam vitam nostram Deo dedicandam esse omnesque nostras actiones ei consecrandas. Sed rem consecrandam eum *hostiae* assimilare statuisse, h. e. *munusculo*, quod *de tuo* largiaris. At actiones *opera* hominum esse, non *res quas possideant* (!). Putare autem Paulum hominis *mentem* ipsum hominem esse (7, 20.), qui corpus possideat. Itaque Apostolum, ut Romani de suo munus Deo darent, jussisse eos *corpora sua* h. e. *omnes appetitus et vires* hostiam Deo offerre eoque indicasse si id facerent *ipsos* τὴν λογικὴν λατρείαν Deo praestare (!!). Precario

Koellnerus cum *Erasmo* τὰ σώματα ὑμῶν *ad peccata proclivem vestri partem* exposuit. Hoc pacto τὴν σάρκα ὑμῶν Paulum scribere oportuisse vidit *Rueckertus*; illud vel non vidit, vel saltem non dixit, Paulum ut τὴν σάρκα Deo *sanctam* victimam sisterent Romanos hortari plane non potuisse. Est enim ἡ σάρξ naturâ suâ deterioribus inclinata (Rom. 8, 7. Gal. 5, 17.) neque magis sancta reddi potest, quam Satanas adduci ut resipiscat (Joh. 8, 44.) et virtuti studeat. Quamobrem qui firmâ animi sententiâ ad Christi sacra accesserunt, non in eo incassum laborarunt, ut τὴν σάρκα ex spurcâ sanctam facerent, sed eam cum affectibus et libidinibus in crucem egerunt h. e. omnium cupiditatum ardorem restinxerunt pravisque studiis valedixerunt (Gal. 5, 24. Rom. 6, 6.). Nunc *qualem* hostiam corpora sua Deo sistere Romanos deceat, Ap. his vocabulis declarat θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ θεῷ. θυσίαν ζῶσαν] *hostiam vivam*, *actuosam*. Judaei et gentiles victimas aris admoverunt ut trucidarentur; homines christianos corpora sua victimam Deo sistere oportet, *quae spiret et aliquid moliatur*. Neque enim inertia Deo grata est, sed laborum perfunctio. Caput periculis objiciendum est pro Christi causâ suscipiendis manusque miseris porrigendae sunt. Perperam *Theodoret.*, *Schol. Matth.* al. *victimam vitâ quae peccatis consecretur destitutam*, *Calvin.*, *Bengel.*, *Carpzov.*, *Chr. Fr. Schmid.*, *Reich.*, *Meyerus* al. *hostiam Deo viventem* (6, 11.) s. *novam vitam agentem* (6, 4.) interpretati sunt. Non cogitarunt ζῶσαν sine ullo additamento nihil nisi *vivam* significare (v. Joh. 6, 51., ubi Jesus se τὸν ἄρτον τὸν ζῶντα vocat se ejusmodi manna esse, quod vitam profundere et mori possit indicaturus: adde 1 Petr. 2, 4. 5. et Plut. Erot. c. 16. — αἱ δὲ τῶν ἐρωμένων εἰκόνες ὑπ' αὐτῆς οἷον ἐν ἐγκαύμασι γραφόμεναι διὰ πυρὸς εἴδωλα ταῖς μνήμαις ἐναπολείπουσι κινούμενα καὶ ζῶντα καὶ φθεγγόμενα καὶ παραμένοντα τὸν ἄλλον χρόνον.), Paulum θυσίαν θεῷ s. Χριστῷ s. καινὴν ζωὴν ζῶσαν ne dicere quidem potuisse, quoniam *mens*, non corpus *Deo* s. *Christo* s. *pietati* vitam consecrat (ζῇ) et sententiam quam h. l. requisiverunt proximo vocabulo (ἁγίαν) inesse. ἁγίαν] *sanctam*, i. e. *innocentem*, ergo talem, quae neque peccatis se contaminet et honeste facta edat. Olim Romani Peccatus ministri fuerant et membra sua Improbitati emancipata hoc effectu exhibuerant, ut improbe facta fierent (6, 17. 19.), nunc Christianos factos corpora sua victimam *sanctam* Deo sistere decet, ut v. c. lingua non solum nullis homines maledictis vexet, verum etiam Deum laudibus celebret. Paulum quum ut *sancta* esset Romano-

rum hostia posceret victimarum, quae ab Judaeis et gentilibus ἄμωμοι (Lev. 1, 3. 10. 3, 10.) h. e. *labis expertes* offerendae essent rationem habuisse (*Reich.* al.), non credo. Necessario enim vocem ἁγίαν addere Ap. debebat, ut non spurce sed honeste facta Romanis edenda esse indicaret neque ullum emolumentum video, quod *labis expertium*, quas Judaeos et ethnicos offerre oporteret, victimarum ducta ratio afferat. Quin mihi ineptum videtur putare, Paulum in tantâ praeceptionis gravitate Judaeorum et gentilium sacrificia oblique perstrinxisse. Quare hoc quoque non concedo, Paulum verbis εὐάρεστον τῷ θεῷ Judaeorum et gentilium sacrificia Deo *ingrata fuisse* (Jes. 1, 11. Ps. 51, 18.) adsignificasse, sed eum ut notionem voce ἁγίαν comprehensam exaggeraret verba εὐάρεστον τῷ θεῷ adjecisse existimo. Nam grata Deo innocentia est et sanctitas. Male *Estium*, *Bengelium* et *Koppium* τῷ θεῷ a verbo παραστῆσαι suspendisse, quoniam et locus, quem τῷ θεῷ occupet, a v. εὐάρεστον suspensum esse ostendat et facilius τῷ θεῷ post παραστῆσαι quam post εὐάρεστον mente addatur vulgo observant (*Reich.*, *Rueck.*, *Meyerus* al.). Illud argumentum mihi perinfirmum videtur. Nam quum v. παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον intime cohaereant ut divelli non potuerint, quum praesertim praecipuum pondus in verbis τὰ σώματα ὑμῶν situm sit (6, 13. Eph. 5, 2.), emergit tum quoque τῷ θεῷ post εὐάρεστον Apostolo rejiciendum fuisse, quum τῷ θεῷ a παραστῆσαι suspensum voluisset. Sed facillime τῷ θεῷ post παραστῆσαι cogitando adjici verum est. Quare rationem vulgo receptam (Phil. 4, 18.) quia simplicitatis commendationem habet et ipse probo. Pauli sententiam ejusmodi locis, in quibus optimum sacrificium quod Deo offeras h. e. gratissimum Deo munus pietas vocatur, jam pridem *Schoettgenius*, *Carpzovius*, *Wetstenius* aliique illustrarunt. Cf. Isocrates πρὸς Νικοκλέα p. 20. ed. *Bekker.* Τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ποίει μὲν ὡς οἱ πρόγονοι κατέδειξαν, ἡγοῦ δὲ θῦμα τοῦτο κάλλιστον εἶναι καὶ θεραπείαν μεγίστην, ἐὰν ὡς βέλτιστον καὶ δικαιότατον σαυτὸν παρέχῃς. Μᾶλλον γὰρ ἐλπὶς τοὺς τοιούτους ἢ τοὺς ἱερεῖα πολλὰ καταβάλλοντας πράξειν τι παρὰ τῶν θεῶν ἀγαθόν. Philo De vitâ Mosis l. III. (II, 151. Mang.) — ἡ γὰρ ἀληθὴς ἱερουργία τίς ἂν εἴη πλὴν ψυχῆς θεοφιλοῦς εὐσέβεια; Synopsis Sohar p. 94. n. 49. Qui justus est sacrificium est Dei sancti atque benedicti, non vero sic etiam injustus. Male *Carpzovius*, *Koppius*, *Reichius*, *dW.* al. huc rettulerunt Joseph. A. I. 18, 1, 5. — εἰς δὲ τὸ ἱερὸν ἀναθήματά τε (leg. γε) στέλλοντες (Esseni) θυσίας οὐκ

ἐπιτελοῦσι (Hierosolymis) διαφορότητι ἁγνειῶν ἃς νομίζοιεν καὶ διὰ τοῦτο εἰργόμενοι τοῦ κοινοῦ τεμενίσματος ἐφ' αὑτῶν (h. e. non *in semet ipsis*, *suas mentes Deo consecrando*, sed *seorsum*: attende ad verba antecedentia et confer v. quae paullo post sequuntur αὐτοὶ δὲ ἐφ' ἑαυτῶν ζῶντες διακονίᾳ τῇ ἐπ' ἀλλήλους ἐπιχρῶνται) τὰς θυσίας ἐπιτελοῦσι. τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν] Valde dubitatum est et de horum verborum structurâ et de formulae ἡ λογικὴ λατρεία sensu. De illâ dicere exordiar. *Oecumenius* τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν idem quod κατὰ τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν valere finxit (v. *Gloecklerum*) idque deinceps διὰ τῆς λογικῆς λατρείας ὑμῶν exposuit! *Flattius* verba sic strui posse sibi persuasit: παρακαλῶ ὑμᾶς παραστῆσαι τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν — (hortor vos, ut ἡ λογικὴ λατρεία ὑμῶν corpora vestra Deo sistat hostiam vivam —)! Tales nugas persequi nolo. *Reichius*, *Koellnerus* al. verbis τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν vocem θυσίαν explicari falso dixerunt. Neque enim ἡ λατρεία idem quod ἡ θυσία denotat, sed ἡ λατρεία *cultum* declarat (cf. Plato Apol. Socr. c. 9. fin. — ἀλλ' ἐν πενίᾳ μυρίᾳ εἰμὶ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ λατρείαν). Quin τὴν λατρείαν idem quod τὴν θυσίαν valere dicentium opinio (cf. *Koppium*) non minus absurda est, quam si quis τὴν θεραπείαν idem quod τὸ ἱερεῖον Graecis valere contenderet. Quum igitur ἡ λατρεία *cultum* significet, apparet Apostolum non *ipsam victimam* Romanis offerendam, sed ejus victimae *oblationem* τὴν λογικὴν λατρείαν Deo a Romanis praestandam vocasse. Paullo melius verbum παραστῆσαι ante vocc. τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν mente repetas (*Oecumenius*: — ἢ (dicit Apostolus) ὅτι προςενέγκατε θυσίαν ζῶσαν καὶ τὴν λογικὴν λατρείαν, ἀπὸ κοινοῦ τὸ προςενέγκατε) h. m.: hortor vos —, ut corpora vestra sistatis victimam vivam, sanctam, Deo gratam, *ut, inquam*, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν *Deo sistatis*. Sed haec ratio propterea nemini recte placuerit, quod loquutio παριστάναι λατρείαν inusitata est. Eodem jure, quo Johannes 16, 2. λατρείαν προςφέρειν τῷ θεῷ et Athenagoras Legat. pro Christianis p. 106. (ed. *Rechenberg*. Lips. 1685. 8.) προςάγειν λατρείαν posuerit, παριστάναι λατρείαν dici potuisse concedimus. Sed fallax ex analogiâ ducta argumentatio est, certissima contra est lux exemplorum. Restat igitur, ut plerisque interpretibus assensi verbis τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν appositionem inesse largiamur ad totam quae praecedit sententiam (παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ θεῷ) pertinentem. Constat quum Nominativos, tum Accusativos a Grae-

cis ita integris sententiis apponi, ut pro ante dictorum ratione vel *judicium* de praemissâ sententia afferant (Hom. Il. 24, 735. — ἤ τις Ἀχαιῶν | ῥίψει χειρὸς ἑλὼν ἀπὸ πύργου, λυγρὸν ὄλεθρον, | χωόμενος), vel rem e dictâ sententiâ *consequentem* addant, vel *consilium* quod ante enuntiatis subsit adjiciant (Eur. Or. v. 1105. *Dind.* Ἑλένην κτάνωμεν, Μενέλεῳ λύπην πικράν i. e. ὥστε (πρὸς τὸ) εἶναι ἐκείνην σφαγεῖσαν τούτῳ λύπην πικράν). Cf. *F. V. Fritzschium* ad Aristoph. Thesmoph. p. 445., *Heindorfium* ad Plat. Gorg. 507. e. (p. 210.), *Heldium* ad Plut. vit. Aemilii Pauli c. 26. — ὁ δ', αἴσχιστον θέαμα, προβαλὼν αὑτὸν ἐπὶ στόμα καὶ γονάτων ὀρεξάμενος ἀνεβάλλετο φωνὰς ἀγεννεῖς καὶ δεήσεις, ἃς κτλ. p. 248. et *Wineri* gr. p. 335.. H. l. *judicium* de praegressâ sententiâ appositione continetur. Esse autem appositionem τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν sic resolvendam ὅ i. e. καὶ τοῦτο (τὸ παραστῆσαι ὑμᾶς τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ θεῷ) ἡ λογικὴ λατρεία ὑμῶν ἔστω (*quae* [atque haec] *corporum vestrorum tanquam victimae vivae, sanctae, Deo gratae oblatio* λογικός *vester cultus sit*, atque hanc corporum vestrorum oblationem vestrum cultum esse existimatote) antecedentis sententiae ratio et structura docet (παρακαλῶ ὑμᾶς παραστῆσαι τ. σ. ὑ. θυσίαν ζῶσαν κτλ.). Perperam vulgo resolvunt ὅ (τὸ παραστῆσαι τ. σ. ὑ. θυσίαν ζῶσαν κτλ.) ἐστιν ἡ λογικὴ λατρεία ὑμῶν. Eorum, qui *asperam* hanc structuram videri obtendunt (v. v. c. *Koppium* et *Reich.*) objectio inanis est. Dura illa constructio videatur graeco sermone non satis assuefactis; graece docti nihil eâ facilius et mitius fingi posse judicabunt. Quid, quod illa ad integram sententiam referenda appositio in ipso N. T. invenitur? 1 Tim. 2, 6. — Χριστὸς Ἰησοῦς, ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων, τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις (i. e. ὥστε [s. εἰς τὸ] εἶναι τοῦτο, ὅτι ἔδωκεν ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων ὁ Χριστός, τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις, v. *Kühneri* Ausf. Gr. II, 146. sq.), εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κήρυξ καὶ ἀπόστολος — qui se ipsum morti quâ omnes redimerentur tradidit, *quae res* (ut ea res), np. quod suâ ipsius morte omnes homines redemisset Luc. 24, 46. 47., *testimonii suo tempore* (ab Apostolis) *dicendi argumentum esset, quod ut dicerem constitutus sum praeco et Apostolus* etc. *). 2 Thess. 1, 5. — ὥστε ἡμᾶς αὐτοὺς ἐν ὑμῖν καυ-

*) Hanc interpretationem paullo diligentius firmabo, quum S. V. *Lueckium*, quia eam non recte iniri putasset vulgatam loci

χᾶσθαι ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ θεοῦ ὑπὲρ τῆς ὑπομονῆς ὑμῶν καὶ πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς διωγμοῖς

---

lectionem, quâ nihil sanius est, tentasse videam (cf. Studien u. Kritiken 1836. p. 651. — 653.). Constituit Jesus Apostolos quum portentorum, quibus in miseros benignitatem expromsisset Act. 10, 38. sq., tum mortis, quam ut homines expiaret adiisset receptaeque tribus apud inferos exactis diebus ab eo vitae v. Luc. 24, 46. 47. cl. Act. 5, 30. sq. *testes* (μάρτυρας). Paulum quoque Jesus testem eorum fecit, quae in itinere Damascum suscepto praeter naturae ordinem legemque tum vidisset tum audivisset Act. 26, 16. 22, 15.. Itaque res Dei aut Christi mandatu ab Apostolis cum hominibus communicandae (τὸ εὐαγγέλιον s. τὸ κήρυγμα τῶν ἀποστόλων) et *testimonium* erant, *quod apostoli dicerent* (τὸ μαρτύριον τῶν ἀποστόλων 2 Thess. 1, 10.) et *testimonium, quod de Christo redderent* (τὸ μαρτύριον τοῦ Χριστοῦ 1 Cor. 1, 6.) et *testimonium, quod Deus eos Christo impertire* jussisset (τὸ μαρτύριον τοῦ θεοῦ 1 Cor. 2, 1.). Primarium hujus testimonii argumentum et expiatoria Iesu mors erat et ejus in vitam reditus Luc. 24, 46.. Non mirum est igitur hujus testimonii dictionem pro disputationis, in quâ aut expiatoria Christi mors aut ejus in vitam reditus gravior esset, diversitate nunc ad Christi reditum ex inferis (v. Act. 5, 32. cl. 1 Cor. 15, 17.) nunc ad mortem ejus expiatoriam (v. 1 Cor. 2, 1. 2. 1 Petr. 5, 1. cl. Rom. 3, 24. sq.) referri. Posterius h. l. factum est. Male *Lueckius* in verbis καιροῖς ἰδίοις haesit. *Sui* h. e. rei accommodati temporis notio quovis loco ex rei de quâ agitur *naturâ* constituenda est. Jam tempus testimonio de Christi morte expiatoriâ hominibus ab Apostolis dicendo idoneum illud tempus est, quod a spiritus s. adventu ad Apostolos Act. 1, 8. usque ad sollemnem Christi reditum de coelo 2 Thess. 1, 10. labitur. Nam neque Apostoli priusquam eos spiritus s. inspirasset Christum testimonio suo ornarunt Act. 2, 14. sq. et homines propter habitam fidem a Christo judice beandi ante Christi reditum de coelo judiciumque ab eo exercendum ad fidem adducendi sunt. Rectissime igitur hic l. sic explicatur: — Christus Jesus, qui semet ipsum morti quâ omnes redimeret tradidit, *quae res* (quod suâ ipsius morte omnes homines redemisset) *testimonii suo tempore* (i. e. usque ad suum de coelo reditum) *ab Apostolis dicendi argumentum esset*, quod ut dicerem constitutus sum praeco et Apostolus, (vera loquor, non mentior) gentilium magister fidem animo complexus et divinam veritatem (cf. supra). Sed quum Ven. *Luechius* vulgatam hujus l. lectionem *vere et eleganter* explicari non posse sibi persuasisset, variantes lectiones, quae non nauci habendae sunt, excussit, ut genuinam ex iis lectionem erueret. Nullius pretii hanc lectionem esse D.* F. G. οὗ τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις ἐδόθη (Clar. Boern. Harl.* Ambrosiaster: *cujus* testimonium temporibus suis *datum est*) *Lueckius* bene intellexit. Potest hanc scripturam eorum perversa ratio peperisse, qui structurâ grammaticâ non perceptâ a verbis Τὸ μαρτύριον novam periodum incepissent et quod deesset verbum cogitatione, alii quidem aliud, addidissent. Nam librarius codicis 48., qui τὸ γὰρ μαρτύριον exaravit, haud dubie ἐγένετο post καιροῖς ἰδίοις suppletum voluit, codex autem latinus, quondam Caesaris de

ὑμῶν καὶ ταῖς θλίψεσιν αἷς ἀνέχεσθε, ἔνδειγμα τῆς δικαίας κρίσεως τοῦ θεοῦ, εἰς

Missy, nunc Gottingensis, quem *Matthaeius* (vid. ed. *min.*) examinavit pro *datum est* in margine habet *confirmatum est* (i. e. ἐβεβαιώθη 1 Cor. 1, 6.). Sic lectionem οὗ τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις ἐδόθη ii invexerint, qui hâc interpretatione probatâ verba τὸ μαρτύριον κτλ. cum praegressis vocabulis vincire atque e duobus enuntiatis unam periodum facere voluissent. Hanc suspicionem eo corrobores, quod 66.** 80. et Mt. d. οὗ τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις tantummodo continent verbumque lectoribus supplendum rellinquunt. Sed lectionem οὗ τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις ἐδόθη nihil esse, nisi liberiorem sensus ex eâ interpretatione, quam plerique explicatores graeci ingressi sunt, descriptionem veri similius est. Qui quamquam confuse, ut solent, de hoc l. disputarunt et neque grammaticam quam initam voluissent structuram neque vocis τὸ μαρτύριον rationem perspicue indicarunt, tamen apparet, obscuros homines ante τὸ μαρτύριον mente repetiisse ὁ δοὺς h. m.: — qui tradidit semet ipsum redemtionis pretium pro omnibus, qui testimonium (Deo s. divinae veritati) dedit (moriendo) apto tempore (i. e. vel tempore a Deo praestituto Gal. 4, 4., vel tempore, quo homines fidei capaces essent). Hanc sententiam nonnulli liberius sic descripserunt — ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων, οὗ τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις ἐδόθη qui semet ipsum tradidit redemtionis praemium, cujus testimonium (susceptâ morte) suo tempore (divinae veritati) datum est. *Chrysostomus*: μαρτύριον τὸ πάθος φησί· ἦλθε γὰρ μαρτυρήσων, φησί, τῇ ἀληθείᾳ τοῦ πατρὸς καὶ ἐσφάγη, ὥστε οὐχ ὁ πατὴρ αὐτῷ μαρτυρεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς τῷ πατρί. — — — Μέχρι θανάτου τοίνυν ἐμαρτύρησε· καιροῖς ἰδίοις, τουτέστι τοῖς προσήκουσιν. *Theophylactus*: τὸ μαρτύριον] τουτέστι διὰ τοῦ μαρτυρίου ἐγένετο ὁ υἱὸς ἀντίλυτρον· (id sic tantummodo efficitur: ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων, (scil. ὁ δοὺς) τὸ μαρτύριον κτλ.) καὶ ἑρμηνεύων τοῦτό φησι νῦν ὅτι ἀντίλυτρον τὸ μαρτύριον λέγω (sic), τουτέστι τὸ πάθος· ἦλθε γὰρ μαρτυρήσων τῇ ἀληθείᾳ μέχρι θανάτου. *Oecumenius*: τὸ μαρτύριον] τουτέστι διὰ τοῦ μαρτυρίου ἐγένετο ὁ υἱὸς ἀντίλυτρον, ὃ ἑρμηνεύων τοῦτό φησι νῦν, ὅτι ἀντίλυτρον τὸ μαρτύριον λέγει, τουτέστι τὸ πάθος· ἦλθε γὰρ μαρτυρήσων τῇ ἀληθείᾳ· ἐμαρτύρησε γὰρ δι' ὧν ἔπραττεν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Χριστός, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, μέχρι θανάτου. — καιροῖς ἰδίοις φησί, τουτέστιν ὅτε ἐπιτηδείως εἶχον πρὸς τὴν πίστιν οἱ ἄνθρωποι. Tametsi *Chrysostomi*, *Theophylacti* et *Oecumenii* disputatio incondita est, tantum tamen intelligitur, et subjecisse eos τῷ μαρτυρίῳ *testimonii* significatum et locum de testimonio a *Christo* dicto explicuisse. Quare lectionis οὗ τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις ἐδόθη, quae eorum interpretationem reddit sententiam dubiam esse non recte dixit *Lueckius*. Esse enim illam sic exponendam elucet: a Christo (non *ab Apostolis de Christo*) testimonium (divinae veritati) suo tempore datum esse. Ἐδόθη „culinae latinae" esse h. e. *datum est* a Latinistis primo additum postea graece per ἐδόθη redditum esse *Matthaeio* ed. *min.* non concedo. Pepererunt vocem ἐδόθη verba ὁ δοὺς, quae graeci interpretes ante τὸ μαρτύριον cogitando repetierunt (v. supra). Et legitur formula *μαρτύριον διδόναι τινί testimonium alicui dare*

τὸ καταξιωθῆναι ὑμᾶς τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ ὑπὲρ ἧς καὶ πάσχετε, εἴπερ δίκαιον παρὰ θεῷ

---

in Siracide 36, 15. *Δὸς μαρτύριον* (ap. tuae majestatis eo quod promissa tua facis) *τοῖς ἐν ἀρχῇ κτίσμασί σου, καὶ ἔγειρον προφητείας τὰς ἐπ' ὀνόματί σου. Theodoretus τὸ μαρτύριον* ad totam sententiam *ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων* appositum esse vidit, sed *τὸ μαρτύριον* contra usum N. T. *martyrium* i. e. necem propter veritatis professionem illatam explicuit et Christi supplicium tum quia injuste sumtum sit tum quoniam omnes prophetae suis oraculis huic supplicio testimonium impertiverint *τὸ μαρτύριον* dictum esse absurde contendit: *μαρτύριον δὲ τὸ πάθος ἐκάλεσε, πρῶτον μὲν διὰ τὸ ἄδικον τῆς σφαγῆς, ἔπειτα δὲ καὶ διὰ τὸ πάντας ἔχειν μάρτυρας τοὺς προφήτας* (!). Porro recte *Lueckius* nihil tribuit lectioni *τὸ μυστήριον* (sic 11. et Mt. E.). Est enim manifestum vulgatae scripturae *τὸ μαρτύριον* glossema (v. 1 Cor. 2, 1. 2 Thess. 1, 10. et 1 Cor. 1, 6. varr. lect.). Sed multis modis eo peccavit, quod codicis A. auctoritate confisus *τὸ μαρτύριον* ut glossema ad verba *εἰς ὃ* pertinens expunxit. Nam primo quod verbis *τὸ μαρτύριον* deletis omnem offensionem sublatam esse (— *ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων καιροῖς ἰδίοις qui semet ipsum pretium, quo omnes redimerentur, tradidit tempore a Deo definito* Gal. 4, 4.) contendit, verum non est. Haeremus enim in verbis *εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κῆρυξ κτλ.* ita, si *τὸ μαρτύριον* expunxeris, haud dubie explicandis: *quapropter* praeco et apostolus constitutus sum (*εἰς ὃ quapropter* Col. 1, 29. 2 Thess. 1, 11. Herodot. 1, 115. 2, 116.; *εἰς τοῦτο idcirco* Act. 26, 16. 1 Tim. 4, 10.). At Paulus non propterea apostolus constitutus est, quod Christus suo supplicio omnes homines expiasset, sed eo consilio apostolus factus est, ut doctrinam div. traderet aut testimonium sibi demandatum diceret (cf. 2 Tim. 1, 11.). Itaque vocabula *εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κῆρυξ καὶ ἀπόστολος* aliquod vocabulum quod *evangelium* denotat (*τὸ εὐαγγέλιον, τὸ κήρυγμα, τὸ μαρτύριον*) antecessisse docent. Sunt enim procul dubio sic enarranda: *cui testimonio dicendo* constitutus sum praeco etc., für welches Zeugniß (um es abzulegen) ich zum Herold und Apostel eingesetzt bin (2 Tim. 1, 11.). Deinde mire vir egregius sic argumentatus est: me non rapidum in consilio, quo verba *τὸ μαρτύριον* expunxi, fuisse ex eo elucet, quod A. *τὸ μαρτύριον* praetermittit. Jam quum B. epistolas, quibus magistri christiani instituuntur, non contineat et C. ab 1 Tim. 1, 1. usque ad 1 Tim. 3, 9. mutilus sit, codicem A. hic *antiquissimam* textus conformationem praebere nunc quidem nobis retinendam intelligitur. Codicem A. hic corruptum esse in oculos incurrit. Legit enim — *ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων καιροῖς ἰδίοις ὃ ἐπιστεύθην ἐγὼ κτλ.* At *ὃ ἐπιστεύθην* manifestum vulgatae lectionis *εἰς ὃ ἐτέθην* glossema est (Tit. 1, 3. 1 Tim. 1, 11.) idque ipsum praecessisse vocabulum, quod *evangelium* significaret (*τὸ μαρτύριον*, s. *τὸ κήρυγμα* s. *τὸ εὐαγγέλιον*) a librario temere omissum testatur. Itaque quum eadem suspicio de verbis *τὸ μαρτύριον* pro glossemate ad *εἰς ὃ* pertinente inducendis *Matthaeio* ed. *maj.* olim incidisset, recte eam vix natam ex animo ejecit, quum codicis A. glossema *ὃ ἐπιστεύθην* v. σ. *τὸ μαρτύριον* firmare vidisset. Postremo male Vir doctus codicibus A. B. et C. ad *Lachmannianos* calculos vocatis in codice A. perscripta antiquissimam textus conformationem continere ex eo apparere

κτλ.. Potest hîc sane ἔνδειγμα τῆς δικαίας κρίσεως τοῦ θεοῦ ad ἀνέχεσθε referri, ut *Thessalonicenses* ἔνδειγμα τῆς δικαίας κρίσεως τοῦ θεοῦ vocentur: — quas (calamitates) *vos* perfertis, *documentum* justi, quod Deus exercebit, judicii —. Sed sententiae ratio suadet, ut *Winero* l. c. adstipulati v. ἔνδειγμα τῆς δικαίας κρίσεως τοῦ θεοῦ sententiae vocabulis — ὑπὲρ τῆς ὑπομονῆς ὑμῶν καὶ πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς διωγμοῖς ὑμῶν καὶ ταῖς θλίψεσιν αἷς ἀνέχεσθε comprehensae apposita judicemus h. r.: ἔνδειγμα τῆς δικαίας κρίσεως τοῦ θεοῦ i. q. ὅ (i. e. καὶ τοῦτο, ὅτι ἐν ὑπομονῇ καὶ πίστει πάντας τοὺς διωγμοὺς ὑμῶν καὶ τὰς θλίψεις ἀνέχεσθε) ἐστιν ἔνδειγμα τῆς δικαίας κρίσεως τοῦ θεοῦ κτέ. — — quae res (scil. quod constanter neque mutatâ fide omnes quibus infestamini vexationes et calamitates perfertis) argumentum *justi* quod Deus faciet judicii est, *quo digni civitate in Dei regno obtinenda*, ob quod nimirum mala sustinetis, *declaremini*, si quidem *justum* Deo videtur homines impios affligere qui vos affligunt, *vos* contra *recreare* quo tempore Christus, ut de impiis hominibus atrocissimum supplicium sumat, magnâ cum pompâ de coelo revertetur (v. 4—10.). Paulus hoc dicit: postulat *justi* judicii notio, ut Deum per Christum et *piorum hominum calamitates civitate messianâ compensaturum* et impiorum in probos homines versas vexationes sempiternâ miseriâ puniturum esse credamus. Itaque quod *vos impiorum vexationes fortiter et pie sustinetis*, ea res documento est, *justum* judicium, *quo vos propter pietatem male tractari solitos in messianam civitatem recipiat*, Deum facturum esse. Sequitur, ut quid sibi velit ἡ λογικὴ λατρεία videamus, quae formula vereor, ut satis recte hucusque intellecta sit. *Syrus* τὴν λογικὴν λατρείαν *cultum verbalem* h. e. *cultum, quem doctrina christiana postulat* interpretatus est. Vertit enim ܒܬܫܡܫܬܐ ܡܠܠܝܬܐ *per cultum*

---

affirmavit, quod B. et C. hîc fient. Vidimus enim omnes librorum varietates nihil esse nisi vulgatae scripturae depravationes, ut illam prius quam has fuisse necesse sit, quum prius esse debeat quod depraves quam id a te depravari possit, et ipsum codicem A. in verbis ὅ ἐπιστεύθην ejusmodi vitium contraxisse, quod verba τὸ μαρτύριον, de quorum veritate *Lueckius* dubitationes movit, genuina esse doceat. Putaveram etiam Syrum interpretem prius quam librarium codicis A. vixisse. At ille quum ܣܗܕܘܬܐ ܕܐܬܬ ܒܙܒܢܗ *testimonium, quod venit suo tempore* verteret, quidnam tandem aliud quam τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις, quod ad totam quae praecedit sententiam appositum recte judicasset, reddidit?

verbalem h. e. διὰ τῆς λογικῆς λατρείας. Contende *Oecumenii* verba, quae supra attulimus. Falso Syrum Accusativum explicuisse objicere nolo. Facile enim hic error sic emendatur: quam corporum vestrorum ut victimae vivae — oblationem cultum existimatote e doctrinae divinae sententiâ Deo praestandum (v. supra). Verum est etiam, vocem λογικός apud nostros scriptores, quibus ὁ λόγος sine ullo additamento *doctrinam divinam* valeat (Luc. 1, 2. Act. 8, 4.), *technico* usu significare *ad doctrinam divinam pertinens*. Cf. 1 Petr. 2, 2. τὸ λογικὸν ἄδολον γάλα ἐπιποθήσατε h. e. τὸ τοῦ λόγου (i. q. τοῦ εὐαγγελίου) ἄδολον γάλα ἐπιποθήσατε. Illud Syro obtenderim, neque Paulum ita vocem λογικός usurpasse et aliorum scriptorum usu majoreque sententiae pondere hanc rationem commendari, quâ τὴν λογικὴν λατρείαν *animo informatum cultum* notare censeas. Permulti τὴν λογικὴν λατρείαν *cultum rationi consentaneum* (die vernünftige Gottesverehrung) converterunt, ita ut alii aliter sensum describerent. *Orig.* (Ruf.) cultus *rationi consentaneus* i. e. cultus, de quo ratio reddi potest; *Calvinus*, *Olsh.* al. cultus, quem ratio et veritas poscit, legitimus Dei colendi ritus; Naturalistae apud *Carpzovium* cultus, quem humana ratio (non extraordinaria Dei institutio) praescribit. Multo plures τὴν λογικὴν λατρείαν *cultum in quo ratio sit* cultum dici sibi persuaserunt, in quo homo, animal plenum rationis et consilii, Deo offeratur eoque, quod P. Christianorum cultum λογικόν vocasset Judaeorum et gentilium cultum *absurdum* esse significasse, quippe qui fieret δι' ἀλόγων (ἄλογα ζῶα Sap. 11, 16. τὰ ἄλογα Philo Vita Mosis I, ed. *Mang.* II, 90.) per animalium ratione carentium oblationem (*Theodoretus*, *Castalio*, *Clarius*, *Grotius*, *Heum.* al.). Contra *Lutherus* Judaeorum et gentilium sacrificia *absurda* esse, quia *ab hominibus idoneâ Dei notitiâ et fide destitutis* offerentur Paulum indicasse opinatus est. Nemo animalis ratione praediti *immolationem* *cultum*, in que ratio sit, λογικὴν λατρείαν, animalis ratione carentis oblationem ἄλογον λατρείαν dixerit. Videntur illi interpretes λατρείαν cum θυσίᾳ confudisse. Deinde P. Christianorum corpora v. 2. ab eorum mente distinxit. Non igitur Christianorum corpora v. 1. ut excellentissimae rationis domicilia commemoravit. Quare eo, quod Christiani corpora sua victimam sanctam Deo sistant, mente praeditum animal eos Deo offerre dicere non potuit. Denique Judaeorum sacrificia *absurda* esse, quae a Deo per Mosen instituta nosset, Paulo in mentem venire non potuit et si id cogitare potuisset, certe alieno tempore hic in Judaeorum sacra invectus esset

(cf. supra). Boni viri hanc *Chrysostomi* interpretationem
dilaudarunt: *τί δέ ἐστι λογικὴ λατρεία; πνευματικὴ*
διακονία, πολιτεία ἡ κατὰ Χριστόν. Non vide-
runt ex his *Chrysostomi* verbis quomodo vocem *λογικός* ex-
plicuerit intelligi non posse. Declarant *Chrysostomi* sen-
tentiam haec, quae paullo post subjecit, verba: — *ταῦτα*
γὰρ ποιῶν ἀναφέρεις λογικὴν λατρείαν, τουτέστιν οὐδὲν
ἔχουσαν σωματικόν, οὐδὲν παχύ, οὐδὲν αἰσθη-
τόν. (*Theophylactus*: — *λογικὴ δὲ λατρεία οὐ μόνον ἡ*
διὰ λόγου πρὸς θεὸν γινομένη, ἀλλὰ καὶ ἡ κατὰ Χριστὸν
πολιτεία, ὅταν μηδὲν ἄλογον πάθος ἐν ἡμῖν κρα-
τῇ, ἀλλὰ ὁ λόγος τὰ πάντα διοικῇ.) Itaque *Chry-*
sostomus Platonicorum sententiam et usum loquendi sequu-
tus *τὴν λογικὴν λατρείαν* cultum, quem animi pars rationis
particeps et in honestum versa (*τὸ λογιστικὸν τῆς ψυχῆς*),
non pars rationis expers, quae corporis facibus inflammata
motus rationi inimicos ciet (*τὸ ἀλόγιστον*) moderetur, ergo
cultum, quem in Christianorum coetu mens honesta appe-
tens, non animus cupiditatibus perturbatus Deo praestare
debeat (*τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν*) significare putavit
(cf. II, 61. sq.). At ut *corporum* tanquam victimae sanctae
oblationem cultum, quem mens in honestum intenta Deo
praestet dici potuisse largiar, Paulus honestatis studium
non a τῷ λογιστικῷ τῆς ψυχῆς ejusque in τὸ ἀλόγιστον do-
minatu, sed a *spiritu divino* repetit, qui τῆς σαρκός vim
frangat et efficiat, ut ὁ νοῦς, qui pietate delectetur totum
hominem gubernet (7, 25. 8, 4. sqq.). Quare *τὴν πνευ-*
ματικὴν λατρείαν P. scribere debuisset. *Flattus*, *Boeh-*
mius, *Rueckertus*, *Reichius*, *Meyerus*, *dW.* al. *τὴν λογικὴν*
λατρείαν cultum, *qui mente*, non corpore, quo caerimo-
nias obeas, Deo praestetur dici existimarunt certatimque
ad Joh. 4, 23. 24. provocarunt, ubi praeclare Jesus monet,
quoniam Deus *mens* (*πνεῦμα*) sit, Dei cultoribus hoc no-
mine dignis Deum non caerimoniis, sed *mente* (h. e. divi-
nam majestatem contemplando intusque eam venerando)
atque ut veritas postulet (*ἐν ἀληθείᾳ*) colendum esse. (Male
ibi multi *ἐν ἀληθείᾳ* verterunt *sincere*. Nam praeterquam
quod multi, qui pompâ et caerimoniis Deum venerati sunt,
sincere atque ex animi sententiâ eum coluerunt, ita Jesum
argumentari patet: quia Deus *mens* (*πνεῦμα*) sit, eum
mente (*ἐν πνεύματι*) coli *verum* esse et qui id faciat, eum
ut *veritas postulet* (*ἐν ἀληθείᾳ*) Deum adorare aut esse
ἀληθινὸν προσκυνητὴν τοῦ θεοῦ.). Ne *Flatti* quidem
interpretatio vera est, Corporum tanquam victimae vivae
et sanctae oblatio aut piae, quae corporis membris per-
agantur, actiones *mentis cultus* sine repugnantiâ appellari

nequeunt. Etenim *mentis* cultus *intus* Deo praestatur piisque et mentis meditationibus et animi motibus continetur: pie facta, quae Dei reverentiâ edas, quum *extra* sint *sensibus percipiuntur*. Ineptius etiam Paulus *cultum mente Deo a Christianis praestandum* istâ corporum tanquam hostiae sanctae immolatione aut pie factis *absolvi* contendisset (τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν). Nam pie facta, quae ad *internum* mentis cultum non pertinerent, eum *totum* facere dixisset piis meditationibus et motibus, in quibus *mentis* cultus cernitur seclusis. Ne multa. Ἡ λατρεία h. l. est cultus *externus* (9, 4.) et λογικός *mente informatus*, *cogitatus*, *animo fictus*, *imaginarius* (ideell). Et Judaei et gentiles cultum publicum possederunt magnificosque sacrorum apparatus, quibus mentes delinirentur et oculorum auriumque voluptas quaereretur; christiana disciplina caerimoniarum magnificentiâ tum caruit. Ita fieri non potuit, quin Judaei et pagani Christiani facti nimis inopem christianam relligionem judicarent valdeque templum, sacerdotes, sollemnia sacrificia et aliam sacrorum pompam desiderarent. Quod desiderium ut leniretur magistri christiani habere Christianos sacras Judaeorum et gentilium quae desiderarentur caerimonias easque multo et splendidiores et meliores, sed imaginarias et quae non nisi cogitatione obirentur docuerunt. Hinc Petrus 1 ep. 2, 5. esse Christianos sacrum sacerdotum ordinem, idcirco a Deo constitutum, monuit, ut *imaginaria* sacrificia (πνευματικὰς θυσίας dicit autem *piam mentem* v. 9.) Deo offerrent h. e. mentis pietatem, quâ Deus Christianis colendus sit, sacrificia, quae Deo fiant, mente concipiendam esse atque sic iis existimandum, mentis pietatem apud Christianos in sacrificiorum locum successisse. Hinc scriptor epistolae ad Hebraeos, ut Christianos judaicos leviticorum institutorum desiderio affectos consolaretur multus in eo fuit, ut illa eos multo praestantiora habere demonstraret: summum pontificem esse Christum eumque quum Melchisedeci imaginem referat, *perpetuum*, templum, in quo sacris operatus sit et pro piis Christianis deprecetur, *coelum* esse, *suo* lustrali sanguine, quo nihil pretiosius sit, *semel* oblato *omnia* omnium hominum peccata expiasse (Hebr. c. 7 — 10.). Hinc Paulus Rom. 15, 16., ut Romani Christianis non deesse sacerdotes et sacrificia sentirent, suam institutionem sacerdotis officio et ethnicos, qui per eam ad Christi disciplinam adducantur, sacrificio numini grato et rite consecrato assimilavit. Hinc etiam nostro loco Paulus, ne Romani cultus publici, qui eos Judaeos aut paganos olim delectasset, desiderio tenerentur, lectores ut *imaginarium*

(nam verum aut qui caerimoniarum magnificentiâ cerneretur eos nullum habere) Christianorum cultum in corporum suorum tanquam hostiae, quae sancta Deo sisteretur, oblatione, h. e. in corporum, quam Dei reverentiâ adducti tuerentur castitate situm esse existimarent cohortatus est: hortor igitur vos per Dei miserationem, ut Deo sistatis corpora vestra hostiam vivam, sanctam eique gratam, *quae corporum vestrorum ut hostiae sanctae oblatio* *imaginarius*, aut qui cogitatione Deo praestetur, *vester cultus sit* i. q. atque ut hanc corporum vestrorum castitatem, quae Dei reverentiâ tuenda est, *imaginarium* vestrum cultum, esse censeatis. Recte *τὴν λογικὴν λατρείαν* intellexisse videtur *Oecumenius*: — *διὰ λογικῆς λατρείας, τουτέστι τῆς ἀναιμάκτου*. Etiam aliis scriptoribus vox *λογικός* *cogitatum*, *mente informatum* declarat. Testam. Levi c. 3. *ἐν αὐτῷ* (in quarto coelo) *οἱ ἄγγελοί εἰσι τοῦ προσώπου κυρίου οἱ λειτουργοῦντες καὶ ἐξιλασκόμενοι ἐπὶ πάσαις ταῖς ἀγνοίαις τῶν δικαίων, προσφέρουσι δὲ κυρίῳ ὀσμὴν εὐωδίας λογικὴν καὶ ἀναίμακτον προσφοράν*. Athenagoras Legatio pro Christianis p. 106. (*Rechenb.*) *Τί δέ μοι ὁλοκαυτώσεων, ὧν μὴ δεῖται ὁ θεός; καίτοι προσφέρειν δέον ἀναίμακτον θυσίαν καὶ τὴν λογικὴν προσάγειν λατρείαν* (dicit Dei cognitionem et pias preces, cf. p. 104.). Eusebius Demonstr. evang. lib. I. p. 15. ed. *Steph.* — *καὶ εὔχονται δὲ οὐκέτι πλείοσι κυρίοις, ἑνὶ δὲ τῷ μόνῳ κυρίῳ κατὰ τὸ ἱερὸν λόγιον καὶ τούτῳ θυσιαστήριον ἀναίμων καὶ λογικῶν θυσιῶν* (quae incruentâ corporis et sanguinis Christi oblatione cernuntur) *κατὰ τὰ καινὰ μυστήρια τῆς — καινῆς διαθήκης καθ' ὅλης τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης ἀνεγήγερται* —. p. 27. — *διαῤῥήδην γοῦν ἐν τούτοις καὶ τὸ μυστικὸν σημαίνεται χρῖσμα καὶ τὰ σεμνὰ τῆς Χριστοῦ τραπέζης θύματα, δι' ὧν καλλιεροῦντες τὰς ἀναίμους καὶ λογικὰς — θυσίας διὰ παντὸς βίου τῷ ἐπὶ πάντων προσφέρειν θεῷ — δεδιδάγμεθα*. Has *θυσίας* paullo post vocat *τὰς ἀσωμάτους καὶ νοερὰς θυσίας*. Pro *λογικήν* tum *νοεράν* (Porphyrius De abstinentiâ II, §. 46. Rhoer. — *καὶ ἀνδρὸς ἱερωμένου τῇ νοερᾷ θυσίᾳ — τῷ θεῷ* —.), tum *πνευματικήν* (1 Petr. 2, 5.) scribere Paulo licuerat. Sed *πνευματικήν* dicere noluisse videtur, ne *ἡ πνευματικὴ λατρεία* secus intelligeretur (cultus, quem spiritus s. praestari jubet.)

V. 2. Addit hoc versu Apostolus, esse Romanis pie *sentiendum*. Parum est enim te recte agere nisi bene animatus sis. Honestae impurorum hominum actiones ab ostentatione et simulatione proficiscuntur, in cujus fictâ specie neque virtus inesse potest, quae honestum, neque

pietas, quae Deum diligat et revereatur. Non recte *Reichius* sententiam versu 1. enuntiatam ita versu 2. repeti, ut novae similitudini illigetur putavit (v. not. ad v. 1.). Male etiam *Theophylactus*: Ὑποτίθεται ἡμῖν τρόπον, δι' οὗ δυνησώμεθα τὴν λογικὴν λατρείαν κατορθῶσαι, ὅς ἐστιν, ἐὰν μὴ συσχηματιζώμεθα τῷ αἰῶνι τούτῳ. καὶ μὴ συσχηματίζεσθε — ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε] A. B.** D. E. F. G. 17. 37. 73. Mt. e. f. k. q.** Theophyl. et nonnulli alii καὶ μὴ συσχηματίζεσθαι — ἀλλὰ μεταμορφοῦσθαι. Hanc lectionem, quam *Griesbachius* probaverat textis intulit *Lachmannus*. Si Infinitivos receperis, non illi quidem imperandi vim habent aut pro Imperativis positi sunt (v. Dissert. II. in 2. ep. ad Corinth. II, 88. sqq. et *Pflugkium* ad Eurip. Heracl. v. 314.), ut imperite *Tholuccius* statuit, sed a verbo παρακαλῶ v. 1. suspensi sunt (hortor vos, *ut* — *sistatis* — *neque* vos *conformetis* ad hujus saeculi mores, sed vos *transformetis* —); sin vulgatam scripturam probaveris, Apostolus structuram variavit h. m.: *hortor* vos, *ut sistatis* — *neque vos conformate* ad h. s. mores, *sed* vos *transformate* — (v. *Wineri* gr. p. 302.). De hâc lectionis varietate recentissimi interpretes non recte judicarunt. *Reichius* et *dW.* correctores structurae variatione offensos ex Imperativis Infinitivos fecisse putarunt. *Meyerus* utrum correctores ut sententia vs. 2. sui arbitrii esset Imperativos pro Infinitivis posuerint, an ut inchoata vs. 1. structura continuaretur Imperativos in Infinitivos mutaverint constitui posse negavit. Itaque optimos auctores sequendos esse ratus Infinitivos a P. scriptos esse censuit. Est variatae vs. 2. structurae genus tam usitatum, ut ad correctionem neminem facile invitaverit. Neque cur librarii versus 2. sententiam sui juris esse quam a παρακαλῶ v. 1. regi maluerint idonea causa apparet. Postremo ne vulgatam lectionem antiquitatis testimonio destitui opineris, Syrus eam et Clemens Al. Strom. II, c. 9. p. 450. *Potter.* sequutus est. Quin vulgata scriptura genuina est. Constat librarios saepenumero pro ε scribere αι et vicissim αι pro ε (cf. not. ad Marc. p. 579. et varr. lect. Matth. 11, 14. Marc. 6, 9. Eph. 4, 23. 24. 6, 17. 1 Petr. 2, 11. Aristoph. Thesmoph. 571. Xenoph. Anab. 5, 1, 7.). Itaque quum P. h. l. καὶ μὴ συσχηματίζεσθε — ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε exarasset, nonnulli librarii haec v. a v. παρακαλῶ v. 1. suspensa esse opinati συσχηματίζεσθε et μεταμορφοῦσθε pro Infinitivis mendose a librario scriptis habuerunt mendoque quod invenisse sibi visi sunt emendato συσχηματίζεσθαι et μεταμορφοῦσθαι dederunt. Contende Plutarchi Eroticum c. 5. εἰ δὲ βούλοιο φιλονεικῶν διαιρεῖν οὐ

μέτρια δόξεις, ποιεῖν ὁ παιδικὸς οὗτος, ἀλλ᾽ ὥσπερ ὀψὲ γεγονὼς καὶ παρ᾽ ὥραν τῷ βίῳ νόθος καὶ σκότιος ἐξελαύνει τὸν γνήσιον Ἔρωτα καὶ πρεσβύτερον, ubi *Winckelmannus* lectionem ἐξελαύνειν recte repudiavit. Aoristum (παραστῆσαι) P. v. 1. posuit, quoniam victimae oblatio momento absolvitur, nunc v. 2. Praesens collocat, quia animi et in deterius et in melius mutatio sensim sensimque fit et durat. Συσχηματίζειν τινά *conformare aliquem, in eandem formam aliquem redigere* (conferatur Onosandri Strategicus c. 13.), συσχηματίζεσθαι *conformari, in eandem formam redigi* h. e. *se conformare, se in eandem formam redigere* declarat. Nempe συσχηματίζεσθαι non Medium est (*Meyerus*), sed Passivum (*Rueckert.*), quod *reflexivam* vim habet (v. *Buttmanni* Ausführl. gr. Sprachl. I, 360. ed. 2. et quae disputavi in libro: Präliminarien u. s. w. p. 50.) Idem valet de v. μεταμορφοῦσθαι. Dicitur et συσχηματίζεσθαί τινι (1 Petr. 1, 14.) *se in eandem formam cum aliquo redigere, eandem formam quâ aliquis indutus sit sibi induere*, et συσχηματίζεσθαι πρός τινα s. πρός τι *se ad aliquem* (aliquid) i. e. ad alicujus formam *conformare*. Plut. Num. c. 20. (73. E.) — αὐτοὶ δὲ (οἱ πολλοί) τὴν ἀρετὴν ἐν εὐδήλῳ παραδείγματι καὶ λαμπρῷ τῷ βίῳ τοῦ ἄρχοντος ὁρῶντες ἑκουσίως σωφρονοῦσι καὶ συσχηματίζονται πρὸς τὸν ἐν φιλίᾳ καὶ ὁμονοίᾳ τῇ πρὸς αὑτοὺς μετὰ δικαιοσύνης καὶ μετριότητος ἀμύμονα καὶ μακάριον βίον —. Licet non solum corpus corporisque habitum, sed etiam verba (sic Ulixes apud Eustathium in Od. ι. p. 1612,31. ed. Rom. συσχηματίζεται τοῖς ἀκροαταῖς φαίαξιν *verba sua ad Phaeacum ingenium accommodat*), vocem, mores, mentem et animum ad aliquid conformare. Nam mentis et animi forma mentis animique habitus et conditio est. H. l. συσχηματίζεσθαι *animorum* aut voluntatis conformationem indicat (neque vos, i. e. animos vestros, in eandem formam cum pravis hujus saeculi hominibus redigite h. e. neque animos vestros ad perversorum hujus saeculi hominum voluntatem conformate). Hoc docet membrum oppositum: ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν *sed transformate vos per animi vestri renovationem* (v. 1 Petr. 1, 14. et *Onosandri* locum c. ὅταν δέ τις ἐμπέσῃ δυςθυμία στρατεύμασι καὶ φόβος — — ὁ στρατηγὸς δεῖ μάλιστα τοῖς στρατιώταις ἱλαρὸς καὶ γεγηθὼς καὶ ἀκατάπληκτος φαίνεσθαι· αἱ γὰρ ὄψεις τῶν ἡγεμόνων συμμετασχηματίζουσι τὰς ψυχὰς τῶν ὑποτεταγμένων.). τῷ αἰῶνι τούτῳ] Judaei tempus in duo spatia diviserunt, in tempus, quod ante Messiae adventum et quod post Messiae adventum esset. Illud, quo Satanas imperium teneret, עוֹלָם הַזֶּה, hoc, quo Messias,

seu Deus potius per Messiam regnaturus esset, עוֹלָם הַבָּא vocarunt (v. *Schoettgenii* Horas hebr. et talm. I, 1153 sqq.). Haec temporis divisio ita ab Jesu et Apostolis retenta est, ut praesens temporis spatium non primo Jesu Messiae ad homines adventu, ut Judaeis visum est, sed sollemni ejus de coelo in terrarum orbem reditu finiri putarent. Ceterum Apostoli Christi de coelo reditum proxime abesse pie crediderunt (Matth. 24, 34. Rom. 13, 11. Hebr. 10, 25.). Itaque suam aetatem in extremam temporis quod ante Messiam esset partem incidisse aut se ultimis hujus temporis diebus vivere opinati sunt (Hebr. 1, 2. 1 Petr. 1, 20. 1 Joh. 2, 18.). Temporis spatium, quod ante Messiae de coelo reditum est, in N. T. ὁ αἰὼν οὗτος Matth. 13, 22., ὁ νῦν αἰών 2 Tim. 4, 10., ὁ ἐνεστὼς αἰών Gal. 1, 4., ὁ καιρὸς οὗτος Marc. 10, 30. et ὁ νῦν καιρός Rom. 8, 18. appellatur; tempus post Messiae de coelo reditum exspectandum ibi ὁ αἰὼν ὁ μέλλων Matth. 12, 32., ὁ αἰὼν ὁ ἐρχόμενος Luc. 18, 30. et ὁ αἰὼν ἐκεῖνος Luc. 20, 35. dicitur. Sed ὁ αἰὼν οὗτος non solum tempus, quod ante Christi reditum de coelo est, verum etiam homines, qui hoc tempore vivunt (1 Cor. 2, 6.) significat (contende usum vocis *saeculum*), idem quod τοὺς υἱοὺς τοῦ αἰῶνος τούτου Luc. 16, 8. 20, 34.. Jam quum tempus, quod Messia nondum in terrarum orbem reverso labitur, *Satanas* moderetur (2 Cor. 4, 4.), homines quoque, qui hoc tempore vivunt, in *Satanae* manu sunt (1 Joh. 5, 19.) ac proinde perversi et scelerati (Gal. 1, 4. Act. 2, 40.), qui in summâ rerum divinarum ignoratione versentur (Eph. 4, 17, sq.), inhonestis cupiditatibus inflammentur (Tit. 2, 12. 1 Joh. 2, 16.) et spurce vivant (Eph. 2, 3. 2 Petr. 2, 20.). Itaque, ubi ὁ αἰὼν οὗτος turpes Satanae satellites (τοὺς υἱοὺς τοῦ αἰῶνος τούτου) designat i. q. ὁ κόσμος declarat (1 Cor. 1, 20.). Christus a Deo missus est, ut Satanae regnum everteret ejusque imperio homines liberaret (1 Joh. 3, 8. Joh. 12, 31. 16, 11. Act. 26, 18.). Accendit Christus suis discipulis divinae veritatis lumen (1 Tim. 2, 4. 2 Tim. 2, 25. Hebr. 10, 25.), consequuntur qui Christo fidem adjecerint eorum peccatorum, quae quamdiu Judaei aut gentiles fuissent commiserint, veniam et agitat eos per spiritum s. Deus (1 Joh. 4, 4. Rom. 8, 15.) eosque filios suos facit (Joh. 1, 12.). Sane usque ad sollemnem Christi de coelo reditum cum Satanae ministris mixti in hoc terrarum orbe vivunt multisque malis premuntur (Rom. 8, 18.), sed duo maxime eos consolantur, unum quod se a Satanae consortio segregatos (Joh. 17, 16. Col. 1, 13.) hominum Deo sacrorum coetum esse sciunt (Act. 26, 18.), alterum, sempiternae felicitatis spes (Rom. 8, 24.). Nempe Christus de

coelo reversus piis discipulis aeternam felicitatem dabit, Satanam contra et omnes ejus satellites sempiternis geennae ignibus cruciandos tradet (Matth. 13,40. sq. 25, 41.). Quae quum ita sint verba *μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ* hanc vim habent: nolite animis vestris eandem cum Satanae satellitibus formam induere, nolite animos vestros ad eorum hominum voluntatem et studia componere, qui a divinâ veritate etiamnum abhorrent et Satanae serviunt, neque digna est quae refutetur *Oecumenii* et *schol. Matth.* interpretatio: *μὴ συμμεταβάλλεσθε τοῖς καιροῖς.* — *ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν*] *sed transformate vos per animi vestri renovationem.* Hominem christianum animi formâ transfiguratâ novam animi formam sibi adjicere atque ut ex Satanae satellite Christi minister fiat, qui ad hujus praeclari heri praecepta suam voluntatem dirigat, omnes industriae suae nervos contendere oportet (2 Cor. 5, 16. Eph. 2, 10. 4, 22. sq.). Seneca epist. 6. init. Intelligo, Lucili, non emendari me tantum, sed *transfigurari.* Licuerat Paulo *μετασχηματίζεσθε* pro *μεταμορφοῦσθε* ponere (2 Cor. 11, 14. sq.). Cur aliud ejusdem potestatis verbum collocare, quam ante positum retinere maluerit certo dici nequit. Fortasse *μεταμορφοῦσθε* praetulit, quoniam hoc verbum ei plenius quam *μετασχηματίζεσθε* sonare visum est (v. I, 210.). Tantum apparet, et temere ab interpretibus verborum quae significatu non differunt discrimina excogitata esse *), et Pau-

*) Hoc fecerunt PP. graeci, quorum ineptam interpretationem nunc pervellam. *Chrysostomus: Μὴ συσχηματίζεσθε, φησι, τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν. Καὶ γὰρ χαμαίζηλον τὸ σχῆμα τοῦ αἰῶνος τούτου καὶ εὐτελὲς καὶ πρόςκαιρον — —. Εἰ τοίνυν ὀρθὰ βούλει βαδίζειν μὴ τυπώσῃς ἑαυτόν, κατὰ τὸ σχῆμα τοῦ παρόντος βίου· οὐδὲν γάρ, τῶν ἐν αὐτῷ μένον καὶ βεβηκός ἐστι. Διὸ καὶ σχῆμα ἐκάλεσεν αὐτό, καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν· παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου* (1 Cor. 7, 31.). *Οὐδὲν γὰρ διαρκὲς καὶ πεπηγὸς ἔχει, ἀλλὰ πάντα πρόςκαιρα. Διὸ καὶ τῷ αἰῶνι τούτῳ εἶπε, διὰ τούτου μὲν τὸ ἐπίκηρον δηλῶν, διὰ δὲ τοῦ σχήματος τὸ ἀνυπόστατον· κἂν γὰρ πλοῦτον εἴπῃς, κἂν δόξαν, κἂν τρυφήν, — σχῆμα μόνον ἐστίν, οὐ πράγματος ἀληθείας ἐπίδειξις, καὶ προςωπεῖον, οὐχ ὑπόστασίς τις μένουσα. Ἀλλὰ σὺ μὴ συσχηματίζου τούτῳ, ἀλλὰ μεταμορφοῦ, φησιν, ἐν τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοός. Οὐκ εἶπε συσχηματίζου, ἀλλὰ μεταμορφοῦ, δεικνὺς ὅτι τὸ μὲν τοῦ κόσμου σχῆμα, τὸ δὲ τῆς ἀρετῆς οὐ σχῆμα, ἀλλὰ μορφή τις ἀληθὴς φυσικὸν ἔχουσα κάλλος οὐ δεόμενον τῶν ἔξωθεν ἐπιτριμμάτων τε καὶ σχημάτων τῶν ὁμοῦ τε φαινομένων καὶ ἀπολλυμένων· καὶ γὰρ ἅπαντα ταῦτα πρὶν ἢ φανῆναι λύεται. Ἂν τοίνυν τὸ σχῆμα ῥί-*

lum h. l. non verborum sed *praepositionum*, ex quibus verba composita essent (μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ,

---

ψης ταχέως ἐπὶ τὴν μορφὴν ἥξεις. *Theodoretus*: Σχήματα μὲν καλεῖ τὰ τοῦ παρόντος αἰῶνος, οἷον πλοῦτον καὶ δυναστείαν καὶ τὴν ἄλλην περιφάνειαν, πράγματα δὲ τὰ μέλλοντα ὡς μόνιμα ὄντα καὶ διαρκῆ (Hebr. 10, 1.). Οὕτω καὶ ἀλλαχοῦ (1 Cor. 7, 31.) — — — — Βούλεται τοίνυν ἡμᾶς ὁ θεῖος ἀπόστολος μὴ περὶ ταῦτα κεχηνέναι μηδὲ στέργειν τοῦδε τοῦ βίου τὸ σχῆμα, ἀλλ' ἐκεῖνα μετιέναι, ἃ προξενεῖ τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον. ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε κτλ.] ἐνταῦθα καὶ τοὺς ἐπὶ τὸ χεῖρον ῥέποντας ἐπὶ τὰ κρείττω παρακαλεῖ· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ μεταμορφοῦσθε· ἐδίδασκε δὲ καὶ ὅσον πρὸς τὰ παρόντα τῆς ἀρετῆς τὸ διάφορον· ταῦτα γὰρ ἐκάλεσε σχῆμα, τὴν ἀρετὴν δὲ μορφήν· ἡ μορφὴ δὲ ἀληθῶν πραγμάτων σημαντική, τὸ δὲ σχῆμα εὐδιάλυτον χρῆμα. *Theophylactus*: — ἐὰν μὴ συσχηματιζώμεθα τῷ αἰῶνι τούτῳ. Οὐδὲν γὰρ ἔχει ἑστὸς καὶ βέβαιον, ἀλλὰ πάντα πρόσκαιρα καὶ σχῆμα μόνον ἔχοντα, οὐχ ὑπόστασίν τινα καὶ οὐσίαν μόνιμον. Μὴ οὖν, φησιν, ἐξομοιοῦσθε καὶ ὑμεῖς τούτῳ τῷ αἰῶνι ἀνυποστάτῳ. — — Ὅρα δὲ πῶς ἐπὶ μὲν τοῦ κόσμου σχῆμα ὠνόμασε διὰ τὸ εὐδιάλυτον καὶ πρόσκαιρον, ἐπὶ δὲ τῆς ἀρετῆς μορφή, ὡς φυσικὸν ἐχούσης κάλλος καὶ οὐδὲν δεόμενον τῶν ἔξωθεν σχημάτων καὶ καλλωπισμάτων. Ὁ μὲν γὰρ κόσμος σχηματίζεται ὡς ἂν κλέψῃ ἡμᾶς, ἡ δὲ ἀρετὴ τὴν οἰκείαν μορφὴν ἀσχημάτιστον ἐπιδείκνυται. Compara etiam *Oecumenium*, *Photium* apud *Oecumenium* et schol. Matth.. Itaque PP. graeci quum τὸ σχῆμα aut *inanem citoque perituram pompam* (*Chrys.*, *Theophyl.*) aut *vanam speciem* (*Theodoretus*), et τὴν μορφὴν *nativam et stabilem pulchritudinem* (*Chrys.*, *Theophyl.*), quâ res *vera* neque imaginaria declaretur (*Theodoretus*) explicuissent, haec Paulum dicere sibi persuaserunt: *nolite participare inanem et caducam hujus mundi pompam* (*Theodoretus*: *vanam hujus saeculi umbram venari*), *sed virtute per animi vestri innovationem assumtâ veram et stabilem pulchritudinem induite* (*rem*, non umbram, consequi studete, *Theodoretus*). Sane ἡ μορφή saepe de *pulchrâ* formâ usurpatur, sed μεταμορφοῦσθαι semper *transformari*, *ex aliâ formâ in aliam mutari*, nunquam *ex aliâ pulchrâ formâ in aliam pulchram formam se convertere* significat. Et si significaret certe h. l. significare non posse tardi homines non intellexerunt. Nam verbis μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν (*aliam pulchram* formam induite per animi vestri innovationem) absurda et quam P. exploderet sententia inesset: iis jam *pulchram* formam esse, quorum animi *nondum* innovati sint. His Patrum commentum plane eversum est. Sed nonnulla addere placet. Quum τὸ σχῆμα etiam tum *pompam*, *ornatum*, tum *inanem speciem* declaret, σχηματίζεσθαι et *se exornare* et *simulare* (i. q. ὑποκρίνεσθαι) notare non mirum est. Sed verba composita μετασχηματίζεσθαι et συσχηματίζεσθαι semper quantum scio simpliciter de *formae*, quae pro sententiarum et contextae orationis diversitate diversissima sane est, (1 Cor. 4, 6. σχῆμα *orationis* forma, *figura* est: notat igitur μετασχηματίζειν τι εἴς τινα *mutatâ orationis formâ aliquid in aliquem dicere*, aliquid *per figuram* in aliquem transferre), mutatione ponuntur. Praeterea PP. graeci

ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε κ. ἀ. τ. ν. ὑ.) variatione vim orationi quaesivisse. Scilicet licuerat Paulo vs. 2. simpliciter

suam inanem *citoque periturum* pompam vanamque speciem aut *umbram*, quae *rerum veritati* opponeretur, non ex vocabulo τοῦ σχήματος, sed ex locis N. T. temere collatis (1 Cor. 7,31. Hebr. 10, 1.) hauserunt. 1 Cor. 7,31. τὸ σχῆμα nihil nisi *formam* denotat: *evanescit hujus mundi forma*; quibus verbis *aliam* fore *novi* mundi (Apoc. 21,1.) *formam* indicatur. In ep. autem ad Hebraeos 10, 1. σκιά (*umbra*) τῇ εἰκόνι (*effigiei*) diserte opponitur. Denique Graeci τὸ σχῆμα τῇ μορφῇ opponere, ut graecis Patribus visum est, in animos suos non induxerunt. Saepenumero enim τὸ σχῆμα de *pulchritudine*, *decore* posuerunt (Eur. Androm. 1. Ἀσιάτιδος γῆς σχῆμα, Θηβαία πόλις κτλ., ubi v. *Pflugk*. Hec. 619. ὦ σχήματ' οἴκων, ὦ ποτ' εὐτυχεῖς δόμοι, κτλ.). Quamquam non in ipso vocabulo hanc vim esse, sed ex re et contextâ oratione nasci, ut non mirum sit, quod etiam de *deformitate* et *squalore* usurpetur (Eur. Alc. 911. ὦ σχῆμα δόμων, πῶς εἰςέλθω;) scite *Pflugkius* observavit ad Hec. l. c.. Quum igitur v. ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε *sed transformate vos* simpliciter significent, vocabula antecedentia μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ *nolite vos conformare ad hujus aetatis homines* valere cogitandi lex et necessitas evincit. Idem igitur τὸ σχῆμα h. l. notat, quod ἡ μορφή et Apostolo μετασχηματίζεσθε pro μεταμορφοῦσθε scribere licuisse confitendum est. Cf. Phil. 3,21. — ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ —. Sextus Empiricus l. X. p. 688. ed. *Fabricius* — ἣ μένει μὲν ἐν τῇ οἰκείᾳ ὑποστάσει, εἰς ἄλλο δὲ εἶδος ἀντ' ἄλλου εἴδους μεταλαμβάνον γεννᾶται, ὡς ὁ μετασχηματιζόμενος κηρὸς καὶ ἄλλοτε ἄλλην μορφὴν ἀναδεχόμενος. Nuper viri boni, ut videlicet hermeneutica N. T. disciplina emendaretur, graecorum interpretum, in quorum auctoritate delitescerent, verba multis locis in suos libros transscripserunt. Quod quum animadvertisset *Tholuccius*, praeclarus omnium Theologiae disciplinarum corrector et emendator (v. librum: Wie *Tholuck* die h. Schrift erklärt, wie er beten lehrt u. dichtet. Lipsiae 1840. 8.) commentarios suos in ep. ad Romanos perpetuis observationibus exornavit, quas ex graecis interpretibus excerpsisset. In quâ re Theologiae patronus et soter tantâ negligentiâ tamque puerili inscitiâ versatus est, ut viris doctis ludum jocumque praebuerit et pro ludibrio in ora hominum abierit. Namque non solum juxta apta atque inepta ex graecis interpretibus in suum librum transscripsit verum etiam, quum graecum eorum sermonem non magis quam elementarius puer intellexisset, sana pro corruptis, corrupta pro sanis habuit, multas eorum voces sic attulit, ut a nemine percipi possent itaque de corruptelis, quas in graecorum explicatorum scriptis pro suâ sagacitate odoratus esset, disputavit, ut eruditis viris daret, quem optimo jure riderent (cf. libros meos: Ueber die Verdienste Tholuck's um die Schrifterklärung p. 108. sqq. Präliminarien u. s. w. p. 58. sqq. et anonymi libellum doctum atque facetum Wie Tholuck die h. Schrift erklärt u. s. w. p. 56. sqq.). Nesciverunt boni illi viri quod eos non praeterit qui interpretationis librorum N. T. historiam accurate tenent, plerosque N. T. explicatores ab *Erasmo* usque ad *Koppium* et *Kuinoelium* non solum graecos interpretes diligenter, consuluisse multaque eorum dicta excerpsisse, verum

ita loqui καὶ φρονεῖτε ὃ καὶ Χριστὸς Ἰησοῦς ἐφρόνει (Phil. 2,5.) s. καὶ φρονεῖτε ἀξίως τοῦ θεοῦ (Col. 1,10.) εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς κτέ.. Sed Romanos, quemadmodum Ephesios 4,17 — 24. 5,6—11., simul ne perversis hominum nondum emendatorum studiis indulgerent, simul ut animos suos *prorsus* emendarent graviter hortari statuerat. Dixit igitur: *nolite vos conformare ad turpium Satanae satellitum studia et voluntatem, sed transfigurate vos per animi vestri renovationem.* Haec oratio Romanos valde commovere debuit, qui et quanta Satanae ministrorum improbitas esset et quantam sanctitatem Christi disciplina postularet probe scirent. Vocem τῆς ἀνακαινώσεως a verbo ἀνακαινόω (Col. 3,10.) recte formatam (Tit. 3,5. contende vocem τῆς καινώσεως apud Josephum A. J. 18,6,10.) vulgo scholiastae Aristophanis Thesmoph. v. 1186. testimonio firmant (v. *Schleusn.* Lex.), cujus (est enim *Bisetus*, non vetus scholiasta) non major quam mea graeca scholia scribentis auctoritas est. τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοός ὑμῶν] Dativus non modum, quo injuncta Romanis transfiguratio fiat (v. *Bernhardy*: Wissensch. Syntax p. 100. sq.) notat (*Reich.*, *dW.*, *Meyerus* al.): *dum animum vestrum innovetis*, bei der Erneuerung euerer Gesinnung, sed instrumentalis est: *per*

etiam totos ex eorum auctoritate pependisse, ut multa quae illi probassent propterea vera esse crederent, quia ab illis approbata vidissent. In hoc crimine vel optimi N. T. interpretes sunt, ut *Beza* et *Grotius*, qui haud raro graecorum interpretum nugas non nominatis earum auctoribus recoxerint. Itaque non eo N. T. interpretationi salutem afferas, quod graecis interpretibus temere credas multaque eorum verba sine mente excerpas, sed hoc N. T. explicationem adjuves, quod illis in hac literarum luce sollerter utaris eorumque dicta veritatis amore ductus examines. Utique diguissimi sunt graeci interpretes, qui a nobis diligentissime conferantur multas ob causas: primum propterea, quod multa recte observarunt, ut quod par est suum cuique tribuamus: deinde idcirco, quia de multis codicum varietatibus recte judicare non possumus, nisi veterum interpretum disputationes accuratissime cognoverimus: postremo ideo, quod operae pretium est ipsas graecorum interpretum nugas refellere, quarum plerasque permulti deinceps probaverint, apud quos illorum sine ratione auctoritas valuisset. Ceterum ut ad ep. ad Rom. revertar, ex graecis interpretibus pependit *Bengelius*, quum scriberet: „μορφή, *forma*, *penitius* et *perfectius* quiddam notat, quam σχῆμα, *habitus*, cf. Phil. 2, 6. 8. 3, 21." Ad posteriorem locum temere *Beng.* provocavit (v. supra); in priore autem μορφὴ δούλου ad *totam* servi *formam* s. naturam et σχῆμα ad *externam* servi formam h. e. ad *corpus* humanum pertinet. Quamdiu Christus apud Deum in coelo constitutus erat ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπῆρχεν *imperans Deus erat* Joh. 1,1. Deique formam aut naturam habebat; sed hac forma deposita μορφὴν δούλου ἔλαβεν ministrantis et obedientis naturae formam (i. e. hominis, quem obtemperare oportet, non imperare ut Deo licet naturam) assumsit *externoque habitu* (quum *humanum corpus* haberet) ut *homo* inventus est.

animi vestri renovationem. Namque Christiani eo novi homines redduntur, *quod* spiritus s. eorum mentes occupat (τῷ πνεύματι τοῦ νοὸς αὐτῶν) et *quod novum hominem induunt* i. e. *animorum suorum lineamenta prorsus immutant* Eph. 4,23. 24.. τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν] *Calvinus*: „*Hic — attende; quae innovatio a nobis requiratur, nempe non carnis tantum — — sed mentis, quae pars est nostri excellentissima et cui principatum attribuunt philosophi. Vocant enim* ἡγεμονικόν *et ratio fingitur esse sapientissima regina. Verum eam Paulus ex solio deturbat adeoque in nihilum redigit, dum nos mente renovandos docet.*" Sane P. de mentis humanae sagacitate non honorificentissime statuit (v. I,67.). Nihilominus vana est *Calvini* disputatio, quum τὸν νοῦν h. l. non rationem aut intellectum, sed *animum* (Rom. 1, 28.) aut voluntatem designare ex iis quae modo dicta sunt eluceat. Arguta vocabulorum ὁ νοῦς et τὸ πνεῦμα discrimina nuper nonnullos V. D. excogitasse video (v. v. c. *Harlessium* ad Ephes. p. 400. et 424.) locis Ephes. 4,23. et 1 Cor. 14,14., ut videtur, deceptos. Significat ὁ νοῦς tum apud Graecos tum in N. T. nunc totam mentem (intellectum et animum, sic v. c. Eph. 4,17: ponitur enim ἡ ματαιότης τοῦ νοός, de quâ P. disputat, v. 18. in mentis caecitate et in callo animis obducto), nunc intellectum (Luc. 24, 45.) nunc animum et voluntatem (Rom. 1,28.). Ita plane Romani *mentis* vocabulum usurpant. Quidnam Eph. 4,23. — ἀνανεοῦσθαι — τῷ πνεύματι τοῦ νοὸς ὑμῶν declaret ei ambiguum esse nequit, qui Christianorum τὸ πνεῦμα τοῦ νοός gentilium τῇ ματαιότητι τοῦ νοὸς Eph. 4, 17. opponi perspexerit. Hinc τὸ πνεῦμα v. 23. τῇ ματαιότητι v. 17. respondere et τὸν νοῦν v. 23., ut v. 17., totam mentem denotare emergit. Hoc igitur dicit Ap.: — ut novi homines reddamini *per spiritum s., qui mentem vestram occuparit*, quem mente vestrâ tanquam tecto receperitis. Nempe spiritus s. τὴν ματαιότητα τοῦ νοός tollit, quum mentis tenebras dispellat et animum lustret: hominum nondum renatorum mens est σαρκική (Col. 2, 18.). Tum animum Christianis prorsus immutandum esse P. Eph. 4, 24. separatim monet. 1 Cor. 14, 14. ἐὰν γὰρ προςεύχωμαι γλώσσῃ τὸ πνεῦμά μου προςεύχεται, ὁ δὲ νοῦς μου ἄκαρπός ἐστι. verba τὸ πνεῦμά μου προςεύχεται valeat: *qui me spiritus inspirat* (dicitur spiritus s.) *preces fundit*: expende, quaeso, haec l. 1 Cor. 14,2. 12. 32. 1 Cor. 12, 10. Act. 16, 16. 1 Joh. 4, 1. sqq.. Τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου nihil nisi *hominis mentem* declarare posse noli objicere. Sane τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου ubicunque τὸ πνεῦμα hominis partem, i. e. mentem significat nihil nisi hominis mens esse

potest (1 Cor. 2, 11.). Sed *πνεῦμα* etiam *spiritum*, quem corpus ingressum hominem regere simplex antiquitas credidit, significat. Cujus corpus talis spiritus occupavit, is *πνεῦμα ἔχειν* dicitur (Luc. 4, 33. 13, 11. Act. 16, 16.) neque dubium est quin spiritus quem possideas recte *tuus* spiritus vocetur. *τοῦ νοὸς ὑμῶν*] *ὑμῶν* om. A. B. D*. gr. F. G. gr. 47. 67. Clemens Alex. Strom. l. II. c. 9. (I, 450. ed. *Potter.*) Copt. Cypr. ep. 77. probante *Griesbachio*. Delevit vocem *Lachmannus*. Male. Praetermiserunt *ὑμῶν* et *ὑμᾶς* post *εἰς τὸ δοκιμάζειν*, quod ab 18.* abest, negligentes scribae, quum neutrâ voculâ ad sententiae integritatem opus esset. Ne per loquendi consuetudinem, quâ N. T. scriptores usi sunt, Pronominum adjectionem quam omissionem magis commendari moneam, h. l. deletis Pronominibus nimis nudam et inconcinnam orationem fieri nemo non sentiat. Nempe vs. 1. Ap. dixerat *παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς* — — *παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν* — —, *τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν*. Itaque versus 1. versu 2. *ὑμῶν* et *ὑμᾶς* firmat. *εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τί τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ*] *Δοκιμάζειν* h. l. *examinare* valet (male *Flatius intelligere et approbare* et *P. A. Borgerus* in Dissert. de parte epistolae P. ad Rom. paraeneticâ L. B. 1840. 8. p. 12. *examinando cognitum habere* explicuit: *δοκιμάζειν* 1 Cor. 16, 3. *approbare* et 2 Cor. 8, 22. *explorare*, erproben significat), *εἰς* autem rem ex imperatâ Romanis transfigurationе, quae per animi renovationem efficienda sit, consequentem (Rom. 7, 4. i. q. *ὥςτε δοκιμάζειν ὑμᾶς κτλ.*) declarat h. s.: — transfigurate vos per animi vestri renovationem *ita ut* examinetis quidnam fieri Deus velit *). Ni-

*) Imperite *Carpzovius* ad h. l. haec scripsit: „*μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς* [*ὑμῶν*] *εἰς τὸ* — — —] Similem (!) dicendi formam Judaeus (Philo) habet lib. I. de vitâ Mos. p. 611. B. [ed. *Mang.* II, 89.] *Μεταμορφούμενος ἐνθεουσίᾳ* [sic] *εἰς προφήτην.*" At ibi haec leguntur: *Ταῦτα διεξιόντος* [*τοῦ Μωσέως*] *φοβηθέντες* [*οἱ ποιμένες*], *ἐπεὶ καὶ λέγων ἅμα ἐνθουσίᾳ μεταμορφούμενος εἰς προφήτην, μὴ χρησμοὺς καὶ λόγια θεσπίζῃ, καταπειθεῖς τε γίνονται καὶ κτλ.*. Non vidit *Carpzovius* h. l. *εἰς προφήτην* ad constructionem verbi *μεταμορφούμενος* pertinere. Notissima loquutio est *μεταμορφοῦσθαι εἴς τι transformari in aliquid*, ex aliâ formâ *in* aliam mutari. Cf. Athenaeus VIII, 334. c. *τὴν Νέμεσιν ποιεῖ* (Stasinus) *διωκομένην ὑπὸ Διὸς καὶ εἰς ἰχθὺν μεταμορφουμένην.* Contra in Pauli loco v. *εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τί κτλ.* a praecedente praecepto *μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν* ita reguntur, ut aut *finem*, quo P. id dederit, indicent, aut, quod mihi quidem veri similius videtur, *eventum* declarent, quem in Romanis habiturum sit, si ei satisfecerint.

mirum homines nondum renati quum mentis caecitate laborent animisque ad honestatis leges obduruerint spurce vivere solent neque quidnam Deus ab hominibus fieri velit curare Ephes. 4, 17—19.. Contra homines per fidem Christo habitam renovati ante oculos animosque suos sancta Dei praecepta proponunt, quae Deo grata, quae ingrata sint religiose expendunt quantumque possunt ut Deo et Christo probentur labore contendunt Ephes. 5, 8. — 10. 4, 22. sq.. *Meyerus* aliique voce *εἰς finem* indicari putant (— transformate vos per animi vestri renovationem, *ut* examinetis quidnam Deus fieri velit), cf. v. c. Rom. 11, 11.. Quod mihi quidem minus placet. Sed ita Paulum *ἵνα δοκιμάζητε* dicturum fuisse male objectum est (v. *Rueckertum*). Perperam *Rueck.*, *Olsh.* al. *εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς* enarrarunt: ita ut examinare *possitis*, h. e. *εἰς τὸ δύνασθαι ὑμᾶς δοκιμάζειν, τί κτλ.* cf. v. c. 1 Cor. 10, 13.. *Possunt* vero homines non renati quidnam Deus fieri velit examinare Rom. 1, 19. sq. 2, 14. sq., quod *Olsh.* frustra negavit, sed vulgo id minime faciunt Eph. 4, 17. sq., *Rueckerti* argumentum nullam vim habet, videri Paulum magnum renovati animi fructum Romanis h. l. ostendere. Nam hoc facit, non solum si ex impositâ Romanis transfiguratione, quae per animorum renovationem fiat, hoc sequi dicat, ut quidnam Deus fieri velit examinare *possint*, verum etiam si, iis per animorum innovationem transfiguratis futurum esse contendat, ut quidnam Deus expetat *examinent*, aut si transfigurationem per animorum renovationem *eo fine* iis injungat, *ut* quidnam Deus postulet *examinent*. Neque P. Phil. 1, 9. 10. ex amoris augmentis scientiae augmenta, ex scientiae augmentis res discrepantes (bonum et malum, purum et impurum, v. not. ad Rom. c. 2. v. 18.) discernendi facultatem nasci affirmavit, ut *Rueckertus* opinatur, (nam v. *ἐν ἐπιγνώσει* non *per* scientiam, sed *dum scientiâ praediti sitis*, bei Erkenntniß denotant); imo ex scientiâ omnique intelligentiâ hoc sequi monet, ut Philippenses discernant res discrepantes neque eas confundant: et hoc, inquit, precor, ut vester amor etiamnum magis magisque exardescat, *dum scientiâ omnique intelligentiâ praediti sitis ita ut* discernatis res discrepantes etc.» *εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τί τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ*] Mt. E. 3. 8. *εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τὰ διαφέροντα καὶ γινώσκειν τί κτλ.* Chrys. *εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τὰ διαφέροντα καὶ τί κτλ.*, qui *τὰ διαφέροντα* explicat *τὰ συμφέροντα*.. Eandem lectionem Photius apud Oecumenium sequutus est: *ἢ τοῦτό φησιν, ἀνακαινώθητι, ἵνα μάθῃς τί τε τὸ συμφέρον καὶ τί τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, ἢ ὅτι οὕτω δυνήσῃ ἀνακαινωθῆναι, ἐὰν*

μάθῃς τί τὸ συμφέρον καὶ τί τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ. Peperit has lectiones nostri loci cum Rom. 2, 18. et Phil. 1, 10. collatio. τί τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον] τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ non subjective *facultatem*, aut *actionem*, *quâ Deus vult*, sed objective *id quod Deus vult* designat (Rom. 2, 18. 1 Thess. 4, 3.). Quippe hoc Paulo dicendum est: — ita ut vos examinetis *quidnam Deus velit ac proinde a vobis faciendum sit*. Hinc patet v. τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον appositionem continere, quâ vocc. τί τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ illustrentur: — ita ut vos examinetis, quidnam Deus fieri velit, nempe honestum (12, 9.), ipsi gratum et perfectum (sic recte v. c. *Bucerus*, *Kopp.*, *Meyerus*. Contende 1 Thess. 4, 3. τοῦτο γάρ ἐστι θέλημα τοῦ θεοῦ, ὁ ἁγιασμὸς ὑμῶν). Indicat igitur P. nihil Deum velle nisi honestum, ipsi gratum et perfectum. Potest sane εὐάρεστον ad homines referri: εὐάρεστον τοῖς ἀνθρώποις i. q. προςφιλές (Phil. 4, 8.) *hominibus acceptum*. Scilicet probis hominibus non placent, nisi honesta. Sed quum v. 1. εὐάρεστον τῷ θεῷ praecesserit et nunc Apostolo τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ explicandum sit ad *Deum* utique referendum est: εὐάρεστον scil. τῷ θεῷ, *Deo gratum*. Deus autem pro suâ sanctitate 1 Petr. 1, 15. pietate delectatur. *Koppius* voci εὐάρεστον *honesti* significatum affinxit. Idem εὐάρεστον *obsequiosum*, gefällig, fortasse notare contendit cl. Tit. 2, 9. At ibi εὐάρεστος non *eum*, *qui alteri placere studet*, *officiosum* denotat, ut nuper *Matthiesio* et *Bretschneidero* Lex. p. 170. ed. 3. visum est, sed eum *cui facile satisfacias*, *hominem contentum* significat, cui opponitur δυςάρεστος is, *cui difficulter satisfacias*, *homo non contentus*, *morosus*. Neque vocem τῆς εὐαρεστήσεως in Josepho A. J. 12, 6, 2. ὁ Ματταθίας οὐκ ἔφασκε ποιήσειν, οὐδ' εἰ τἄλλα πάντα ἔθνη τοῖς Ἀντιόχου προςτάγμασιν ἢ διὰ φόβον ἢ δι' εὐαρέστησιν ὑπακούοι πεισθήσεσθαι, ποτ' αὐτὸς μετὰ τῶν τέκνων τὴν πάτριον θρησκείαν καταλιπεῖν. *placendi studium* designare *Bretschneidero* l. c. concedendum est. Nimirum v. δι' εὐαρέστησιν hanc vim habent: *propter assensum* i. e. *ut Antiochi assensum consequantur*, *ut Antiocho placeant*. τέλειον] Quemadmodum Deus ipse omnibus numeris absolutus est (τέλειος) quippe integerrimus Matth. 5, 48., ita Deo non inchoata et manca, sed perfecta et expleta hominum virtus et pietas probatur 1 Petr. 1, 15.. Quod igitur Deus vult, id τὸ τέλειον sit necesse est. Ineptis argumentis nostra interpretatio impugnata est, non videri Apostoli ingenium pati, ut eum *honestum* abstracto τοῦ ἀγαθοῦ vocabulo enuntiasse credamus (*Rueck.*; at cf. v. c. 2, 10. 12, 9.) et male nostram

rationem iniri, quia articulus non iteratus sit — *καὶ τὸ εὐάρεστον καὶ τὸ τέλειον* (*Reich.*, *Borgerus* l. c. p. 13. al.). Enimvero tria Substantiva *τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον* unam *ab omni parte perfecti* notionem enuntiant: quod Deus vult est idem quod honestum, Deo gratum neque mancum sed perfectum. Cf. *Kruegerum* ad Xen. Anab. p. 380. et 92. et *Wineri* gr. p. 120.. Male *Chrys.*, *Theophyl.*, *schol. Matth.* al. Paulum appositione *) *τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον* se *τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ* ea, quae Deus *Christo* interprete usus ab hominibus fieri velit, non ea, quae se velle Mosi aperuerit dicere indicasse crediderunt: nam quae Deum fieri velle lex mos. affirmet *neque Deo grata neque perfecta* fuisse; sed quum Judaeis leges imponeret ad eorum imbecillitatem descendisse. *Chrys.*: — *ἐνταῦθα δέ μοι καὶ Ἰουδαίων καθάπτεσθαι δοκεῖ τῶν ἐχομένων τοῦ νόμου. Θέλημα μὲν γὰρ ἦν τοῦ θεοῦ καὶ ἡ παλαιὰ πολιτεία, ἀλλ᾽ οὐ προηγούμενον, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐκείνων ἀσθένειαν συγχωρηθέν, τὸ δὲ τέλειον καὶ εὐάρεστον ἡ καινὴ πολιτεία.* Inepte P. h. l. in tantâ praeceptionis severitate tum legis mos. admiratione captos Judaeos carperet, tum legem mos. pervelleret. Praeterea quod Deus per Mosen edixisset honestum *non fuisse* Paulo in mentem venire non potuit. Sapienter igitur *Chrys.* de verbis *τὸ ἀγαθόν* tacuit. Jam qui verba *τὸ ἀγαθόν* perperam negligi vidissent hanc portentosam explicationem commenti sunt: — quidnam Deus velit, nempe quidnam *utile* sit (vult enim Deus etiam inutilia, quum hominibus propter commissa peccata succenset), ei gratum (displicet enim ei v. c. magister, qui vocis a Christo editae immemor Joh. 16, 12. tironibus mysteria christiana explicet) et perfectum (v. c. largae stipes): cf. *Basilium* apud *Theophylactum* et *Rufinum*. Pessime *Vulg.* (— ut probetis quae sit voluntas Dei *bona*, et *bene placens* et *perfecta*) *Lutherus* et multi alii *τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον* Adjectiva esse putarunt, quae cujusmodi sit *τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ* doceant. Qui hanc explicationem nuper defenderunt (*Reich.*, *Rueck.*), iis clara rei notio defuit. Si *τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ* subjective *facultatem* aut *actionem quâ Deus vult* enarraveris potest quidem Dei voluntas *bona* i. e. *in honestum versa* dici, sed Deo

*) *Chrysostomum* τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον pro Adjectivis sumere, quibus τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ describatur (*Meyerus*), credere noli. Explicat enim τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ *id quod Deus vult* (— — οὕτω δύνασθε ἀνανεωθῆναι, ἐὰν μάθητε τὰ συμφέροντα καὶ *τί ποτε βούλεται ὁ θεός*.). Hanc vero interpretationem ingressus τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον pro Substantivis ad τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ appositis habere debet.

grata et perfecta nullo modo vocari potest. Voluntas quae velle nequit nulla potius, quam imperfecta voluntas est. Haec autem enuntiatio: *facultas, quâ Deus vult, Deo grata est* hanc ineptam sententiam fundit: Deo gratum est, quod voluntate praeditus est, quod velle potest. Sin τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, quod hîc verum esse supra vidimus, objective *id quod Deus vult*, ὅ θέλει ὁ θεός, interpretatus fueris, τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον Substantiva esse ad τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ apposita ita ut *quod* velit Deus, si aliis verbis uti placuerit, honestatem, actiones Deo acceptas et perfectam pietatem esse Paulus dicat logica ratio docet. Quod non sensit *Reichius*, quoniam τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ precario *Dei postulatum* vertit. Quamquam ne haec quidem translatio sanam sententiam praebet. Apparet enim, neque Dei postulatum εὐάρεστον recte appellari, neque et honestum et inhonestum, et perfectum et imperfectum Dei postulatum ab homine christiano cogitari posse. *Rueckertus* autem interpretationem a nobis impugnatam admitti posse hâc versione planum facere studuit: das was Gott will, was als von Gott gewollt auch gut und im Thun der Menschen Gott gefällig und vollkommen ist. Praeterquam quod V. D. als von Gott gewollt auch precario addidit, non vidit, semet ipsum v. τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον ut apposita ad vocc. τί τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ referre (das was Gott will, was gut u. s. w. τί τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, (scil. τί) τὸ ἀγαθὸν κτλ.). Ceterum *Griesb.*, *Reich.*, *Tischendorfius* al. It. Boern. Ambrosiastrum aliosque qui sic vertunt: *ut probetis vos quae sit voluntas Dei, quod bonum et beneplacitum et* (quod) *perfectum* in suis codd. τί τὸ ἀγαθὸν κτλ. invenisse falso crediderunt. In promtu est enim, eos qui verba τὸ ἀγαθὸν κ. εὐάρεστον καὶ τέλειον pro Adjectivis accepissent ea latine cum Vulg. sic reddidisse: — quae sit voluntas Dei *bona* et *bene placens* et *perfecta*, contra eos qui illa verba ut Substantiva ad vocc. τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ rettulissent ita ea convertisse: — quae sit voluntas Dei, *quod* bonum et beneplacitum et (*quod*) perfectum. Ad *Rufinum* (IV. p. 645.) *) illi Viri D. provocare non debebant. Est enim manifesti erroris socius, non auctor, cui vanam rem credas, idoneus. Major etiam *Borgeri* error

*) *Rufinus* l. c.: „*Quae sit*, inquit, *voluntas Dei, quod bonum et beneplacitum et perfectum.*" Si secundum *hoc* legamus, *quod in latinis codicibus* invenimus, hic erit sensus: quia voluntas Dei est quidquid bonum et beneplacitum et perfectum est — —; si vero secundum hoc quod diximus *apud Graecos* haberi, id est *ut probetis quae sit voluntas Dei bona et beneplacita et perfecta* potest quidem idem quod supra diximus viderit etc..

est τί τὸ ἀγαθὸν κτλ. in graeco textu esse opinati p. 13.: „Huic sententiae obstat pronomen τί ante τὸ ἀγαθόν, minime e textu ejiciendum (!)."

V. 3. Hoc vs. P. recte se postulasse, ut Romani per animi sui renovationem transfigurarentur v. 2., *modestiae* commendatione ostendit, cujus nonnullos Romanos parum studiosos esse vel audivisset vel suspicatus esset, quum homines per Christum renovatos hâc virtute ornatos esse oporteret. Sic igitur hic vs. cum vs. 2. cohaeret: *nam* (*ne temere me ita praecepisse putetis*: *transfigurate vos per animi vestri innovationem* etc.) avoco pro meâ apostoli auctoritate unumquemque vestrûm ab arrogantiâ (quae hominem Christi disciplinâ transfiguratum dedecet), hortor ad modestiam (quâ virum Christi operâ innovatum conspicuum esse oportet.). Non recte *Chrysostomus*: nam (*ut quidnam Deus fieri velit explicem*, cf. v. 2.) edico etc.. *Chrysostomus*: — καί φησι μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ), ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν κτλ.. διὰ τῆς χάριτος] Addunt τοῦ θεοῦ 37. 67. 73. Mt. a. c. d. k. q. et nonnulli alii. Recte *Matthaeius* ed. min.: „*Est — explicatio ex locis Pauli similibus.*" Cf. v. c. 1 Cor. 1,4. 3,10.. τῆς δοθείσης μοι] Haec v. om. unus Aethiops: ejusque lectionem *Millium* Prol. §. 1255. probasse male contendit *Wetstenius*. Cf. Rom. 12, 6. 15,15. 1 Cor. 1,4. 3,10. Eph. 3,2. 7.. λέγω γὰρ διὰ τῆς χάριτος τῆς δοθείσης μοι] Hic λέγω, ut saepe (v. Matth. 23,3. Herodotum 4,127. f. ἀντὶ δὲ τοῦ ὅτι δεσπότης ἔφησας εἶναι ἐμὸς κλαίειν λέγω et *Pflugkium* ad Eur. Alcest. v. 426.), valet *edico*, *jubeo* et *gratiam sibi datam* eam P. dixit quâ qui olim rem christ. vehementer oppugnasset 1 Cor. 15,9. 10. Gal. 1,13. sq. *Apostolus* constitutus est isque factus, qui tanto muneri satisfacere posset (15,15. Gal. 1, 15. sq. Eph. 3,7. 8. 1 Tim. 1,12.). Quare *edico per gratiam mihi*, ut essem Apostolus *datam* hanc vim habet: *edico pro meâ auctoritate apostolicâ*, *edico domini mandatu* (λέγω ἐν λόγῳ κυρίου 1 Thess. 4,15.), *edicit me interprete dominus* (παραγγέλλει δι' ἐμοῦ ὁ κύριος 1 Cor. 7,10.). Male *Koppius* gratiam Paulo divinitus tributam ad *sapientiam* ei a Deo per spiritum s. impertitam rettulit. Est enim Paulo non pro suâ sapientiâ, sed *pro suâ auctoritate apostolicâ* Romanis modestia inculcanda. παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν] *omnibus qui sunt inter vos* Goth. Vulg. Clar. Germ. Guelph. Patr. lat.. *Rufinus*: „Sciendum primo est, quod ubi nos habemus *omnibus qui sunt inter vos* in *graeco* habetur *omni qui est in vobis*." Hi minime πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν ὑμῖν, quod in nullo codice graeco legitur, in suis codd.

invenerant, sed interpretum libertate usi Pluralem posuerunt pro Singulari. Contende *Photium* apud *Oecumenium* — λέγω παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν, τουτέστι πᾶσι λέγω, πᾶσι παραινῶ —. παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν] Quum P. v. 6. sq. poscat, ut quibus egregiae dotes a Deo datae fuerint et munera ecclesiastica assignata relligiose suo officio satisfaciant, aut fuerunt Romae qui quod praeclaris donis a Deo ornati essent et muneribus ecclesiasticis fungerentur superbirent plebemque christianam valde spernerent, aut P. metuit, ne tales homines ibi invenirentur. Sunt igitur P. verba sic exponenda: *nam edico pro muneris benigne in me collati rationibus unicuique qui in vestro coetu versatur* (1,7. Eph. 1,1. 2 Cor. 1,1. Phil. 1,1. 1 Thess. 2,14.) h. e. *edico — non solum gregario Christiano, verum etiam ei, qui munus ecclesiasticum apud vos administret eximiisque donis a Deo affectus sit. Theophylactus*: — παντὶ δὲ λέγει, καὶ ἰδιώτῃ καὶ ἄρχοντι. Male *Theodoretus*: πᾶσι δὲ ταῦτα νομοθετεῖ, καὶ πλουσίοις καὶ πένησι, καὶ δούλοις καὶ δεσπόταις, καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξί· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν. Neque melius *Heumannus* unicuique] et nobili et ignobili, et docto et indocto, et diviti et egeno, *Grotius*: „παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν] i. e. *omnibus qui in ecclesiâ estis*, sive *Judaei* (!), sive *Christiani*" et *Boehmius*: cuilibet vestrûm, sive Judaeus, sive ethnicus olim fuerit. *Koppius* τῷ ὄντι i. q. τῷ ὄντι τι (Gal. 6,3.) valere putavit (edico — cuilibet, qui in vestro coetu de suâ sententiâ aliquid est aut *aliquid esse* sibi videtur) suamque opinionem loco 1 Cor. 1,28. firmavit, ubi τὰ μὴ ὄντα et τὰ ὄντα pro τὰ μηδὲν ὄντα et τὰ ὄντα τι posita sint. Refellitur *Koppii* commentum locis 1,7. 2 Cor. 1,1. Ephes. 1,1. Phil. 1,1. 1 Thess. 2,14.. Praeterea 1 Cor. 1,28. voce. τὰ μὴ ὄντα et τὰ ὄντα non idem declarant quod τὰ μηδὲν ὄντα et τὰ ὄντα τι, sed, ut *paucis* verbis ante dicta *gravissime* enuntiaret, quos *stultos*, *infirmos* (v. 27. τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου, τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου), *ignobiles* et *contemtos* (v. 28. τὰ ἀγενῆ τοῦ κόσμου καὶ τὰ ἐξουθενημένα) P. vocarat, eos ejusmodi homines appellavit, qui *nulli* essent (τὰ μὴ ὄντα) iisque homines opposuit, qui *essent* (τὰ ὄντα). Hos antea dixerat *sapientes*, *potentes* et *honoratos*. Nam nullius plane pretii homines esse qui ne *sint* quidem, non nullam iis dignitatem tribuendam esse qui *sint* nemo est quin sentiat; vide etiam *Meyerum* ad h. l.. *) Addo absurdum *Photii* inventum, qui

*) Nugas, quas rectius etiam, quam *Koppii* commentum rideàs, *Rufinus* ad h. l. protulit: „— Qui sermo utique ad eos indicat ver-

παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν neutrius generis esse putavit eaque verba, ad quae *χαρίσματι temere* cogitando addidisset arcte consociavit cum *μὴ ὑπερφρονεῖν* h. r.: edico enim, ne *dono*, quodcunque inter vos sit, elati majores spiritus sumatis, quam quos sumere decet, sed eo usque spiritus remittatis, ut modestiam spiretis, ut cuique Deus *fidei* mensuram diviserit. Putavit igitur hîc notissimam structuram v. *ὑπερφρονεῖν* cum *Dativo rei* (Herodot. I, 199. a *ὑπερφρονέειν πλούτῳ inflatum esse*, *superbire divitiis*, Joseph. A. J. I, 11, 1. *πλούτῳ καὶ μεγέθει χρημάτων ὑπερφρονεῖν*) obtinere. *Photius*: *τὸ παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν διαφόρως ἐγχωρεῖ νοηθῆναι, ἢ ὅτι λέγω — — — ἢ λέγω μὴ φρονεῖν ὑμᾶς ἐν παντὶ χαρίσματι τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν· ταύτην γὰρ τὴν ἔννοιαν καὶ τὰ ἐπαγόμενα δηλοῖ, ἐν οἷς φησιν ἑκάστῳ ὡς ὁ θεὸς ἐμέρισε καὶ ἑξῆς. — — — — πίστεως δέ φησιν, ἤγουν χαρίσματος. — μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν*] Paronomasia, quâ Paulum admodum delectari constat; cf. v. c. 1 Cor. 11, 31. 32. 13, 6. 7, 31.. Plat. Phaed. c. 4. — *καὶ ἐγὼ ἐν γε τῷ πρόσθεν χρόνῳ ὅπερ ἔπραττον, τοῦτο ὑπελάμβανον αὐτό μοι παρακελεύεσθαί τε καὶ ἐπικελεύειν, ὥσπερ οἱ τοῖς θέουσι διακελευόμενοι.* Quum ingens vocabulorum a voce *φρὴν* derivatorum numerus sit, haud raro iis parisomata a Graecis facta sunt, quorum nonnulla attulit *Wetstenius*, v. c. Thuc. 2, 62. — *ἰέναι δὲ τοῖς ἐχθροῖς ὁμόσε μὴ φρονήματι μόνον, ἀλλὰ καὶ καταφρονήματι.* Eur. Heracl. 386. *ὁ γὰρ στρατηγὸς εὐτυχὴς τὰ πρόσθεν ὢν | εἶσιν, σάφ' οἶδα, καὶ μάλ' οὐ σμικρὸν φρονῶν, | ἐς τὰς Ἀθήνας· ἀλλὰ τῶν φρονημάτων | ὁ Ζεὺς κολαστὴς τῶν ἄγαν ὑπερφρόνων.* Charondas apud Stobaeum T. 44. [42.] Vol. II, p. 220. ed. *Gaisf.* — *προςποιείσθω δὲ ἕκαστος τῶν πολιτῶν σωφρονεῖν μᾶλλον ἢ φρονεῖν.* *Ὑπερφρονεῖν* h. l. *majores, quam par est, spiritus habere, superbire* notat (cf. supra) ab *ὑπέρφρων qui majores spiritus sumsit, superbus, arrogans* (Eur. Heracl. 389.) *) Verbis *παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν* verbum *ὑπερ-*

---

bum fieri, qui quum ante *non fuerint*, nunc *esse* coeperunt. Deus enim, ut idem apostolus ait [Rom. 4, 17.], *vocat quae non sunt tanquam quae sunt. Non sunt* autem hi qui participes non sunt *ejus qui vere est*, qui dixit ad Moysen [Exod. 3, 14.]: *dic filiis Israel: qui est misit me ad vos.* Quod ergo ait Paulus *dico enim — — — — omni qui est in vobis* simile est ac si diceret: dico enim *omni qui in Deo est* non plus sapere quam oportet sapere." Persuasit igitur sibi homo ridiculus *τὸν ὄντα* hic dici *τῷ ὄντι* h. e. *Deo*, *qui sit et vivat* (Exod. 3, 14.) *addictum*!

*) Male *Wetstenius* h. l. contulit structuram *ὑπερφρονεῖν τινος* (Aristoph. Nub. 1400. *τῶν καθεστώτων νόμων ὑπερφρονεῖν*) et *τι* (Aristoph. Nub. 226. *τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖν*) *contemnere aliquid* (*ali-*

φρονεῖν magis exponitur. Est igitur *παρά ultra*: *praeter eos spiritus, quos sumere oportet*, ergo *ultra modum*. Cf. Plutarchi liber Quomodo quis suos in virtute sentiat profectus p. 83. F. — *καὶ ὅλως, εἰ Δωρίοις μᾶλλον ἢ Λυδίοις ὥσπερ οἱ μελῳδοῦντες ὑπερβολαῖς ἁμαρτάνομεν, σκληρότεροι περὶ τὴν δίαιταν ὄντες ἢ μαλακώτεροι καὶ βραδύτεροι περὶ τὰς πράξεις ἢ προπετέστεροι καὶ θαυμασταὶ παρ' ὃ δεῖ λόγων καὶ ἀνθρώπων ἢ καταφρονηταί.* *Φρονεῖν* h. l. non *superbire* (i. q. *μέγα φρονεῖν*, cf. *Schaef.* ad L. Bosii ellips. p. 267. et ad Demosth. IV. p. 380. et 431.) valere patet, sed de *justâ* animi elatione dicitur, ut saepe. Non igitur *φρονεῖν cogitare, sentire*, gesinnt sein h. l. declarat. Quum *παρά ultra* significet, *εἰς τὸ σωφρονεῖν usque ad* modestiam designare apparet. Non recte *Meyerus*: — sed ejus mens *modestiam* (ut *terminum*) consequi studeat *Koellnerus* — sed *ita* de se *sentiat*, *ut* modestia ex suâ mente *oriatur*, et *Reichius*: — *ita* de se sentiat, ut modeste sentiat. Eidem haec explicatio in mentem venit: sed memor sit modestiae (denken an das Bescheidenbenken)! Equidem Pauli paronomasiam latine sic imiter: nam edico — unicuique qui in vestro coetu versatur, ne *elatiore animo* sit, quam qui *rectum animum* exsuperet, sed *usque eo animatus* sit, ut *modestum animum* gerat s. — ne *majores* quam quos gerere par est *spiritus* sumat, sed *spiritus* usque ad modestiam quam *spiret* remittat. *Σωφρονεῖν* proprie *sanae mentis esse* significare poeticae formae *σαόφρων, σαοφρονέω, σαοφροσύνη* ostendunt. *) *Chrysostomus*: — *καὶ γὰρ καὶ τοῦτο* [scil. *τὸ νήφειν καὶ ὑγιαίνειν κατὰ διάνοιαν*] *σωφροσύνη λέγεται ἀπὸ τοῦ σῶας τὰς φρένας ἔχειν.* Primo *mentis compotem* esse significat eique *μαίνεσθαι, furere* opponitur (cf. Thomas M. p. 628. ed. *Bern.* — *σωφρονεῖ* [scil. *τις*], *ὅταν ἐκτὸς μανίας ᾖ.* Marc. 5, 15. 2 Cor.

---

quem). Nempe *ὑπέρφρων* etiam *contemtorem* significat: cf. Philostrati Her. p. 120. ed. *Boisson.* — *ὑπέρφρων τοῦ ὁμίλου*, *vulgi contemtor.* Praeterea *Wetstenius* Xen. Cyr. 8, 7, 3. vitiose attulit — *καὶ οὐδεπώποτε ἐπὶ ταῖς εὐτυχίαις ὑπὲρ ἀνθρώπων* (leg. *ἄνθρωπον*) *ἐφρόνησα*, quod vitium a *Reichio* repetitum esse vix credideris.

*) Platonis et Aristotelis originationes nemo non hodie contemnit. Aristot. Eth. 6, 5. *τὴν σωφροσύνην* dictam esse censet, quod sit *σώζουσα τὴν φρόνησιν: ἔνθεν καὶ τὴν σωφροσύνην τούτῳ προσαγορεύομεν τῷ ὀνόματι ὡς σώζουσαν τὴν φρόνησιν.* Plato Crat. c. 62. *τὴν σωφροσύνην τὴν σωτηρίαν τῆς φρονήσεως* interpretatur: *σωφροσύνη δὲ σωτηρία οὗ νῦν δὴ ἐσκέμμεθα, φρονήσεως.* Hanc Philo sequutus est De fortitudine p. 738. (II, 377. *Mang.*) *Ὄνομα ταύτης ἴδιον τῆς ὑγείας ἐστὶ σωφροσύνη, σωτηρίαν τῷ φρονοῦντι τῶν ἐν ἡμῖν ἀπεργαζομένη. Τὴν βαρυφροσύνην* ab *ὁ βαρύφρων*, *τὴν κακοφροσύνην* ab *ὁ κακόφρων*, *τὴν σωφροσύνην* ab *ὁ σώφρων* et sic porro duci nunc nemo ignorat.

5,13.). Sed quum mentis sanitas *temperantiâ*, *castitate*, *modestiâ* aliisque virtutibus aestimetur, verbum σωφρονεῖν latissime patet. H. l. σωφρονεῖν *modestum esse* (Xen. Ages. 11,10.), i. q. μετριοφρονεῖν et ταπεινοφρονεῖν, declarare res et contexta oratio docet. *Hieronymus* adv. Jovinianum I,37. tuendae virginitatis studio abreptus σωφρονεῖν *castum esse* (Eurip. Iph. A. 1159. — ἐς τ' Ἀφροδίτην σωφρονοῦσα καὶ —) interpretatus est, recte ob suam cupiditatem ab *Erasmo*, *Beza*, *Wolfio* aliisque reprehensus: „— Dico enim per gratiam quae data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad *pudicitiam*. Non ad *sobrietatem*, ut *male* in latinis codicibus legitur, sed sapere, inquit, ad *pudicitiam*, *siquidem graece* scriptum est εἰς τὸ σωφρονεῖν (!!)." ἑκάστῳ ὡς] Vulg.: „*et unicuique sicut* Deus divisit mensuram fidei" h. e. *καὶ ἑκάστῳ ὡς κτλ.*. Ex 1 Cor. 3,5.. Vocabulum ἑκάστῳ ante vocem ὡς positum esse, quoniam primarium pondus in eo esse P. voluisset plerique interpretes intellexerunt. Quod ei dubium esse nequit, qui Paulum ἑκάστῳ eminere voluisse, ut ponderosis verbis *παντὶ τῷ* ὄντι ἐν ὑμῖν responderet, animadverterit. Nam edico, inquit, *unicuique*, *qui in vestro coetu est* ut depositâ superbiâ usque ad modestiam, quam spiret, spiritus remittat, ut *cuique* Deus mensuram fidei diviserit. Cf. 1 Cor. 3,5. 7,17. Cic. De off. II,21. 72.. Eorum autem ipsorum partim ejusmodi sunt ut ad *universos* cives pertineant, partim, *singulos ut* attingant, quae sunt etiam gratiora. not. ad Rom. 11,31. et *Raphelii* annot. ex Herodoto p. 441.. *Koellnerus* quum ἑκάστῳ a λέγω suspenderet et post ἀλλά cogitatione utique addendum esse ἑκάστῳ λέγω diceret neque *παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν* idem quod ἑκάστῳ ὑμῶν valere et Apostolum notissimâ structurâ *λέγω τινὶ ποιεῖν τι jubeo aliquem aliquid facere* usum esse secum reputaverat. Male etiam *Rueckertus* ed. 2. Paulum verbo ἐμέρισε motum per attractionem ἑκάστῳ pro ἕκαστον collocasse opinatus est. Docet ineptus locus, in quem P. ἕκαστον rejecisset. Qui si structuram, quam *Rueckertus* optavit, iniisset, sic scripsisset: *λέγω γὰρ — παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν, μὴ ὑπερφρονεῖν αὐτὸν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν, ὡς ὁ θεὸς ἐμέρισεν αὐτῷ μέτρον πίστεως. Μερίζειν τινί τι* est *alicui aliquid distribuere* Marc. 6,41. 2 Cor. 10,13.. *Thomas M.* p. 624. ed. *Bern.* *ἐνειμάμην κάλλιον ἢ ἐμέρισα.* ἐμέρισε] 73. *ἐμέτρησε admensus est.* Item 2 Cor. 10,13. nonnulli libri ἐμέτρησεν male legunt pro ἐμέρισεν. Decepit librarios utrobique vocabulum *μέτρον*, quod in viciniâ esset. *μέτρον πίστεως*] Nihil *πίστις* h. l. declarat,

nisi *fidem quâ Christum divinitus missum servatorem pio gratoque animo agnoscas* (v. I, p. 46.). Eam Paulus a Deo nobis distribui.dixit. Recte enim pii homines omnia bona a sanctissimi, sapientissimi et benignissimi Dei moderatione repetere sueti sana consilia, bonae voluntatis constantiam et virtutis incrementa sibi a Deo proficisci statuunt (Phil. 2,13.). Non est hic l. ex 1 Cor. 12,9. et 13,2. explicandus. Nam ibi πίστις de fortissimâ et constantissimâ fide legitur, quae te ad patranda miracula (1 Cor. 13,2.) et ad majora munera, quae in ecclesiâ obeas, idoneum reddat. At nostro loco P. *omnibus* omnino Christianis, qui Romae essent, praecipit et *unicuique* eorum Deum aliquam fidei mensuram distribuisse affirmat. Imo ut noster l. recte intelligatur haec tenenda sunt. Pro mentis animique, quae in hominibus est diversitate eorum fides plus minusve aut firma aut infirma (14,1.) est. Aliam igitur aliis hominibus fidei mensuram Deus divisit. Jam quum fides Paulo judice pietatis et honestatis mater sit (I, p. 46.) tantum nobis pretium statuendum esse elucet, quantus fidei nostrae fervor, et constantia sit. Sed ut in omni genere nonnulli homines virtute et factis vulgo multum praestant, ita etiam nonnulli Christiani fidei praestantiâ ceteris antecellunt, quae tum ad miracula edenda, tum ad prophetarum, magistrorum, diaconorum munera administranda aptos eos reddat eosque pro fidei suae indole plus minusve posse apparet (v. 6. 1 Cor. 12,9. 13,2.). Jam quod P. postulat, ut missâ superbiâ usque ad modestiam animati simus, ut cuique Deus fidei mensuram diviserit, minime nos nostrorum ornamentorum plane immemores esse vult, sed sapientissime praecipit I. ne plura aut majora nobis tribuamus, quam quae possideamus (cf. v. μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν): II. ne virtutes quibus splendeamus nosmet ipsos peperisse opinemur, sed eas nos a Deo accepisse pie meminerimus (cf. v. ἑκάστῳ ὡς ὁ Θεὸς ἐμέρισε μέτρον πίστεως et 1 Cor. 4,7.) ideoque de *Dei favore* gloriemur (1 Cor. 1,31. 29.): III. ne nos jactemus, sed contenti simus conscientiâ optimae mentis (Gal. 6,4.). Tantum igitur tibi, ut modesti nomen retineas, per Paulum tribuere licet, quantum *Dei benignitas* tibi concesserit neque apostolus eorum vanitatem modestiam interpretatur, qui falsâ relligione ducti fictaque et commentitiâ fabulâ de hominum naturâ per Adami facinus depravatâ decepti se longe pessimos multoque pejores esse contendunt quam sunt. Non magis Paulo *arrogans* eorum modestia probatur, qui se deprimunt, ut ab aliis extollantur. Magnas enim laudes iniquitate, quâ semet ipsos corripiunt, ab aliis extor-

quere student. Postremo cum modestiâ, quam P. commendavit optime sane consistit homericum illud: *αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων* (Il. ζ. 208., λ. 783.), quod temere *Carpzovius* negavit. Nam enixe operam dare, ut alios laude praecurramus, nihil aliud est, quam honeste cum iis contendere, quam omni ope eniti, ut facultatibus a Deo datis diligentissime utamur, quam ceteros ad aemulandas nostras virtutes acuere 1 Cor. 9, 24 — 27.. Perperam *Beza*, *Koppius* al. *πίστιν cognitionem Dei Christianis datam simul cum donis, quae ex eâ manant in credentes per spiritum s.* interpretati sunt. Est enim Paulo cognitio veri *ἡ γνῶσις* 1 Cor. 12,8. et *ἡ ἐπίγνωσις* Col. 1,9. (v. *Rueck.*). Nihilo melius *Bockmius πίστιν pietatem* („Religiosität, subjectives Christenthum") explicuit. *Gignit* fides de Pauli sententiâ pietatem (v. supra). Hinc non minus utramque differre, quam *matrem* et *filiam* elucet. Quî igitur uno eodemque vocabulo tam diversae res enuntiatae fuerint? Cdd. 6.67. ** *χάριτος* habent pro *πίστεως* e malâ vulgatae lectionis interpretatione. Nam versu 6. decepti, qui *τὴν χάριν* et *τὴν πίστιν* differre et ipse evidenter doceat, *τὴν πίστιν* i. q. *τὴν χάριν* declarare librarii sibi persuaserunt, ut *Theodoretus*: „*τὴν χάριν ἐνταῦθα πίστιν ἐκάλεσε· διὰ γὰρ πίστεως ἡ τῆς χάριτος δόσις καὶ πρὸς τὸ μέτρον τῆς πίστεως χορηγεῖται τὰ δῶρα τῆς χάριτος·* (Hoc argumento contrarium ei, quod *Theodoretus* ex eo repetiit, efficitur, *τὴν πίστιν* a *τῇ χάριτι* multum distare, neque recte *τῆς χάριτος* notionem *τῆς πίστεως* vocabulo exprimi.) *κελεύει δὲ τῇ δοθείσῃ χάριτι μετρεῖν τὸ φρόνημα τῆς ψυχῆς.* Confer etiam *Grotium*. Alii Patres graeci *πίστιν* pleniorem et fervidiorem fidem, quam spiritus s. nonnullis Christianis dono dederit, ut miracula ederent (1 Cor. 12,8. 13,2.) exposuerunt, neque iis in mentem venit *πίστιν* i. q. *τὰ χαρίσματα* significare. *Theophylactus*: — *πίστιν δὲ ἐνταῦθα τὸ χάρισμα λέγει, ἐν ᾧ ἐθαυματούργουν. Ἡ γὰρ πίστις διττή· ἡ μὲν ἡμῶν, ὡς τό· ἡ πίστις σου σέσωκέ σε* [Matth. 9,22.], *ἡ δὲ θεοῦ δῶρον, δι᾽ ἧς καὶ θαύματα γίνεται, ὡς τό· ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ κτλ.* [Matth. 17,20 ; at h. l. *πίστις fiduciam* denotat; rectius Theophyl. contulisset 1 Cor. 12,8. 13,2.]. Schol. Matth.: „*πίστεως*] *πίστιν ἐνταῦθα τὸ χάρισμά φησιν.* Evolve etiam *Chrysostomum* et *Photium* ap. Oecum. ad h. l.. Vana est haec interpretatio propterea, quod P. h. l. *omnibus* omnino Romae degentibus Christianis (*λέγω — παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν*) praeceptum tradit, non iis tantummodo, quos spiritus divinus *eximiis* donis affecisset. *Tholuccius*, cujus incredibilis est inscitia, levitas et stoliditas, Patrum

graecorum disputatione male intellectâ *πίστιν* h. l. per metonymiam causae pro effectu i. q. *τὰ χαρίσματα* significare e contextâ oratione cognosci dixit! Nihilominus vir ingeniosus et constans *μέτρον πίστεως* paullo post vertit *fidei modum* (— „man solle gemäß der einem Jeden zu Theil gewordenen Glaubenskraft von sich halten")! Eodem errore captus *Flattus πίστιν id quod alicui creditum sit*, ergo i. q. *χάρισμα donum* designare perhibuit. *Πίστιν* nonnunquam *id quod fidem facit*, *pignus*, ut in formulâ *πίστιν δοῦναι καὶ λαβεῖν*, nunquam *id quod alicui creditum est*, *donum* notare in vulgus constat.

V. 4. et 5.. Munit Paulus his versibus neque totum quod vs. 3. legitur praeceptum (v. *Meyerum*), neque primariam ejus partem, quâ *modestiam* postulavit (cf. *Reichius*), sed eam suae legis particulam, quae ultimis vs. 3. verbis continetur ἑκάστῳ ὡς ὁ θεὸς ἐμέρισε *μέτρον πίστεως* h. r.: edico unicuique vestrûm, ut depositâ superbiâ usque ad modestiam animati sitis, ut cuique Deus *fidei modum* diviserit i. q. pro *diversâ* fidei mensurâ, quae cuique divinitus data fuerit (v. 3.). Nam quemadmodum in uno, quo induti sumus, corpore multa membra habemus, quae omnia *diversis* officiis fungantur, ita nos, tantus Christianorum grex, quatenus Christiani sumus, unum quoddam corpus ita efficimus, ut singuli alter alterius membra simus, *quorum alterum ab altero ministerii diversitate discrepet*, i. q. nam ita a Deo comparatum est, ut, sicut numerosa corporis membra omnia diversis officiis funguntur, ita nobis tot hominibus in Christi societatem assumtis pro *diversâ fidei nobis impertitae mensurâ disparia munera* obeunda sint (v. 4. et 5.). Quod si ita est, unumquemque Christianum *pro fidei divinitus sibi datae mensurâ* usque ad modestiam animatum esse oportere (cf. v. 3.), ne justo plus sibi tribuat neque alienum potius negotium agat quam suum, elucet. Quum *Reichius* (II, 421.), ut paullo ante diximus, hos versus non recte cum vs. 3. copulasset, injuriâ Apostolo simplicitatem et negligentiam exprobravit, quâ sententiam exaggeraverit, quae lectores citius ad superbiam, quam ad modestiam invitaret, *alios majora alios minora dona a Deo accepisse*, eam sententiam nisi obiter et oblique verbis ἐν Χριστῷ vs. 5. plane non enuntiaverit, unde et modeste sibi utendum esse donis a Deo acceptis neque spernendos esse minus largiter a Deo donatos Romani discerent, *ab uno eodemque Deo donorum Christianis impertitorum diversitatem proficisci eamque necessariam esse*, *ut Dei consilia rata sint*. — Societas ab hominibus certâ de causâ

inita, quâ conjunctis multa et officia et jura inter se communia sint, cum corpore humano ejusque membris comparari solet. Tota societas corpori assimilatur, qui in societate sunt cum corporis membris contenduntur. Hanc rem et *Grotius* ad h. l. et *Wetstenius* II, 79. et 152. sq. multis locis illustravit, quorum nonnullos afferam, lepidâ Menenii Agrippae, quâ in sacro monte iratae plebis mentes flexit, fabulâ (Liv. 2,32.) praeteritâ. M. Antoninus De rebus suis 7,13. *Οἷόν ἐστιν ἐν ἡνωμένοις* (*continua* sunt, quae uno spiritu continentur, ut homo) *τὰ μέλη τοῦ σώματος, τοῦτον ἔχει τὸν λόγον ἐν διεστῶσι* (ex *distantibus* sunt naturâ diducti et singuli, sed jure et officio cohaerentes, ut populus, senatus, exercitus) *τὰ λογικὰ πρὸς μίαν τινὰ συνεργίαν κατεσκευασμένα. Μᾶλλον δέ σοι ἡ τούτου νόησις προςπεσεῖται, ἐὰν πρὸς ἑαυτὸν πολλάκις λέγῃς, ὅτι μέλος εἰμὶ τοῦ ἐκ τῶν λογικῶν συστήματος.* Cic. De offic. III, 5, 22. Ut, si unumquodque membrum sensum hunc haberet, ut posse putaret se valere, si proximi membri valetudinem ad se traduxisset, debilitari et interire totum corpus necesse esset: sic, si unusquisque nostrûm ad se rapiat commoda aliorum detrahatque quod cuique possit emolumenti sui gratiâ, societas hominum et communitas evertatur necesse est. Liv. 6,34. M. Fabii Ambusti, potentis viri, quum inter sui *corporis* homines, tum etiam ad plebem — filiae duae nuptae —. Seneca De irâ 2,31.. Nefas est nocere patriae, ergo civi quoque: nam hic *pars patriae* est. Sanctae *partes* sunt, si *universum* venerabile est. Ergo et homini. Nam hic in majore tibi urbe civis est. Quid si nocere velint manus pedibus, manibus oculi? Ut omnia inter se membra consentiunt, quia singula servari totius interest, ita homines singulis parcent, quia ad coetum geniti sumus. Salva autem esse societas nisi amore et custodiâ partium non potest. — Sic etiam Christianorum coetus aliquod corpus efficit (1 Cor. 10,17. 12,12., ita *qui*dem, ut Christus, quippe coetus sui moderator et dominus, corporis caput sit (Ephes. 1,22. 4,15. Col. 1,18.), homines christiani capitis corpus (Eph. 4,12. Col. 1,24.), h. e. cetera membra faciant, quae simul cum capite Christi corpus (1 Cor. 12,27. Eph. 5,30.) constituant. Vocatur Christi corpus i. e. Christus, corporis caput, et homines christiani, qui ceterorum excepto capite membrorum vim obtineant, 1 Cor. 12,12. *ὁ Χριστός*. Quidni enim, ut hoc utar, *homo* pro *toto hominis corpore* commemoretur? Nimirum efficiunt Christiani hominum a Satanae tyrannide liberatorum et in Christi regno beandorum coetum juris et officii societate intime junctum (Act. 26,18. Col. 1,13. Eph.

4,13.). V. 4. *Nam quemadmodum in uno corpore multa membra circumferimus, membra autem omnia non eodem officio* (ergo *omnia membra diversis negotiis*) *funguntur, sic* etc.. Cf. omnino 1 Cor. 12,12.. *) Ἡ πρᾶξις non solum *rem gestam*, verum etiam *rem gerendam* (Xen. Mem. 2,1, 6.), *munus*, *officium* designat, ut h. l.. Menenius Agrippa apud Liv. l. c. *ministerium* dixit: „— suo labore *ac ministerio* ventri omnia quaeri —. Inde apparuisse ventris quoque haud segne *ministerium* esse —." V. 5. οὕτως οἱ πολλοὶ] οὕτω καὶ οἱ πολλοί Syr. 37. 46. 57. 80. Theophyl. al.. Placet; cf. Rom. 5,19. 21. 6,4. [19.] 11,31. 1 Cor. 11,12. 12,12. 15,22. 2 Cor. 1,7. 8,11. Gal. 4,29. Eph. 5,24.. οἱ πολλοὶ] ita etiam nos, *qui multi* sumus, *unum* corpus facimus (1 Cor. 10,17. cf. not. ad Rom. 5,15. I, p. 325. sq.). ἐν Χριστῷ] ita etiam nos, qui multi sumus, *unum* corpus efficimus *in Christi castris* h. e. *tanquam homines christiani* (*Rueck.*, *dW.*, *Meyerus*, *Borgerus* al.); cf. not. ad Rom. 8,1. II, p. 82. sqq.. Nempe quatenus non sumus ἐν Χριστῷ aut nullam cum Christo societatem iniimus, ergo qua-

*) Καθάπερ γὰρ τὸ σῶμα ἕν ἐστι καὶ μέλη ἔχει πολλά, πάντα δὲ τὰ μέλη τοῦ σώματος τοῦ ἑνὸς πολλὰ ὄντα ἕν ἐστι σῶμα, οὕτω καὶ ὁ Χριστός. Hic multi viri docti (*Millius* Prol. §. 1205., *Griesb.*, *Knapp.*, *Meyerus* al.) vocc. τοῦ ἑνός, quae ab A. B. C. F. G. I. Syro aliisque non agnoscuntur, damnarunt, *Lachmannus*, *Rueckertus* et *Tischendorfius* etiam expunxerunt. Crediderunt enim glossatores ea antecedentium verborum invitatu addidisse. At a Paulo vocc. τοῦ ἑνός profecta esse ipsa totius loci ratio ostendit. Bene igitur ea *Matthaeius* retinuit. Nam deliberato consilio P. *unius* corporis et *multorum* membrorum cogitationes *bis* enuntiavit, ut eminerent, quandoquidem *unum* Christi corpus esse idque ex *multis* membris constare, ac proinde eos falli, qui *corporis* notione sublatâ Christi corpus *unum membrum* esse fingant (v. 15 — 20.) demonstrare voluit (v. 18 — 27.). Itaque v. τοῦ σώματος **τοῦ ἑνός** notionem verbis καθάπερ γὰρ τὸ σῶμα ἕν ἐστι subjectam graviter repetunt, proxima autem vocc. **πολλὰ ὄντα** cogitationem verborum καὶ μέλη ἔχει **πολλά** fortiter iterant h. r.: Nam quemadmodum corpus *unum* est et membra habet *multa*, omnia autem *unius* corporis membra *quamquam multa sunt unum* corpus efficiunt, ita etiam Christi corpus comparatum est (v. 12.). Nunc P. primo v. πάντα τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ τοῦ ἑνὸς ἕν ἐστι σῶμα firmat v. 13. (nam nos omnes *uno* ducti spiritu *unum* corpus facimus): deinde v. 14. vocc. v. 12. πάντα τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ τοῦ ἑνὸς **πολλὰ ὄντα** ἕν ἐστι σῶμα corroborat (neque enim corpus ex *uno* membro, sed e *multis* membris constat: hinc Christianorum corporis membra, *etiamsi multa* sint, *unum* corpus constituere apparet). Pertinet igitur hic l. ad id genus, de quo ad Rom. 5,17. I, 336. et ad 8,11. II, 127. disserui. Verba **τοῦ ἑνός** librariorum socordiâ post **τοῦ σώματος** omissa sunt.

tenus *homines* sumus, membra corporis sumus, quod *tum* genus humanum constituat (v. Senecam De îra 2,31.), tum naturae ratione praeditae efficiant (M. Antoninus 7, 13.), ejus corporis membra non sumus, quod *Christus* cum suis discipulis facit. Praepostere *Theophylactus*, *Koppius*, *Rosenm.* al. *ἐν Χριστῷ* exposuerunt an Christus: ita etiam nos, qui *multi* sumus, *unum* corpus efficimus *Christo tanquam corporis capiti adhaerentes* (Eph. 4,15.). Tolerari posset haec interpretatio, si P. h. l. officia *Christo*, ecclesiae moderatori, praestanda Romanis exponeret, quod fecit 1 Cor. 6,15., ubi lectorum corpora Christi membra esse monuit, ut scortatione ea *Christo* impie surripi et *meretrici* dari Corinthii vehementer sentirent. At ut *suo* quisque officio satisfaciat neque *aliud* agat P. h. l. lectores hortatur (v. v. 3. et 6. sq.). Nihilo melius *Grotius* explicuit: ita etiam nos, qui *multi* sumus, *unum* corpus efficimus „*per* Christum, qui corporis istius *compactor* fuit." Ut Christus ejus corporis, quod ipse cum suis alumnis facit, altor et exornator sit (Eph. 4,11. sq. cl. v. 7.), tamen *Deus* hoc corpus composuit, quippe qui Christum ei praefecerit et suum cuique membro locum in eo assignarit (Eph. 1,22. sq. 1 Cor. 12,28. Col. 1,13.). Et hîc, quaeso, attende ad v. v. 3. *ἑκάστῳ ὡς ὁ θεὸς ἐμέρισε μέτρον πίστεως*. Temere etiam *Vatablus*: „*in Christo*] *per fidem in Christum*." Ceterum v. *οὕτω καὶ οἱ πολλοὶ ἓν σῶμά ἐσμεν ἐν Χριστῷ* vocabulis v. 4. *καθάπερ ἐν ἑνὶ σώματι μέλη πολλὰ ἔχομεν* respondere in promtu est: quemadmodum in *uno*, quod *proprie* dicitur, corpore, *multa* membra habemus, ita nos, qui *multi* sumus, *unum* quoddam corpus, quod *figurate* sic appellatur efficimus tanquam homines cum Christo conjuncti. *ὁ δὲ καθ᾽ εἷς*] *unusquisque autem*. Est soloecismus apud seriores Graecos haud raro obvius, de quo dixi ad Marcum p. 613. sq. pro *ὁ δὲ καθ᾽ ἕνα* (cf. 1 Cor. 14,31. Eph. 5,33. et Euseb. vita Constant. II,42. — *οἱ καθ᾽ ἕνα τε καὶ οἱ σύμπαντες* —). Vide 3 Macc. 5,34. *ὁ καθ᾽ εἷς δὲ τῶν φίλων* et Eusebii H. E. 10,4. init. *καὶ μὴ μόνον γε ὁ καθ᾽ εἷς ἀλλὰ καὶ οἱ πάντες ἀθρόως — ἀνευφημῶμεν* —. *ὁ δὲ καθ᾽ εἷς*] A. B. D.* F. G. 47.* Antioch. Damasc. *τὸ δὲ καθ᾽ εἷς.* | Unus Mt. f: *οἱ δὲ καθ᾽ εἷς.* Illud quum Critici ante *Lachmannum* ipso silentio nihili esse recte declarassent, recepit tamen *Lachmannus*, quem stulta codicum A. B. C. admiratio incessit. Imitatus est *Lachmannum* hîc quoque *Tischendorfius* ejusque factum tum *Rueckertus* probavit, qui vertit was aber das Einzele betrifft (!), et *Meyerus*, qui transtulit: was aber jeden Einzelen (?) betrifft. At enim vero I. *ὁ καθ᾽ εἷς* usitatam loquutionem esse vidi-

mus contra *τὸ καϑ' εἷς* nemo dixit et frustra, ut commentitia formula excusaretur, ad *τὸ καϑ' ἡμέραν*, *τὸ εἰς ἐμέ*, *τὸ κατὰ φύσιν* (v. *Bernhardyi* Wissenschaftl. Syntax p. 329.), quae dissimilia sunt, provocatum est: II. Etiamsi *τὸ καϑ' εἷς* proba et usitata formula esset, tamen h. l. ferri non posset, ubi *Masculina*, quae praecedunt et sequuntur Paulum *ὁ δὲ καϑ' εἷς* scripsisse evincunt: v. 5. *οἱ πολλοὶ ἓν σῶμά ἐσμεν* v. 6. *ἔχοντες δὲ* — v. 7. *ὁ διδάσκων*. v. 8. *ὁ παρακαλῶν*. Sed *τὸ δὲ καϑ' εἷς* soni sunt mente destituti. Itaque ne verti quidem possunt (quod autem attinet ad *quisque*! quod autem dicitur quisque!): III. portentosum *τό* nihil esse nisi *calami* errorem, quem praecedens syllaba pepererit (*Χριστῷ*) manifestum est. Caeca *κρίσις* est et suo nomine indigna, quae calami errores cum lectionibus temere confundat. *ὁ δὲ καϑ' εἷς ἀλλήλων μέλη*] Mire *Rueckertus* non esse nos *alterum alterius* membra, sed efficere nos singulos atque universos *corporis* membra idque ipsum Paulum h. l. dicere voluisse observavit. Itaque male manus, si mente et loquendi facultate praeditae essent, pedes *sua* membra vocarent i. e. ea, quibus cum in uno eodemque corpore conglutinata essent quaeque sibi ministrarent? Imo rectissime. Alioquin homines christiani perperam Christi, qui *corporis caput* est (Eph. 1,22.) et *membra* (1 Cor. 6,15.) et *corpus* i. e. membra quae capite excepto in corpore sunt (Eph. 1,23.) dicerentur. De industriâ autem P. non scripsit *ὁ δὲ καϑ' εἷς τοῦ σώματος μέλη* (neque enim officia *tum Christo* tum Christianis praestanda Romanis h. l. exponenda erant), sed dixit *ὁ δὲ καϑ' εἷς ἀλλήλων μέλη*: unusquisque autem *alter alterius* membra sumus, ut alter alterum *adjuvet*, ut *suum cuique* munus obeundum sit inepteque sumtâ superbiâ *alter* in *alterius* provinciam invadat et officium alteri attributum sibi vindicet. Similiter Ap. Eph. 4,25., ne alios Christianos mendaciis laederemus, nos esse *alterum alterius membra* (*ἀλλήλων μέλη*), quos sibi invicem consulere oporteret, monuit. Item Clemens Rom. in ep. I. ad Corinth. c. 46., ut lectores a dissidiis avocaret, haec scripsit: *ἵνα τί διέλκομεν καὶ διασπῶμεν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ καὶ στασιάζομεν πρὸς τὸ σῶμα τὸ ἴδιον καὶ εἰς τοσαύτην ἀπόνοιαν ἐρχόμεϑα, ὥστε ἐπιλαϑέσϑαι ἡμᾶς, ὅτι μέλη ἐσμὲν ἀλλήλων; Olshausenus* Paulo, ut *plena* esset collatio, in fine vs. 5. *καὶ διαφόρους πράξεις ἔχομεν* addendum fuisse perhibuit. Non vidit, id ipsum verbis *ὁ δὲ καϑ' εἷς ἀλλήλων μέλη* inesse. Quae quum ad vocc. v. 4. referantur *καϑάπερ τὰ μέλη πάντα οὐ τὴν αὐτὴν ἔχει πρᾶξιν* (quemadmodum corporis membra *omnia diversis* officiis funguntur), v. *οὕτω καὶ ὁ*

καθ' εἷς ἀλλήλων μέλη hoc dicere: *ita etiam unusquisque nostrûm alter alterius membra sumus, ut suum cuique negotium, quod ab alterius officio distet, gerendum nihilque praeterea agendum sit*, cordatus lector facile intelligit.

V. 6—8. Deum hominibus in Christi societatem assumtis pro fidei, quam iis dedisset, mensurâ disparia munera assignasse P. v. 4. et 5. exposuit, ut mandatum suum v. 3. illustraret. Nunc praeceptum suum v. 3., ut suum quisque negotium agat, ita repetit, ut id nonnullis exemplis planum faciat et prophetam, diaconum, magistrum et monitorem *suo* officio satisfacere jubeat (v. 6. *Ἔχοντες δὲ* — — *ἐν τῇ παρακλήσει* v. 8.). Tum nonnullis exemplis hanc sententiam illustrat, quod in officio sit *recte* et *relligiose* faciendum esse (v. 8. *Ὁ μεταδιδοὺς κτλ.* v. 8.). Primo de horum versuum constructione disputabo, de quâ valde dubitatum est. Novam periodum P. orditur verbis v. 6. *Ἔχοντες δὲ κτλ.* eamque vocabulis v. 8. *ἐν τῇ παρακλήσει* terminat. Qui si *generatim* loqui voluisset ita scripsisset: *Ἔχοντες δὲ χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διάφορα, ἕκαστος καθὼς ἐλάβομεν αὐτὰ διακονῶμεν αὐτά* (1 Petr. 4, 10) *quum autem dotes pro gratiâ nobis datâ diversas habeamus, unusquisque nostrûm ita eas administret, ut eas acceperit* h. e. unusquisque nostrûm ornamentis divinitus datis relligiose atque ita utatur, ut quam Spartam nactus sit eam exornet. Sed quod vs. 3. in universum poposcerat, nonnullis hominum majoribus quibusdam, quae iis spiritus facere posse viderentur, donis a Deo ornatorum exemplis exponere maluit. Dixit igitur *Ἔχοντες δὲ — διάφορα, εἴτε προφητείαν κτἑ..* Et primum quidem inchoatam structuram retinuit: *εἴτε προφητείαν* (scil. *ἔχοντες*), *κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως* (np. *προφητεύωμεν*), *εἴτε διακονίαν ἐν τῇ διακονίᾳ* (scil. *ὦμεν* 1 Tim. 4, 15.): *quum autem dotes possideamus pro gratiâ nobis datâ diversas, sive prophetae facultatem habeamus, pro fidei proportione eâ utamur, sive diaconi munus, in eo toti simus.* Sed vs. 7. verbis *εἴτε ὁ διδάσκων κτλ.* constructionem variavit. Minime eam, quam hucusque ad Accusativum *χαρίσματα* v. 6. sive potius ad v. *ἔχοντες δὲ χαρίσματα* accommodasset (cf. *εἴτε προφητείαν*, scil. *ἔχοντες*, *εἴτε διακονίαν*, np. *ἔχοντες*) Participio *ἔχοντες* v. 6. aptavit (*Meyerus*), sed ita eam continuavit (*εἴτε ὁ διδάσκων, ἐν τῇ διδασκαλίᾳ* [np. *ἔστω*], *εἴτε ὁ παρακαλῶν, ἐν τῇ παρακλήσει* scil. *ἔστω*), quasi pro *ἔχοντες δὲ χαρίσματα — διάφορα* posuisset: *Ὄντες δὲ ποικίλης χάριτος θεοῦ οἰκονόμοι* (1 Petr. 4, 10.) aut simile

quid: *quum autem variorum divinae benignitatis dispensatores simus*, *sive magister sit* (de magistro agatur) *totus is in docendi munere sit*, *sive monitor sit* (de monitore agatur) *totum eum monitoris provincia occupet.* εἴτε ὁ διδάσκων — εἴτε ὁ παρακαλῶν] scil. ἐστίν. Cf. 1 Cor. 15, 11. Εἴτε οὖν ἐγώ, εἴτε ἐκεῖνοι οὕτω κηρύσσομεν κτλ.. 2 Cor. 8,23. Εἴτε ὑπὲρ Τίτου (scil. λέγω), κοινωνὸς ἐμὸς καὶ εἰς ὑμᾶς συνεργός, εἴτε ἀδελφοὶ ἡμῶν (πp. εἰσιν s. μνημονεύονται), ἀπόστολοι ἐκκλησιῶν κτἑ.. Nunc Paulum *gregariis* Christianis praecipere, ut *sincerâ mente* suo quisque officio satisfaciant (v. 8. ὁ μεταδιδοὺς ἐν ἁπλότητι [scil. μεταδιδότω], ὁ προϊστάμενος ἐν σπουδῇ [np. προϊστάσθω], ὁ ἐλεῶν ἐν ἱλαρότητι [np. ἐλεείτω]) non mirum est, quandoquidem Apostolus h. l. non solum viris in ecclesiâ *primariis*, quos Deus praeclaris quibusdam donis affecisset, verum etiam Christianorum *vulgo* morum praecepta tradit (animum adverte ad v. v. 3. λέγω γὰρ, — παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν — ἑκάστῳ ὡς ὁ θεὸς ἐμέρισε μέτρον πίστεως et ad vocc. v. 5. ὁ δὲ καθ' εἷς ἀλλήλων μέλη). Bene vs. 6. cum v. 5. cohaeret. Nam quum verbis v. 5. ὁ δὲ καθ' εἷς ἀλλήλων μέλη hoc oblique dicatur: unumquemque Christianorum alterum alterius membrum esse, quod *suo* quodam munere fungatur, apte Paulum hoc praeceptum addere patet: quum *autem* (quippe qui alteri alterorum membra simus v. 5.) diversa Dei dona habeamus, pie iis utamur, ut *suo* quisque officio satisfaciat. Deinde Pauli oratio sic comparata est, ut attento lectori verba mente addenda dubia esse nequeant. Quum v. v. 6. Ἔχοντες δὲ χαρίσματα κτλ. ad vocc. v. 5. οὕτως οἱ πολλοὶ ἓν σῶμά ἐσμεν ἐν Χριστῷ κτἑ. referantur, post εἴτε προφητείαν, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως supplendum esse προφητεύωμεν et post εἴτε διακονίαν, ἐν τῇ διακονίᾳ verbum ὦμεν elucet. Item ἔστω post εἴτε ὁ διδάσκων ἐν τῇ διδασκαλίᾳ et εἴτε ὁ παρακαλῶν ἐν τῇ παρακλήσει cogitandum esse structura ipsa demonstrat. Postremo in explicatione verborum ὁ μεταδιδοὺς ἐν ἁπλότητι, ὁ προϊστάμενος ἐν σπουδῇ, ὁ ἐλεῶν ἐν ἱλαρότητι supplendos esse Imperativos verborum, quorum Participia praecedunt, res docet. Argumenta, quae nostrae interpretationi *Reichius*, *Rueckertus*, *dW.* et *Meyerus* objecerunt, futilia sunt: Paulum quanta esset donorum divinorum *varietas* h. l. ostendere voluisse: hinc eos falli in promtu esse, qui *exhortantem* Apostolum faciant (v. *Reich.* p. 423: illud *temere* sumtum est; hoc autem nemo probabit, qui Paulum *toto loco* vivendi praeceptorem agere consideraverit v. 1—3. 9—21.): abrupte Paulum loquutum

esse, si nostram explicationem inieris: inde eam hujus l. explicationem veram esse cognosci, quam ingresso *nihil* supplendum sit! At abrupta et hiulca Pauli oratio est tum h. l. usque ad versum 19., tum alias. Neque alii morum magistri hoc asperum minimeque plenum orationis genus ibi repudiarunt ubi e positis verbis ipsaque sententiâ cordatus lector quae vocabula ad enuntiationum integritatem deessent intelligere facile posset. Apte *Raphelius* Annot. ex Polybio et Arriano et *Elsnerus* Obs. s. ad h. l. haec loca citarunt: Epicteti Dissert. ab Arriano dig. IV, 4, 34. Ἀλλὰ τὸ Κλεάνθους πρόχειρον· ἄγου *) δέ μ', ὦ Ζεῦ, καὶ σύ γ', ἡ Πεπρωμένη. Θέλετ' εἰς Ῥώμην (scil. ἄγεσθαί με); εἰς Ῥώμην (scil. ἀπέρχομαι). Εἰς Γύαρα; εἰς Γύαρα. Εἰς Ἀθήνας; εἰς Ἀθήνας. Εἰς φυλακήν; εἰς φυλακήν. III, 23, 4. 5. Λοιπὸν ἡ μέν τίς ἐστι κοινὴ ἀναφορά, ἡ δ' ἰδία. Πρῶτον, ἵν' ὡς ἄνθρωπος (np. ποιήσῃς cf. II, 9, 3.). Ἐν τούτῳ τί περιέχεται; Μὴ ὡς πρόβατον (np. ποιήσῃς τι cf. II, 9. 3.), εἰ καὶ ἐπιεικής, ἢ βλαπτικός, ὡς θηρίον. Ἡ δ' ἰδία (scil. ἀναφορά) πρὸς τὸ ἐπιτήδευμα ἑκάστου καὶ τὴν προαίρεσιν (scil. ἀποβλέπει). Ὁ κιθαρῳδὸς ὡς κιθαρῳδός (scil. ποιείτω), ὁ τέκτων ὡς τέκτων, ὁ ῥήτωρ ὡς ῥήτωρ. Adde II, 9, 3. 4. ὅρα, μή τι ὡς πρόβατον (np. ποιήσῃς)· εἰ δὲ μή, καὶ οὕτως ἀπώλετο ὁ ἄνθρωπος. Τίνα οὖν ποιοῦμεν ὡς πρόβατα; Ὅταν τῆς γαστρὸς ἕνεκα, ὅταν τῶν αἰδοίων, ὅταν εἰκῇ, ὅταν ῥυπαρῶς, ὅταν ἀνεπιστρέπτως (np. ποιήσωμέν τι), ποῦ ἀπεκλίναμεν; Ἐπὶ τὰ πρόβατα. Τί ἀπωλέσαμεν; τὸ λογικόν. Ὅταν μαχίμως καὶ βλαβερῶς καὶ θυμικῶς καὶ ὠστικῶς (np. ποιήσωμέν τι), ποῦ ἀπεκλίναμεν; Ἐπὶ τὰ θηρία. 2 Cor. 8, 13. 14. Οὐ γὰρ (np. θέλω), ἵνα ἄλλοις ἄνεσις, ὑμῖν δὲ θλίψις, ἀλλ' ἐξ ἰσότητος ἐν τῷ νῦν καιρῷ τὸ ὑμῶν περίσσευμα εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα (np. γενέσθω) ἵνα κτλ.. 1 Petr. 4, 11. Εἴ τις λαλεῖ, ὡς λόγια θεοῦ (np. λαλείτω), εἴ τις διακονεῖ, ὡς ἐξ ἰσχύος ἧς χορηγεῖ ὁ θεὸς (np. διακονείτω), ἵνα κτλ.. *Theodoretus*, *Erasmus*, *Calvinus*, nuper *Morus*, *Koppius*, *Reichius*, *Boehmius* aliique verba v. 6. ἔχοντες δὲ χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διάφορα arcte cum vs. 5. consociarunt, vocabula autem εἴτε προφητείαν et quae sequuntur admonitiones et praecepta complecti putarunt. Itaque totum locum sic et interpungere et interpretari debuerunt (nam nonnulli in utroque genere male versati sunt): — οὕ-

---

*) Scripsit *Schweighaeuserus* post *Uptonum* ἀγοῦ, quum ἀγοῦ *Aoristum* esse sibi persuasisset (vide *Schweighaeuseri* notam ad II, 23, 42. p. 586.). At Aoristus est ἠγαγόμην, ἀγαγοῦ. (Philo De Abrahamo §. 43.) Errorem *Schweighaeusero*, viro doctissimo, condonandum, repetiit *Tholuccius* p. 482.

τως οἱ πολλοὶ ἓν σῶμά ἐσμεν ἐν Χριστῷ, ὁ δὲ καϑ' εἱς ἀλλήλων μέλη, ἔχοντες δὲ χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν τὴν δοϑεῖσαν ἡμῖν διάφορα· εἴτε προφητείαν, (np. ἔχοντες) κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως (scil. προφητεύωμεν), εἴτε διακονίαν (np. ἔχοντες), ἐν τῇ διακονίᾳ (scil. ὦμεν), εἴτε ὁ διδάσκων (np. ἐστίν), ἐν τῇ διδασκαλίᾳ (scil. ἔστω), εἴτε ὁ παρακαλῶν (np. ἐστιν), ἐν τῇ παρακλήσει (scil. ἔστω)· Ὁ μεταδιδοὺς ἐν ἁπλότητι (scil. μεταδιδότω), ὁ προϊστάμενος ἐν σπουδῇ (np. προϊστάσϑω), ὁ ἐλεῶν ἐν ἱλαρότητι (scil. ἐλεείτω). — *ita etiam nos, qui multi sumus unum quoddam corpus efficimus tanquam homines christiani, singuli autem alter alterius membra sumus, ita tamen, ut dotes possideamus pro gratiâ nobis datâ diversas: sive prophetae facultatem habeamus pro proportione fidei* (eâ utamur): *sive diaconi munus habeamus, in eo* (toti simus): sive de magistro *agatur, is in hoc officio* (totus sit), *sive monitoris mentio injiciatur, is monitoris curâ et studio occupatus sit. Qui egeni adversam fortunam stipe sublevat, sincerâ mente sublevet: qui rem gubernat studiose gubernet: qui misericordiâ adductus misero opem fert, hilari vultu eam ferat.* Quae quidem interpretatio hoc uno a nostrâ differt, quod virgulâ positâ post ἀλλήλων μέλη v. 5. vocc. v. 6. ἔχοντες δὲ χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν τὴν δοϑεῖσαν ἡμῖν διάφορα ad vs. 5. referuntur. Quo *sententia* pessumdatur. Nam suum cuique nostrûm negotium datum esse, quod ab alterius officio differat, verbis v. 5. ὁ δὲ καϑ' εἱς ἀλλήλων μέλη enuntiatum est. Perverse igitur Ap. sic disputasset: — *unusquisque nostrûm alter alterum adjuvantia officiorumque diversitate sejuncta membra sumus, ita tamen, ut dotes habeamus pro gratiâ nobis datâ diversas* (ergo *officia diversa*: injungunt enim divinae dotes homini iis ornato officia, v. c. τὸ χάρισμα τῆς διδασκαλίας *doctori* munus *docendi*)! Deinde ipsa verborum concinnitas, cujus Ap. studiosissimus est, sententiam versu 4. inchoatam versu 5. absolvi ostendit. Nempe verbis v. 4. καϑάπερ γὰρ ἐν ἑνὶ σώματι μέλη πολλὰ ἔχομεν vocabula v. 5. οὕτως οἱ πολλοὶ ἓν σῶμά ἐσμεν ἐν Χριστῷ respondent et concinne v. v. 5. ὁ δὲ καϑ' εἱς ἀλλήλων μέλη ad posterius vs. 4. membrum τὰ δὲ μέλη πάντα οὐ τὴν αὐτὴν ἔχει πρᾶξιν referuntur. Priorem difficultatem quodammodo sustuleris, si cum *Theodoreto* et Mt. l. c., quod cordatus Criticus his auctoribus non fecerit, δέ post ἔχοντες expunxeris, posteriorem nullo modo. Quamquam haec oratio verbosior, quam subtilior recte tibi videatur: — *unusquisque nostrûm alter alteri prospicientia officiorumque diversitate discreta membra sumus habentes* (i. q. *et habe-*

mus, ἔχοντες i. q. καὶ ἔχομεν) *dotes* (quae nimirum *officia* nobis imponunt) *pro gratiâ nobis datâ diversas.* Ipse tamen *Theodoretus* perverse ita hunc l. explicuit, tanquam P. scripsisset: — οὕτως οἱ πολλοὶ ἓν σῶμά ἐσμεν ἐν Χριστῷ, ἔχοντες μὲν χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διάφορα, ὄντες δὲ κατὰ τὴν χάριν τοῦ θεοῦ ἀλλήλων μέλη. *Theodoretus* ad vs. 6.: οὕτω νοητέον· μέλη ἐσμὲν ἀλλήλων, ἔχοντες χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διάφορα. Εἰ γὰρ καὶ διάφορα ταῦτα, ἀλλ' οὖν *εἰς κοινὴν ὠφέλειαν* ὑπὸ τῆς θείας κεχορήγηνται χάριτος. Cf. *Theodoreti* notam ad vs. 4. et 5.. Transeo nunc ad infelicissimam *Reichii*, *de Wettii*, *Meyeri* et *Tischendorfii* de hujus loci constructione opinionem. Qui quum commate post ἀλλήλων μέλη v. 5. locato vocabula ἔχοντες δὲ χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διάφορα connexuissent, inde a verbis v. 6. εἴτε προφητείαν usque ad finem vs. 8. *dotium divinarum diversitatem* aliquot exemplis ob oculos poni putarunt. Itaque totum locum sic interpunxerunt: — οὕτως οἱ πολλοὶ ἓν σῶμά ἐσμεν ἐν Χριστῷ, ὁ δὲ καθ' εἷς ἀλλήλων μέλη, ἔχοντες δὲ χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διάφορα, εἴτε προφητείαν κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, εἴτε διακονίαν ἐν τῇ διακονίᾳ, εἴτε ὁ διδάσκων ἐν τῇ διδασκαλίᾳ, εἴτε ὁ παρακαλῶν ἐν τῇ παρακλήσει, ὁ μεταδιδοὺς ἐν ἁπλότητι, ὁ προϊστάμενος ἐν σπουδῇ, ὁ ἐλεῶν ἐν ἱλαρότητι. De loci explicatione nonnulla inter illos viros doctos dissensio est. Nam *Reichius* Paulum sensim sensimque a *referendâ munerum diversitate* ad *cohortationes* converti confessus est, nempe eo loco, quo primum *virtutem* commemoravit in muneris ecclesiastici administratione potissimum exercendam i. e. inde a verbis v. 8. ὁ μεταδιδοὺς ἐν ἁπλότητι. Item *dW.* Pauli sententiam inde a verbis ὁ μεταδιδοὺς ἐν ἁπλότητι „*quodammodo*" (p. 143.) i. e. „*dimidiâ parte*" (p. 144.) *exhortativam* vim induere concessit. Hoc prorsus negavit *Meyerus*, *oblique* tantummodo verbis κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, ἐν τῇ διακονίᾳ, ἐν τῇ διδασκαλίᾳ, ἐν τῇ παρακλήσει, ἐν ἁπλότητι, ἐν σπουδῇ et ἐν ἱλαρότητι lectoribus *modestiam* (τὴν σωφροσύνην v. 3.) eatenus commendari ratus, quatenus versibus 4—8. rationes contineantur, propter quas modestiae opera danda sit. Itaque locum sic enarravit: — ita qui multi sumus unum corpus tanquam homines christiani facimus, unusquisque autem nostrûm alter alterius membra *sumus*, *sed ut dotes habeamus pro gratiâ nobis datâ diversas*, *sive prophetae facultatem secundum proportionem fidei*, *sive diaconi facultatem in diaconi munere*, *sive ut doctor in docendo suum Dei*

donum habeat (ergo V. D. ad v. εἴτε ὁ διδάσκων et εἴτε ὁ παρακαλῶν vocc. τὸ χάρισμα ἑαυτοῦ ἔχει male supplevit), *sive monitor in admonendo*, *pecuniarum distributor in mentis sinceritate*, *patronus in studio*, *parabolanus in hilaritate*. Ne argumenta, quae v. ἔχοντες δὲ — διάφορα cum vs. 5. arcte conjungere nos vetent, moleste repetam, ex magnâ rationum, quae tum interpretationem a nobis propositam veram, tum *Reichii*, *dW.* et *Meyeri* explicationem falsam esse evincant, paucas afferam. I. Postquam P. v. 3. *neminem non* Romanorum ut modestum se praeberet in universum cohortatus est, quisque eum sigillatim ad ejusmodi Romanos converti exspectaverit, quos egregiae Dei dotes feroces facere posse viderentur. Idque facit, si nobis assensus fueris, non facit, si illis viris doctis accesseris: II. Paulus χαρίσματα praeclaras quasdam Dei dotes dicit, quâ aucti rem divinam fortiter adjuvent partim instituendo, ut prophetae, doctores et monitores, partim res coetus christiani domesticas administrando, ut diaconi. At verbis v. 8. μεταδιδόναι, προΐστασθαι et ἐλεεῖν non extraordinariae Dei dotes, quae aliquem ad pecuniarum distributoris, patroni (*Reich.* episcopi) et parabolani munus suscipiendum idoneum reddant, ut *Reich.* et *Meyerus* opinati sunt, sed *officia* declarantur, quibus semper omnibus Christianis utendum sit, non iis tantummodo, qui Dei χαρίσματα acceperint. Quippe miseram egeni fortunam stipe candido animo sublevare, rem fidei suae commissam studiose gubernare et lubenter misero succurrere neminem non Christianorum oportet. Itaque vocc. v. 8. ὁ μεταδιδοὺς κτλ. verborum v. 6. ἔχοντες δὲ χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διάφορα regimini subesse nequeunt, sed sui juris sint necesse est. Hoc vel ex eo cognosci potuisset, quod Paulus non εἴτε ὁ μεταδιδοὺς — εἴτε ὁ προϊστάμενος — εἴτε ὁ ἐλεῶν scripsit: III. Etiamsi verba v. 8. ὁ μεταδιδοὺς κτέ. ejusmodi essent, ut iis χαρίσματα, quae aliquos ad munerum ecclesiasticorum susceptionem aptos facerent, significari possent, tamen ne suspicari quidem illi Viri docti debuerunt, vs. 6—8. ultima vs. 5. v. ὁ δὲ καθ' εἷς ἀλλήλων μέλη accuratius constitui: — *unusquisque autem nostrûm* alter alterius membra sumus, *sed ut dotes habeamus pro gratiâ nobis datâ diversas*, *sive*, *sive*, *sive* etc.. Nempe de *omnibus* Christianis, ut neminem excipiat P. disputat (v. 5. ὁ δὲ καθ' εἷς ἀλλήλων μέλη cf. v. 3. παντί et ἑκάστῳ). At non omnes Christiani prophetarum, diaconorum, magistrorum aliorumque hominum, qui scientiâ aut studio excellerent, dotes a Deo acceperant, sed ii tantummodo, quos Deus ingenio aut industriâ inter ceteros emi-

nere voluisset. Inepte igitur Ap. *omnibus* Christianis χαρίσματα eo quidem sensu, quo vocabulum hic posuit (v. infra) tribuisset. Sic quoque Paulum v. 6—8. non solum primariis Christianis, sed etiam (v. 8. inde a verbis ὁ μεταδιδοὺς ἐν ἁπλότητι) vulgo praecepta dare apparet. IV. Illi viri docti miram opinionem obtinere non potuerunt, nisi verba argutule contorsissent. *Meyerus* et *dW*. verba v. 7. εἴτε διακονίαν ἐν τῇ διακονίᾳ sic sumserunt: *sive diaconi facultatem in diaconi munere habeamus*. At διακονία *munus diaconi*, non *facultatem* significat, quae te ad diaconi munus administrandum idoneum reddat. Praeterea illâ facultate praeditus eam possidet non ἐν τῇ διακονίᾳ, *in diaconi munere* (habet enim eam, etiamsi nemo diaconi munus ei demandaverit), sed εἰς τὴν διακονίαν, ut diaconi munus obire possit. Proxima verba εἴτε ὁ διδάσκων ἐν τῇ διδασκαλίᾳ, εἴτε ὁ παρακαλῶν ἐν τῇ παρακλήσει *Meyerus* ita explicuit: *sive magister in magistri officio, sive monitor in monitoris officio suum Dei donum habeat*. Scilicet ἡ διδασκαλία *institutionem* (i. q. ἡ διδαχή, cf. 1 Cor. 14, 26.), non *magistri officium*, et ἡ παράκλησις *admonitionem*, non *monitoris officium* denotat. Magis etiam mira ultimorum verborum ὁ μεταδιδοὺς ἐν ἁπλότητι, ὁ προϊστάμενος ἐν σπουδῇ, ὁ ἐλεῶν ἐν ἱλαρότητι interpretatio videtur, quam *Meyerus* proposuit: sive eleemosynarum distributor (?) *in sincerae mentis campo*, patronus (?) *in studii spatio*, parabolanus (?) *in hilaritatis campo* suum Dei donum possideat. Quum vocabula ἐν ἁπλότητι, ἐν σπουδῇ et ἐν ἱλαρότητι idem quod ἁπλῶς, σπουδαίως et ἱλαρῶς declarent, verbis ὁ μεταδιδοὺς ἐν ἁπλότητι κτλ. *praecepta* contineri in promtu est (v. supra). χαρίσματα] χάρισμα generatim *donum* notare constat (5, 15. 16. 11, 29. 2 Cor. 1, 11. *)). Sed in N. T. χαρίσματα κατ᾽ ἐξοχήν *dona* dicuntur

*) 2 Cor. 1, 10. 11. — ὃς (ὁ θεός) ἐκ τηλικούτου θανάτου ἐῤῥύσατο ἡμᾶς καὶ ῥύεται, εἰς ὃν ἠλπίκαμεν, ὅτι καὶ ἔτι ῥύσεται, v. 11. συνυπουργούντων καὶ ὑμῶν ὑπὲρ ἡμῶν τῇ δεήσει, ἵνα ἐκ πολλῶν προσώπων τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν. Olim (v. Dissert. in 2 ep. ad Cor. I, p. 9.) vs. 11. v. ἐκ πολλῶν προσώπων τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα arcte consociavi et διὰ πολλῶν ad verbum εὐχαριστηθῇ rettuli hoc sensu: „— si me adjuvetis precibus vestris eo consilio, ut, *quod per multos homines* (eorum preces) *mihi collatum sit beneficium*, pro eo *a multis* gratiae agantur Deo." Probavit hanc interpretationem *de Wettius* ad h. l.. Sed apparet, si et ἐκ πολλῶν προσώπων et διὰ πολλῶν salvâ sententiâ cum *verbo* εὐχαριστηθῇ conjungi possit, id utique faciendum esse. Posse hoc fieri paucis nunc ostendam. Verba συνυπουργούντων ὑμῶν valent *si vos una adjuvetis*. Docet vs. 12., qui hoc vinculo cum vs. 11. cohaeret: — *si vos quoque vestrâ me deprecatione adjuvetis*, ut —. *Nam dignus sum vestrâ deprecatione, qui integritatem — quum aliis, tum vobis probaverim*. Non recte *Meyerus*: *quum*

quae Deus (v. 1 Cor. 12,30. cl. v. 28.) praeter naturae ordinem per spiritum s. (1 Cor. 12,4. 9. 11) hominibus christianis dat, tum ut rem christianam potenter adjuvet, tum ut Christianos eximio decore ornet (1 Cor. 7,7.) quantumque possit ostendat. Haec charismata extraordinaria sunt (v. Geschichte der Pflanzung u. Leitung der christl. Kirche durch die Apostel. Von *A. Neander* I, p. 115. Hamb. 1832.). Neque enim ea Deus hominibus insevit, quum eos nasci juberet, sed *per*

---

vos quoque pro meâ salute simul operam praestetis vestrâ deprecatione. Praepositio *σύν* verbi *συνυπουργούντων ad Paulum* referenda est et ipsum pro suâ salute preces facientem, *καὶ ὑμῶν* ad alios coetus pertinet pro Paulo deprecantes: si mecum (qui precibus salutem exposco) vos quoque (ut alii Christianorum coetus faciunt) pro meâ salute operam praestetis vestrâ deprecatione. Male *Meyerus praepositionem σύν* ad alios Christianorum coetus pro Paulo deprecantes rettulit. *Πολλὰ πρόσωπα* ii homines (v. *Lobeck.* ad Phryn. p. 380.) dicuntur, *qui deprecando Pauli salutem a Deo impetrent*; *πολλοί* ii vocantur, qui pro suo erga Paulum amore salutem illorum precibus effectam gratiarum actione celebrent. Haec igitur Paulus dixit: — qui (Deus) e tam dirae mortis faucibus (cf. 1 Cor. 15,32.) me eripuit et eripit et, uti spero, in posterum quoque eripiet, si etiam vos (ut alii Christianorum coetus) mecum (ut salvum me esse jubeat Deum precante) operam pro meâ salute conferatis precatione vestrâ, ut *per multos homines* (qui salutem meam precibus a Deo impetraverint) beneficium mihi datum (salus benigne mihi data) *a multis* (qui quum me diligant et revereantur salute meâ gaudeant) gratiarum actione praedicetur super me servato. Si multi deprecatione suâ salutem alicui a Deo impetraverint et multi tum Deo, quod carum hominem salvum conservaverit, gratias agant, haud dubie deprecatores gratiarum auctores sunt, quae pro eo conservato Deo agantur. Nam nisi deprecatores se interposuissent Deus miserum hominem non servasset neque gratiae pro eo servato Deo agi possent. Optabile autem pio Apostolo videtur, ut multi et opem a Deo petant, et latam opem gratiarum actione extollant. Itaque ut multi pro se deprecentur Corinthios quoque pro suâ salute preces fundere vult: verum enim esse, non ut paucorum, sed ut *multorum* deprecationes *multorum* gratiarum actionem gignant. *Meyerus* verba *ἵνα ἐκ πολλῶν προσώπων τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν* sic interpretatus est: ut *ex multorum hominum vultu* beneficium *per multos* (multorum deprecatione) *in me collatum* gratiarum actione celebretur propter me. Vir doctus verba *τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα διὰ πολλῶν* in unam notionem contraxit (i. q. *ὅτι ἡμεῖς τὸ χάρισμα ἔχομεν διὰ πολλῶν*). Quamquam hanc verborum juncturam usus loquendi non minus admittit, quam arctam verborum *ἐκ πολλῶν προσώπων τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα* consociationem, quae mihi olim placuit (v. not. ad Rom. I, 195.), tamen neutra h. l. probanda est, quum si usitatissimum loquendi genus sequutus *ἐκ πολλῶν προσώπων* et *διὰ πολλῶν* ad verbum *εὐχαριστηθῇ* rettuleris optima sententia nascatur. Deinde vir doctus Paulum pro *ὑπὸ πολλῶν graphice ἐκ πολλῶν προσώπων* (ex multis faciebus), quoniam gratiarum actio a facie (ab ore, fronte et vultu) proficiscatur, scripsisse existimat. At gratiarum actio (*ἡ εὐχαριστία*) *verbis*, opinor, fit, non oris, vultus et frontis serenitate.

spiritum s. ad ea ornamenta benigne adjecit, quae homines quum in lucem ederentur accepissent. Vana est igitur *ordinariorum* (s. naturalium) et *extraordinariorum* (s. supranaturalium) charismatum distinctio, quam loco 1 Cor. 7, 7. firmare frustra coneris. Utique *duo* charismatum genera sunt: unum dotes complectitur, quae humanae naturae vim et modum prorsus excedunt: alterum virtutes continet, quibus etiam naturae beneficio aliis hominibus antecedere possis. Illuc v. c. ἡ προφητεία (Rom. 12, 6. 1 Cor. 12, 29.) pertinet: nam prophetae *divini spiritus afflatu* loquuntur (1 Cor. 14, 29.), neque in ullo homine tanta est mentis perspicacitas animique concitatio, ut sine divino instinctu vaticinari (προφητεύειν) possit. Hûc *continentiae* donum (1 Cor. 7, 7.) referendum est, quandoquidem etiam Judaei et gentiles inventi sunt, qui spiritus s. patrocinio destituti *naturâ* tantum roboris haberent, ut Venere abstinerent. Sed N. T. scriptores, si *homines christiani*, quibus praesentissimum auxilium Deus per spiritum s. ferret, ejusmodi virtute splenderent, eos decus a Deo accepisse neque id sine praesenti Dei ope habituros esse pie statuerunt. Scilicet Satanam pro inexpiabili suo in Christianos odio tantas eorum virtuti insidias parare putarunt, ut sine praepotenti Dei auxilio in eas non possint non praecipitare (1 Cor. 7, 5. 1 Petr. 5, 8.). Non omnia charismata spiritus s. *ipse* dat, nonnulla etiam tribuit hominum interventu et procuratione usus. Sic Timotheo Dei charisma, quo excelluit, per manuum impositionem (2 Tim. 1, 6. 1 Tim. 4, 14. v. Num. 27, 18.) datum est; itaque manibus Timotheo impositis spiritus s. ad liberalitatem invitatus est. Sic Paulus Romanis eo, quod eorum animos confirmaret, aliquod spiritus s. charisma suppeditare voluit Rom. 1, 11.. Quare ea Romae et dicere et facere, quibus Romani confirmarentur, voluit, sed ut sua verba et facta Romanorum animos firmos facerent spiritum s. effecturum esse pro suâ pietate existimavit, alioquin illa nullam in Romanos vim habitura esse ratus. ἔχοντες δὲ χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διάφορα] *quum autem charismata habeamus, quae pro gratiâ nobis datâ diversa sint.* Et charismatum fons Dei benignitas (ἡ χάρις). Quum autem alia charismata majora sint et utiliora, alia minora et minus fructuosa (1 Cor. 12, 31.) apparet, tantum unicuique divinae gratiae obtigisse, quanti charisma faciendum sit, quod Dei gratia in eum contulerit ipsamque Dei benignitatem, quae diversa diversis largiatur, variam esse et multiplicem (1 Petr. 4, 10.).

Nunc Paulus *quattuor* charismatum exempla ponit (τὴν προφητείαν, τὴν διακονίαν, τὴν διδασκαλίαν et τὴν παράκλησιν v. 6—8.); plura charismata commemorat 1 Cor. 12, 8. sq. 28. sq.. εἴτε προφητείαν] Ἡ προφητεία h. l. est prophetarum christianorum divinatio (1 Cor. 13, 2. 8. 14, 6. 22. 1 Thess. 5, 20.). Fuerunt autem prophetae christiani, de quibus *Koppius* Excursu *tertio* pone comment. in ep. ad Ephesios et *Neander* in l.: Geschichte der Pflanzung u. s. w. I, p. 169 sq. disputavit, Apostolorum aetate genus magistrorum christianorum, quod divini spiritus afflatu (1 Cor. 14, 30.) Dei mentem exposuit et summum, si *Apostolos* exceperis, dignitatis locum obtinuit (1 Cor. 12, 28. Ephes. 3, 5. 4, 11.). Hebraeis נָבִיא hominem divinum h. e. divinae mentis, quam divinus instinctus eum docuisset, interpretem denotat (Exod. 7, 1.). Eadem graeci vocabuli ὁ προφήτης notio est. Quod quamquam primo oraculorum, quae ὁ μάντις fudisset, interpretem notavit (Herodot. 7, 111. 8, 36.), postea tamen ita usurpatum est, ut numine afflatum Dei interpretem (LXX. Exod. 7, 1. 2 Petr. 1, 21. Philo de praem. et poen. p. 918. E.) aut eum designaret, qui divinitus sibi tradita enuntiaret. Item christianis prophetis proprium fuit, ut a Deo per spiritum s. subministrata eloquerentur (v. 1 Cor. 14, 30. cl. v. 6. et 1 Cor. 2, 10.). Sed consentaneum est, spiritum s. prophetis christ. tum res tradidisse, quas humana mens assequi non posset, tum divino impetu eorum animos movisse, ut gravissime dicerent, quae divino afflatu destituti non ita graviter dixissent. Supervacaneus enim divinus afflatus nobis recte videretur, qui neque res humanae sagacitatis modum excedentes prophetis aperuisset, neque eorum animos divino motu, qui eos vehementes oratores faceret, concitasset. Et primum quidem prophetae christiani futura praenuntiarunt (Act. 21, 10.). Nam rerum futurarum scientia in Deum, non in homines, cadit. Deinde salutaria consilia dederunt, quae humana sollertia capere non potuisset (Act. 13, 1. sq.). Denique (idque plerumque fecisse videntur) partim arcana relligionis christianae capita (μυστήρια cf. not. ad 11, 25.) a divino spiritu iis tradita exposuerunt (ita auditores vel maxime recondita doctrinae divinae capita ab iis *didicerunt*, v. 1 Cor. 14, 31. cl. 13, 2.), partim divino spiritu instincti verborum fulminibus auditorum animos perculerunt eosque nunc solatio recrearunt, nunc improbitatis coarguerunt, nunc admonitionis gravitate inflammarunt (1 Cor. 14, 3. sq. 24. sq.). Sic eorum divinatio auditoribus οἰκοδομὴν attulit (1 Cor. 14, 4.), h. e. eorum animos non fregit, sed erexit et tanquam exaedificavit. Prophetas christianos divinitus

sibi tradita *vernaculâ* linguâ enuntiare solitos esse ex 1 Cor. 14, 1. sqq. apparet. *Nonnunquam* tamen divinitus secum communicata *exteris linguis* eloquuti sunt. Id ut credibile videatur *res ipsa* facit. Nam quum γλώσσαις λαλεῖν, de quâ formulâ V. D. nuper mirabilia commenti sunt generatim *divini spiritus instinctu* (1 Cor. 14, 1. 2.) *exteris linguis in rebus sacris uti* declaret (v. not. ad Marc. p. 731. sqq.), verisimile est, homines hoc extraordinario spiritus s. beneficio affectos alios alia in sacris conventibus pie dixisse. Idque historia comprobat. Accepimus enim homines spiritus s. inflatu exteris linguis usos in sacro coetu nunc pie precatos esse (1 Cor. 14, 14.), nunc Dei laudes cecinisse (1 Cor. 14, 15. Act. 10, 46.), nunc gratias Deo egisse (1 Cor. 14, 16. 17.), nunc *praeceptorum* (τῶν διδασκάλων) munus obiisse (1 Cor. 14, 6.), nunc *divinasse* aut *prophetas* egisse (v. 1 Cor. 14, 6. et Act. 19, 6. cl. not. ad Marc. p. 735.). Sed quoniam non solum divinus spiritus bonos viros afflavit, verum etiam mali genii improbos homines instigarunt (vid. Matth. 24, 11. 24. 1 Tim. 4, 1. 1 Joh. 4, 1. cl. Deut. 13, 1. sq.), ratio ineunda erat, ne homines christiani pseudoprophetis cum prophetis temere confusis deciperentur. Itaque spiritus s. in nonnullos Christianos hoc extraordinarium beneficium contulit, ut veram Dei et spiritus s. divinationem ab inani Satanae ejusque satellitum divinatione aut prophetas a pseudoprophetis distinguerent (1 Cor. 12, 10. 14, 29.). Superest, ut quibus notis prophetae christiani ab Apostolis, magistris et monitoribus differant paucis dicamus. Apostoli sunt viri a Christo ipso instituti et ad doctrinam christianam propagandam legati (v. I, p. 3.), prophetae homines, quos spiritus s. subito afflaret (1 Cor. 14, 30.). Fieri igitur potuit, ut idem apostolus et propheta esset (et credibile est apostolis divinationis, τῆς προφητείας, charisma minime defuisse): propheta contra apostoli dignitate caruit, nisi ipse Christus eum edocuisset et suae disciplinae magistrum constituisset. Docuerunt et prophetae (1 Cor. 14, 31.) et magistri (οἱ διδάσκοντες v. 7., οἱ διδάσκαλοι Eph. 4, 11.); illi div. spiritus instinctu, hi humanâ sollertiâ, quum eos Deus per spiritum s. ad docendum prae ceteris idoneos reddidisset (cf. v. 6. 7. 1 Cor. 14, 26. Eph. 4, 11.). Hinc alias res prophetas, alias magistros auditoribus tradidisse, consequitur. Nempe prophetae, quippe a divino spiritu instituti, abstrusa et quae humanae mentis sagacitatem excederent doctrinae christianae capita (μυστήρια) exposuerunt (1 Cor. 13, 2.), magistri notas et quas humana mens inveniret res enarrarunt. Praeterea prophetas a div. spiritu

et institutos, et concitatos docendi subtilitate et orationis vehementiâ magistros superasse consentaneum est, quos humanae mentis inventio et humani animi motus gubernaret. Denique prophetarum provincia multo latius patuit, quam munus magistrorum. His enim nihil nisi *institutio* assignata fuit: illi quidquid iis Deus per spiritum s. suggessisset eloqui debuerunt. Itaque divino afflatu nunc futura praedixerunt, nunc mysteria aperuerunt, nunc homines graviter adhortati sunt. Iisdem notis prophetae a monitoribus (v. 8.) distinguuntur. Graviter et prophetae exhortati sunt et monitores (*οἱ παρακαλοῦντες* v. 8.), illi divino afflatu concitati, hi humanâ eloquentiâ freti, quum iis prae ceteris facundum os ad admonendum Deus per spiritum s. dedisset (v. 6.): illi nonnunquam (1 Cor. 14, 3. 31.), hi semper. Quippe monitorum charisma admonendi facultate totum absolvebatur, prophetis *quidquid* iis divinus afflatus suppeditasset proferendum erat (cf. supra). Ceterum prophetarum quam monitorum graviorem et efficaciorem exhortationem fuisse elucet, quum divinus instinctus humani animi impetum haud dubie vincat. Paulus mulieres in sacris conventibus silentium obtinere jussit (1 Cor. 14, 34.). Itaque eas etiam divinare (*προφητεύειν*) vetuit. Suum praeceptum duobus argumentis firmavit: mulieribus in concione loqui *turpe* esse (1 Cor. 14, 35.) et ne mulieres concionentur in imperiis esse a Christo acceptis (1 Cor. 14, 37.). Ponderosa haec argumenta essent, si prophetae et prophetissae *suo arbitrio* loquerentur. At a spiritu div. aguntur eaque enuntiare coguntur, quae iis numen inspiraverit (v. Num. 23, 12. 2 Petr. 1, 21. cl. Cic. de Div. I, 31, 67. Deus inclusus corpore humano, jam non Cassandra loquitur). Melius P. suum interdictum firmasset, si ita disputasset: mulieres veto divinare (*προφητεύειν*), quum Deum feminis divinationem in posterum denegaturum esse Christus aut spiritus s. mihi manifestaverit. Recte tamen hoc *novum* Dei consilium miraremur, qui Deum olim mulierculas divinatione dignatum esse sciremus (2 Reg. 22, 14. Luc. 2, 36.). Ne multa; Paulus 1 Cor. 14, 34. sq. divinationem (*τὴν προφητείαν*) divinae necessitatis, non humanae libertatis esse immemor fuit, ut viros relligiosos parum sibi constantes supernaturalia et naturalia saepe confundere videmus. — *κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως*] *pro proportione* (a Deo datae v. 3.) *fidei*. Demosthenes pro coronâ c. 30. — *κατὰ τὴν αὐτὴν δὲ ἀναλογίαν ἔστω* [*ἡ λειτουργία*] *καὶ οἷς ἐλάττων οὐσία ἐστὶ τῶν δέκα ταλάντων* —. Philo De caritate II, 391. (§. 10.) *Κελεύουσιν οἱ νόμοι* — — *ἀπὸ* — *τῆς κατ᾽ ἀγροὺς ὀπώρας καὶ τῶν ἄλ-*

λων ἀκροδρύων κατὰ ἀνάλογον τῆς κτήσεως ἐν ταλάροις πλήρεσι κομίζειν —. *Syrus* libere vertit

ܐܝܟ ܡܫܘܚܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܗ

h. e. *κατὰ τὸ μέτρον τῆς πίστεως αὐτοῦ* (cf. v. 3.) et Vulg. *secundum rationem fidei* i. e. *κατὰ τὸν λόγον τῆς πίστεως* (v. Xenoph. Cyr. 8, 6, 6. — *κατὰ λόγον τῆς δυνάμεως*). Utrumque ponere Paulo licuerat. Sed *κατὰ τὸ μέτρον τῆς πίστεως* non scripsit, ut orationem variaret (cf. v. 3.): *κατὰ τὸν λόγον τῆς πίστεως* dicere noluit, ne *ambigue* loqueretur. Nam *τὸν λόγον τῆς πίστεως doctrinam de fide* lectores interpretari potuissent. *εἴτε προφητείαν* [scil. *ἔχοντες*], *κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως*] sp. *προφητεύωμεν* (v. supra) *sive divinationem possideamus, pro proportione fidei* (a Deo acceptae) *divinemus*. Sententia non tam plana est, quam eam esse putavit *deWettius*. Nam quum prophetae christiani *divino instinctu* (1 Cor. 14, 30.) loquuti fuerint, Paulo *κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς ἀποκαλύψεως* dicendum fuisse aliquis existimet: *sive divinationem acceperimus, pro divini afflatus proportione divinemus*. Et *sensisse* interpretes difficultatem eorum dubitatio indicat. *Wetstenius*: „pro ratione ejus, quod ipsi creditum et manifestatum est, Jerem. 23, 28.” Finxit *Wetstenius τὴν πίστιν* notare *rem alicui commissam* (ὃ πεπίστευταί τις, Rom. 3, 2.). *Koellnerus τὴν πίστιν quod verum esse putatur* („übereinstimmend mit dem, was von ihm und andern geglaubt wird”) significare sibi persuasit. Esse potest *ἡ πίστις doctrina fidem postulans* (v. I, p. 17.) *quod homines credunt* esse non potest. *Morus τὴν πίστιν firmum mentis judicium* interpretatus est: „pro proportione scientiae suae et persuasionis [de christ. relligione].” Rom. 14, 23. At *ἡ πίστις* v. 6. idem denotet necesse est, quod v. 3. declaravit. *Tria* vero, ut Pauli mentem assequamur, nobis tenenda sunt: I. fidem Paulum dicere fidem a Deo benigne donatam (cf. v. 3.): II. prophetis, quippe qui ab Apostolorum dignitate proxime abessent (v. supra), *firmissimam* fidem divinitus datam esse Paulum haud dubie statuisse: III. firmam fidem, quae prophetas relligionis christ. admiratione imbueret, efficere debuisse, ut fidenter, studiose, graviter quae iis spiritus s. subministrasset, proferrent, ergo v. c. subtilissime homines docerent, gravissime adhortarentur. Contra homines pro infirmâ suâ fide relligionis christ. admiratione minus incensi, si eos Deus spiritus s. afflatu dignatus esset, opinor, titubarent parumque fidenter et graviter divina mandata referrent. Itaque Pauli sententia haec est: *sive*

divinationem acceperimus, *pro proportione* *firmissimae prophetis a Deo datae fidei* (v. 3.) *divinemus* h. e. sic ut firmissimo de Christo hominum servatore a Deo benigne misso animi judicio, quod Deus nobis suppeditasset, relligiose usi accuratissime, studiosissime, gravissime divinemus. — Olim Theologi hunc locum sic explicuerunt; *sive facultatem libros s.* (V. T.) *interpretandi acceperimus, pro congruentiâ cum doctrinâ fidei* (cum doctrinâ christianâ) *eos interpretemur* (cf. v. c. *H. Stephanus*, *Calovius*, *Wolfius*, *Carpz.*, *Heum.*). Hinc tum V. tum N. T. libros ita explicandos esse, ut eorum interpretatio cum primariis doctrinae christ. capitibus (cum *fundamentalibus* doctrinae christ. *articulis*), quum obscura loca e luculentis exponerentur, congruerent Theologi olim argumentati sunt. Nempe illi interpretes, quum meminissent, Graecis τοὺς προφητεύοντας τοῦ θεοῦ eos dictos esse, qui Dei responsa, per mulierem, ut Delphis, edita fatidicam interpretarentur et scripto consignata traderent consultantibus (v. interpretes ad Herod. VII, 111. 7.), προφητεύειν *Dei oracula V. T. libris comprehensa interpretari et* τὴν προφητείαν *illa Dei oracula interpretandi facultatem* in N. T. valere sibi persuaserunt. Praeterea τὴν πίστιν *doctrinam, quae fidem postulat, doctrinam christ.* (cf. I, p. 17.) explicuerunt. At I. προφητεύειν isto sensu nusquam in N. T. usurpatur: II. τὴν πίστιν male h. l. *doctrinam, quae fidem postulet*, enarres, quum eam vocem idem denotare, quod vs. 3. declaravit, manifestum sit: III. mira loquutio est προφητεύειν κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως libros s. interpretari *pro congruentiâ cum doctrinâ christ.* h. e. ut congruentia eum doctrinâ christ. poscit. Certe multo simplicius κατὰ τὴν πίστιν s. κατὰ τὸν κανόνα τῆς πίστεως i. e. ut doctrina christ., doctrinae christ. norma postulat (2 Cor. 10, 15.) pro κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως Ap. dixisset. Recte igitur illa interpretatio a recentissimis hujus epistolae interpretibus rejecta est. —

V. 7. εἴτε διακονίαν (scil. ἔχοντες), ἐν τῇ διακονίᾳ] scil. ὦμεν *sive diaconorum munus in nos collatum sit*, *operam nostram ei muneri navemus.* Cf. 1 Tim. 4, 15. ἐν τούτοις ἴσθι. Aelian. V. H. 1, 31. — ὄντες ἐν γεωργίᾳ 9, 4. Πολυκράτης — ἐν Μούσαις ἦν. Horat. ep. I, 1, 11. Quid verum atque decens, curo et rogo et *omnis in hoc sum.* Diaconi (cf. *Neander* l. c. p. 39. sqq.) fuerunt pecuniarum divisores, pauperum et aegrotorum procuratores earumque omnium rerum administri, quae manibus et pedibus, non ingenio, fierent (Act. 6, 1. sq. Phil. 1, 1. 1 Tim. 3, 8. 12. 1 Petr. 4, 11.). Fuisse eos eorum, qui coetus christianos regerent, *famulos* ipsum *ministrorum* (τῶν διακόνων) no-

men declarat. Narrat Justinus M. Apol. I. c. 85. et 87., quum sacra coena obiretur, diaconos consecratum panem, vinum et aquam iis distribuisse, qui in sacro conventu essent iisque jussu τοῦ προεστῶτος τῶν ἀδελφῶν attulisse, qui abessent. Male *Chrys.*, *Lutherus* (Hat Jemand ein Amt, so warte er des Amts), *Chr. Fr. Schmidius* al. *διακονίαν munus ecclesiasticum* explicuerunt (1 Cor. 12,5.). Nam ἡ διακονία, quemadmodum ἡ προφητεία, ἡ διδασκαλία et ἡ παράκλησις, rem angustis limitibus circumscriptam eamque a τῇ προφητείᾳ, τῇ διδασκαλίᾳ et τῇ παρακλήσει discretam significet necesse est. At si cum *Chrysostomo* feceris ἡ διακονία τὴν διδασκαλίαν complectitur. Non rectius *Theodoretus διακονίαν munus docendi evangelium* interpretatus est: — „διακονίαν δὲ (scil. καλεῖ ὁ Παῦλος) τὴν τοῦ κηρύγματος λειτουργίαν." Sunt sane qui evangelium docent, ut Apostoli Christi aut Dei *ministri* (1 Cor. 3,5. 4,1.) et *ministerio* (διακονίᾳ) funguntur (Rom. 11, 13.). Sed διακονίας τοῦ Χριστοῦ notio latius patet, quam doctoris christiani cogitatio. Funguntur enim διακονίᾳ τοῦ Χριστοῦ, qui quocunque modo Christi rem adjuvant (Act. 12, 25. Rom. 15, 31.). Itaque Paulo, ut quod Theodoreto dicere visus est diceret, εἴτε διακονίαν τοῦ εὐαγγελίου (Col. 1, 23.) aut simile quid scribendum fuerat. Nunc P. constructionem mutavit: εἴτε ὁ διδάσκων (scil. ἐστίν 1 Cor. 15, 11.), ἐν τῇ διδασκαλίᾳ scil. ἔστω *sive magister sit* (de magistro agatur), *is in docendi munere totus sit* (cf. not. ad v. 6.). Quomodo *magistri* (οἱ διδάσκαλοι 1 Cor. 12, 28. Ephes. 4, 11.) a prophetis differrent ad vs. 6. exposuimus.

V. 8. εἴτε ὁ παρακαλῶν (scil. ἐστίν), ἐν τῇ παρακλήσει] sup. ἔστω *sive monitor sit* (de monitore agatur), *summum studium in exhortationem consumat.* De monitoribus diximus ad vs. 6.. Saepe exhortationem loco sacri codicis antea lecto superstruxisse videntur. Cf. Luc. 4, 20. 21. Act. 13, 15. et Justinus M. Apol. I. c. 87. — καὶ τῇ τοῦ ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ πάντων κατὰ πόλεις ἢ ἀγροὺς μενόντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται καὶ τὰ ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων ἢ τὰ συγγράμματα τῶν προφητῶν ἀναγινώσκεται, μέχρις ἐγχωρεῖ. Εἶτα παυσαμένου τοῦ ἀναγινώσκοντος ὁ προεστὼς διὰ λόγου τὴν νουθεσίαν καὶ πρόκλησιν (temere *Grabius* conjecit παράκλησιν) τῆς τῶν καλῶν τούτων μιμήσεως ποιεῖται. Ἔπειτα ἀνιστάμεθα κοινῇ πάντες καὶ εὐχὰς πέμπομεν κτλ.. Sed monitores *non semper* suam exhortationem ad locum sacri scriptoris antea lectum accommodasse crede *Rueckerto* assensus. Εἴτε ante ὁ παρακαλῶν omittunt D.* E. F. G. It. Vulg. Ruf. Pelagius (diserte), Sedulius, Beda.

Quorum lectionem *Griesbachius* male admiratus est. Patet enim, nonnullos librarios proximorum membrorum invitatu (ὁ μεταδιδοὺς ἐν ἁπλότητι, ὁ προϊστάμενος ἐν σπουδῇ, ὁ ἐλεῶν ἐν ἱλαρότητι) vocem εἴτε praetermisisse, quemadmodum scriba codicis A. v. 7. εἴτε διδασκαλίαν (pro εἴτε ὁ διδάσκων) exaravit praecedentibus verbis (v. 6. εἴτε προφητείαν. v. 7. εἴτε διακονίαν) deceptus.

Male *Meyerus* verbis ὁ μεταδιδοὺς ——— ἐν ἱλαρότητι tria *diaconi* officia contineri putavit. Primo enim verba a P. collocata huic sententiae reclamant (v. infra). Deinde proxima Apostoli exhortatio v. 9. ἡ ἀγάπη ἀνυπόκριτος scil. ἔστω ultimis vs. 8. verbis tria officia commendari indicant, quibus te *homines haud fucato amore* prosequi ostendas. Perspicuum est enim, Paulum quae verbis v. 8. ὁ μεταδιδοὺς — ἐν ἱλαρότητι sigillatim praescripsit versu 9. hoc generali praecepto complecti: ἡ ἀγάπη ἀνυπόκριτος scil. ἔστω. Nempe et candide de suo largiuntur, et rem receptam studiose administrant, et laeto vultu miseris misericordiam tribuunt, qui homines *vere* diligunt. ὁ μεταδιδοὺς ἐν ἁπλότητι] scil. μεταδιδότω. *qui de suo largitur animo candido largiatur*, ergo Dei reverentiâ et egenorum amore motus, sive, ut Senecae De Benef. 4, 25. verbis utar, ut nihil *praeter ipsam faciendi rationem sequatur.* Itaque qui candide largitur, dat, ut officio suo satisfaciat et miseros homines adjuvet, dat sine ambitione, sine mercede, sine ullo ad se perveniente commodo et multa alia vitia fugit, in quae homines non probi beneficia conferentes incurrunt. Perperam *Koppius*, *Reichius*, *Meyerus*, *Bretschn.* Lex. s. v. μεταδίδωμι al. hunc l. sic explicuerunt: *qui stipem pauperibus distribuit* (i. e. diaconus) *candide eam dividat.* Μεταδιδόναι *de suo largiri* significat (Herodot. 4, 145. Xen. Anab. 4, 5, 5. Luc. 3, 11. Eph. 4, 28. Lucian. Tim. c. 57. Testam. Isaschar. c. 7. Prov. 11, 26. — εὐλογία δὲ εἰς κεφαλὴν τοῦ μεταδιδόντος. Testam. Zabulon c. 6. — ὁ γὰρ μεταδιδοὺς τῷ πλησίον λαμβάνει πολλαπλασίονα παρὰ κυρίου cf. etiam Adjectiva μεταδοτικός et εὐμετάδοτος 1 Tim. 6, 18.), διαδιδόναι *dividere*, *distribuere* notat (Xen. Anab. 1, 10, 18. Polyb. 3, 76, 13 Lucian. Tim. c. 57. Act. 4, 35.). Itaque Paulo ὁ διαδιδούς hoc pacto exarandum fuerat. Frustra *certum* et *constantem* loquendi usum his argutiis convellere coneris: fieri potuisse, ut stipem pauperibus distribuens diaconus hîc ὁ διαδιδούς, illîc ὁ μεταδιδούς vocaretur (*Meyerus*), recte diaconum, qui collectas pecunias pauperibus divideret, τὸν μεταδιδόντα appellatum esse, si *de suo* nonnihil ad stipem, quam egenis distribueret, contulisset (*Koppius*). ἐν ἁπλότητι] h. e. *candide*,

non *liberaliter*. Nimirum *τὴν ἁπλότητα liberalitatem* et *ἁπλῶς liberaliter* declarare vel nuper fuerunt, qui *Wolfio*, *Kypkio*, *Krebsio* et aliis temere crederent (v. c. *Koppius*, *Tholuccius* et *Wilkius* in Cl. s. v. *ἁπλότης*) *). Si ἡ ἁπλό-

---

*) *Ἁπλοῦς* plane respondet Romanorum voci *simplex*. Est igitur hoc voc. in *bonam* partem positum *probus* (i. q. *ἄκακος*), in *malam stultus* (i. q. *εὐήθης* sensu malo). Eorum, qui *τὴν ἁπλότητα liberalitatem* denotare putarunt, opinio vel per se absona est. Est enim homo probus *apertus* (v. Plato Hipp. min. p. 364. E. *ΣΩ*. — *ὁ Ἀχιλλεὺς οὐ πολύτροπος τῷ Ὁμήρῳ πεποίηται; ΙΠ. Ἥκιστά γε, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ἁπλούστατος*·) minimeque dolosus (Aristoph. Plut. v. 1158. — *οὐ γὰρ δόλου νῦν ἔργον, ἀλλ' ἁπλῶν τρόπων*), *aequus*, *benevolus*, *benignus*, *paucis contentus* (Testam. Isaschar. c. 3 — 5.) multisque aliis virtutibus praeditus. Itaque quum *probitate* justitia, aequitas, benevolentia et multae aliae virtutes contineantur, cur η *ἁπλότης liberalitatem*, non item *justitiam*, *veracitatem*, *aequitatem*, *benevolentiam* easque omnes virtutes, quas probitas complectitur, Graecis valuerit, non apparet. *Kypkius*, ut vanam opinionem bene fundasse videretur, *τὴν ἁπλότητα liberalitatem cum simplicitate et candore conjunctam* designare contendit. Eodem jure *τὴν ἁπλότητα candidam justitiam*, *veracitatem*, *frugalitatem* etc. declarare diceres. Pepererunt inane commentum loci parum percepti, quorum duas classes recte distinguas. In alterâ enim *probitas*, *quam liberalitate ostendas*, pro ipsâ liberalitate ita ponitur, ut res aut contexta oratio scriptoris mentem aperiat, in alterâ partim e re, partim ex adjectâ voce, partim e scriptoris disputatione vocabula ἡ *ἁπλότης*, *ἁπλοῦς* et *ἁπλῶς liberalitatem*, *liberalem* et *liberaliter* significare Viri docti male collegerunt. Illuc v. c. locus pertinet 2 Cor. 9, 11. — *ἐν παντὶ πλουτιζόμενοι εἰς πᾶσαν ἁπλότητα* — *dum semper ditescatis ad omnem probitatem* (liberalitate, ut ex ante dictis v. 7 sqq. apparet) *manifestandam*. Item v. 8. et 9. ἡ *δικαιοσύνη*, צְדָקָה Ps. 112, 9. *probitas* est, quam *benefaciendo* expromas. Vehementer enim errarunt, qui vocabulis צְדָקָה et ἡ *δικαιοσύνη beneficentiae* significatum tribuerunt. Paullo post v. 13. Corinthiorum *ἁπλότης τῆς κοινωνίας εἰς αὐτοὺς καὶ εἰς πάντας societatis cum Christianis palaestinensibus et cum omnibus Christianis initae probitas* est, eo declaranda, quod Christianis palaestinensibus benigne faciant. Testamentum Isaschar. c. 3. — *ᾔδει δὲ καὶ Ἰακώβ, ὅτι ὁ θεὸς συνεργεῖ τῇ ἁπλότητί μου· παντὶ γὰρ πένητι, καὶ παντὶ θλιβομένῳ παρεῖχον τῆς γῆς τὰ ἀγαθὰ ἐν ἁπλότητι καρδίας*. Docet hic locus probitatem etiam benignitate declarari, quâ pauperum et miserorum res adversas subleves, nihil praeterea. *Multa* officia de scriptoris mente *probitate* contineri dilucide ipse declaravit c. 3. et 4.. Sed pleraque loca, quibus Viri docti abusi sunt, ad *posteriorem* classem referenda sunt. Qui 2 Cor. 8, 2. *τὸν πλοῦτον τῆς ἁπλότητος* Macedonum *ditem eorum benignitatem* (codex 37. *χρηστότητος* pro *ἁπλότητος* praebet e malo glossemate) proximis verbis v. 3. *ὅτι κατὰ δύναμιν* (*μαρτυρῶ*) *καὶ ὑπὲρ δύναμιν* (*ἔδωκαν*) se decipi passi sunt. Non cogitarunt, *τὸν πλοῦτον τῆς ἁπλότητος* Macedonum vs. 3. 4. et 5. a Paulo illustrari. Itaque divitem et amplam *probitatem* Macedones **Paulo ipso interprete *tribus* rebus manifestarunt: I. summâ beni-**

της *liberalitatis* significatum haberet, *non posse omnes largiter dare* minime objicerem (cf. *Loesn.* et *Reich.*). Recte

---

gnitatis largitate (dederunt pro viribus et supra vires v. 3.): II. eo quod a nemine provocati stipem erogarunt, imo ipsi Paulum vehementer rogarunt, ut se benigne in eorum partem vocaret, qui Christianos palaestinenses pecunia adjuvare constituissent (v. 4. αὐθαίρετοι — — τῆς εἰς τοὺς ἁγίους): III. eo, quod non pro Apostoli spe dederunt, sed semet ipsos primum Christo, deinde etiam Paulo Deo adjuvante consecraverunt h. e. quod ita se gesserunt, ut quidvis Deo annuente facturos esse appareret, quo se Christum potissimum, tum etiam Apostolum revereri declararent (v. 5.). Jac. 1, 5. Εἰ δέ τις ὑμῶν λείπεται σοφίας αἰτείτω παρὰ τοῦ διδόντος θεοῦ πᾶσιν ἁπλῶς καὶ μὴ ὀνειδίζοντος. H. l. ἁπλῶς non significat *liberaliter*, sed *candide*. Docent adjecta verba καὶ μὴ ὀνειδίζοντος. Quippe homines saepe ambitione adducti liberales sunt; itaque beneficia sua iis exprobrant, qui se non satis coluerint (vid. Sirac. 20, 15. 41, 22.): Deus *candide*, neque alio nisi *benefaciendi* consilio motus, de suo largiens nemini sua beneficia exprobrat. Joseph. A. J. 7, 13, 4. — ὁ δὲ βασιλεὺς (Davides) ἀγαπᾶν μὲν αὐτὸν (Oronnam) τῆς ἁπλότητος καὶ τῆς μεγαλοψυχίας ἔλεγε καὶ δέχεσθαι τὴν χάριν, τιμὴν δ' αὐτὸν (Oronnam) ἠξίου λαμβάνειν πάντων. Davides Oronnam se diligere ait propter *probitatem* et *magnanimitatem*. Nam Oronnam ut *probum amicum* aream, aratra et boves in holocaustum sibi commisisse, pro *excelso* suo animo res, quas *emere* voluisset, *gratis* sibi suppeditare voluisse Davides praedicat (Lege quae paullo ante Josephus narravit). Temere igitur *Krebsius* et *Kyphius* τὴν ἁπλότητα h. l. *liberalitatem* significare affirmarunt. Xen. Cyrop. 8, 4, 15. — Ἁπλουστάτου δέ μοι, ἔφη [Cyrus], δοκεῖ εἶναι, τὸ τὴν δύναμιν φανερὰν ποιήσαντα ἐκ ταύτης ἀγωνίζεσθαι περὶ καλοκἀγαθίας. H. l. ἁπλούστατος non *liberalissimum* (cf. *Kyphius*), sed *probissimum* declarat. Dicit enim Cyrus, *probissimum* amicis ostendere quantum possideat itaque, ut bonum virum, pro suis opibus largiri, *minus probum* aut majores sibi facultates, quam quas possideat, tribuere, aut magnas suas opes dissimulare (cf. ea, quae praecedunt). Lucian. Tim. c. 56. ΘΡΑΣ. Οὐ κατὰ ταυτά, ὦ Τίμων, τοῖς πολλοῖς τουτοισὶ ἀφῖγμαι, ὥσπερ οἱ τὸν πλοῦτόν σου τεθηπότες ἀργυρίου καὶ χρυσίου καὶ δείπνων πολυτελῶν ἐλπίδι συνδεδραμήκασι, πολλὴν τὴν κολακείαν ἐπιδειξόμενοι πρὸς ἄνδρα, οἷόν σε, ἁπλοϊκὸν καὶ τῶν ὄντων κοινωνικόν. Male Viri docti ἁπλοϊκόν h. l. *liberalem* valere ex eo argumentati sunt, quod eam vocem verba καὶ τῶν ὄντων κοινωνικόν proxime excipiant. Est enim ἁπλοϊκός *simplex*, schlicht. Thrasyclis mens haec est: inepte te assentari homini *simplici*, qui pro sua simplicitate adulationem aversetur et supervacaneam videri adulationem, qua hominem ambitiosum ad benignitatem provoces, apud virum *natura sua liberalem*. Idem de his locis valet: Tacit. Hist. 3, 86. Inerat tamen (i. e. quamvis esset *ignavus* Vitellius, lege quae praecedunt) simplicitas (h. e. probitas) ac liberalitas etc. Horat. epist. II, 2, 192. — et tamen idem scire volam, quantum *simplex hilarisque* nepoti discrepet —. Nempe simplex *neque sumtum invitus facit nec plura parare laborat* (v. 195. 196.), hilaris *exiguo gratoque tempore fruitur, raptim* (v. 198.). Ceterum Matth. 6, 22. 23. et Luc. 11, 34. sic explica: est oculus ἁπλοῦς *probus*, qui suo officio recte fungitur,

enim Paulus posceret, ut *pro suis quisque opibus* largus esset. ὁ προϊστάμενος ἐν σπουδῇ] scil. προϊστάσθω. *qui praeest* (cuivis vel homini vel rei) *diligenter praesit*, v. c. procurator studiose rei domesticae praesit (Luc. 16, 1. sq.), pupillorum tutor tutelam diligenter gerat. Non recte *Reichius* hanc interpretationem idcirco ferri posse negavit, quod verbis v. 11. τῇ σπουδῇ μὴ ὀκνηροί idem repeteretur (at vide not. ad v. 11.). *Reichius* et multi alii hunc l. sic explanaverunt: *qui sacro coetui praeest* (i. e. episcopus, presbyter) *ei studiose praesit*. Fateor coetus sacri antistitem τὸν προϊστάμενον vocari potuisse. Scilicet identidem eum τὸν προεστῶτα appellavit Justinus M. Apol. I. c. 85. 87. 88., quamquam eum quo loco ejus mentionem primum injecit τὸν προεστῶτα τῶν ἀδελφῶν (c. 85.) dixit (cf. 1 Thess. 5, 12. — τοὺς — προϊσταμένους ὑμῶν). Loco minus apto *episcopum* commemorari non potuisse urgere nolo. Namque rem illud conficit, quod verbis ὁ προϊστάμενος ἐν σπουδῇ scil. προϊστάσθω officium commendari, quo *tuum erga homines amorem ostendas*, e vocabulis v. 9. ἡ ἀγάπη ἀνυπόκριτος np. ἔστω apparet (v. supra). Male *Meyerus* τὸν προϊστάμενον *peregrinorum patronum* interpretatus est. Quemadmodum enim Athenis ὁ προστάτης τῶν μετοίκων causam egisset (v. *Passovii* Lex. s. v. προστάτης), ita in Christianorum coetibus peregrinorum Christianorum procuratores constitutos esse *diaconos* V. D. putavit. At neque diaconis neque aliis hoc negotium datum est antiquitus, ut peregrinorum Christianorum curam agerent. Frustra *Meyerus* ad Rom. 16, 2. provocavit, ubi v. notam. ὁ

---

qui *bene cernit*: est oculus πονηρός *malus*, qui officio suo male fungitur, qui *male cernit*. Contende Germanorum usum: das Auge ist gut, ist schlecht. Argutatus est *Tittmannus* De Synonymis in N. T. I, p. 27 sq.. Dixit enim notionem voci ἁπλοῦς subjectam cogitationi, quae voci ὀρθός subsit, cognatam esse: hinc τὸν ὀφθαλμὸν ἁπλοῦν dici τὸν ὀρθῶς βλέποντα, qui non habeat *distractam* aciem et τὸν ὀφθαλμὸν πονηρὸν nominari, qui *distractam* aciem habeat, τὸν διεστραμμένως βλέποντα. Adoptavit has argutias auctore celato *Wilkius* Cl. s. v. ἁπλοῦς. Miram loquutionem πορεύεσθαι ἐν ἁπλότητι ὀφθαλμῶν (Testam. Isascbar. c. 3.) vulgo sic explicant: *vivere sine invidiâ*; non recte, ut arbitror. Est potius *vivere ea probitate, quam oculorum conjectu et probo vultu prae te feras*. Nam l. c. haec dicuntur: Οὐκ ἤμην περίεργος ἐν ταῖς πράξεσί μου, οὐδὲ πονηρὸς καὶ βάσκανος τῷ πλησίον μου· οὐ κατελάλησά τινος οὐδὲ ἔψεξα βίον ἀνθρώπου, πορευόμενος ἐν ἁπλότητι ὀφθαλμῶν. Cf. Deut. 15, 9. Cave, ne — רָעָה עֵינְךָ בְּאָחִיךָ הָאֶבְיוֹן *malus (immisericors) tuus oculus in fratre tuo egeno sublevando sit* eique pecuniam mutuam dare nolis.

ἐλεῶν ἐν ἱλαρότητι] scil. *ἐλεείτω qui miseretur vultu laeto et hilari* (2 Cor. 9, 7. ergo *libentissime*) *misereatur*: ergo v. c. libenter injuriam a misero propulset, cuivis inferatur, egenum stipe sublevet, mulcato curationem adhibeat (Luc. 10, 33. sq.). Latius igitur *τοῦ ἐλεοῦντος*, quam *τοῦ μεταδιδόντος* officium patet. Precario multi *τὸν ἐλεοῦντα eum, cui aegrotos curandi munus demandatum esset* (parabolanum) dici affirmarunt.

V. 9. Jam Paulus quae verbis vs. 8. *ὁ μεταδιδοὺς — — ἐν ἱλαρότητι* sigillatim poposcit *generali* praecepto complectitur, quo ut homines sincere diligamus postulat (*ἡ ἀγάπη ἀνυπόκριτος* scil. *ἔστω*). Nam qui non ficto amore homines prosequitur et animo candido de suo largitur, et diligenter iis vel hominibus vel rebus praeest, quibus se praefici passus est, et laeto hilarique vultu eorum miseretur, quorum misericordiâ captus est vs. 8. (cf. *Chrysostomum*) *ἡ ἀγάπη ἀνυπόκριτος*] scil. *ἔστω amor, quo homines amplectamini, sit non fucosus* (2 Cor. 6, 6.), ergo *integer* atque *sincerus*. Cf. Hebr. 13, 4. *τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος* np. *ἔστω*. v. 5. *ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος* scil. *ἔστω*. *Bernhardyi* Wissensch. Syntax der gr. Spr. p. 331. et *Kuehneri* ausf. Gr. der gr. Sprache II, p. 41., qui citant Hom. Il. ν., v. 95. *αἰδώς, Ἀργεῖοι* (np. *ἔστω*) et Soph. Oed. Col. v. 1480. *ἵλαος, ὦ δαίμων, ἵλαος* scil. *ἴσθι*. Adde 1 Cor. 14, 27. *εἴτε γλώσσῃ τις λαλεῖ, κατὰ δύο ἢ τὸ πλεῖστον τρεῖς καὶ ἀνὰ μέρος* (scil. *λαλείτωσαν*), *καὶ εἷς διερμηνευέτω*. — *Ἡ ἀγάπη* a *τῇ φιλαδελφίᾳ* (v. 10.) distat. Nam *ἡ ἀγάπη* amorem erga *homines*, *ἡ φιλαδελφία* amorem erga *Christianos* declarat. Est autem amor is erga homines affectus, quo iis, quemadmodum Christus fecit Rom. 15, 3., summe faveas sentiendo agendoque tuorum commodorum oblitus. Hinc amor multarum virtutum fons est Rom. 13, 9. 10. 1 Cor. 13, 4. sq. recteque eum Paulus *perfectionis vinculum* h. e. rem vocavit, quae hominis christ. perfectionem copulet, ne dilabatur aut pereat Col. 3, 14.. Quippe amore ex animo ejecto non es diutius *perfectus* Christianus. *ἡ ἀγάπη ἀνυπόκριτος* (scil. *ἔστω*), *ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρὸν κτἑ.*] Notissimum Anacoluthon. Nam Nominativos v. 9. — 13. *ἀποστυγοῦντες — — διώκοντες* Paulus ad sensum verbis *ἡ ἀγάπη ἀνυπόκριτος* subjectum (*ἀγαπᾶτε ἀνυποκρίτως*) accommodavit: *amor vester sit sincerus* (i. q. *amate* sincero animo), *abhorrentes turpitudinem, adhaerescentes honestati* etc. i. q. *καὶ ἀποστυγεῖτε τὸ πονηρὸν καὶ κολλᾶσθε τῷ ἀγαθῷ et abominamini turpitudinem, adhaerescite honestati*. Cf. 2 Cor. 1, 7. *καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν* (i. q. *καὶ ἐλπίζομεν βεβαίως ὑπὲρ ὑμῶν*) *εἰδό-*

τες, ὅτι κτλ. Hebr. 13, 5. ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος (i. q. ἀφιλάργυροι περιπατεῖτε), ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσιν. *Wineri* gr. p. 497. et *Kuehneri* Ausf. Gr. der gr. Spr. II. p. 377. §. 677. *Lachmannus* vs. 9. — 14. sic interpunxit: ἡ ἀγάπη ἀνυπόκριτος (supplevit, ut arbitror, ἔστω). Ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρὸν — — — — τὴν φιλοξενίαν διώκοντες εὐλογεῖτε τοὺς διώκοντας ὑμᾶς· Junxit igitur Participia et Adjectiva v. 9.—13. cum verbo εὐλογεῖτε *abominantes turpitudinem* — — — — *hospitalitati studentes fausta iis precamini, qui vos vexant.* Hanc opinionem vanum esse ex eo apparet, quod Paulus verbis τὴν φιλοξενίαν διώκοντες ut hoc praeceptum adjiceret εὐλογεῖτε τοὺς διώκοντας ὑμᾶς provocatus est. Itaque quum ἀποστυγοῦντες τὸ κακὸν κτἑ. scriberet verbum εὐλογεῖτε v. 14. nondum animo conceperat. Si *Lachmannus* Pauli dictionem toto loco *abruptam* esse considerasset, neque hunc l. neque vs. 16. male distinxisset. Probavit *Lachmanni* interpunctionem *Meyerus*, sed ut, mire quidem, post v. ἡ ἀγάπη ἀνυπόκριτος mente adderet ἐστίν. Nam ellipsin Imperativi ἴσθι, ἔστω etc. perraro inveniri et aptissimam sententiam verba ἡ ἀγάπη ἀνυπόκριτος scil. ἐστίν praebere. Continere enim disciplinae christ. *dogma* praeceptis, quae proxime exponantur, de industriâ praepositum: *Amor est sincerus* (quod Christianorum dogma est)! At ellipsis Imperativi in loco, ubi *praecepta* dantur, neminem recte offendat. Praeterea Christi disciplina non *integrum esse amorem* ait (ἡ ἀγάπη ἀνυπόκριτός ἐστιν), sed *poscit*, ut amor sincerus sit (ἡ ἀγάπη ἀνυπόκριτος ἔστω). Traxit *Meyerus Rueckertum*, qui neque ἔστω neque ἐστίν supplendum esse praefatus (at aut Imperativus aut Indicativus verbi εἰμί ut *plena* sit enuntiatio ἡ ἀγάπη ἀνυπόκριτος utique cogitandus est) *describere* Paulum Romanorum vitam iisque sincerum amorem (ergo V. D. ἐστίν supplevit!), turpitudinis odium etc. eo consilio *tribuere* affirmavit, ut sincere homines diligerent, ut eos turpitudinis odium caperet etc.!! ἀποστυγοῦντες] F. G. μισοῦντες. Manifestum glossema. *Hesychius* et *Suidas* ἀποστυγοῦντες] μισοῦντες. Patres graeci praeverbium ἀπό verbi simplicis στυγέω vim augere arbitrati (cf. v. c. ἀποθαυμάζω, ἀποθεραπεύω, ἀποθινόω, ἀποκρυσταλλόω, ἀποχωλόω et ἀπομαίνομαι) verbum ἀποστυγεῖν *valde odisse, vehementer detestari* significare dixerunt. *Chrys.*: — ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρόν. *Καὶ οὐκ εἶπεν ἀπεχόμενοι, ἀλλὰ μισοῦντες, καὶ οὐχ ἁπλῶς μισοῦντες, ἀλλὰ καὶ σφόδρα μισοῦντες. Τὸ γὰρ ἀπὸ τοῦτο πολλαχοῦ ἐπιτάσεώς ἐστι παρ' αὐτῷ [τῷ Παύλῳ], ὡς ὅταν λέγῃ ἀποκαραδοκίαν καὶ ἀπεκδεχόμενοι καὶ ἀπολύτρωσιν.* Theodore-

tus: *Πάλιν οὐχ ἁπλῶς εἶπε τὸ μὲν φεύγειν, τὸ δὲ μεταδιώκειν, ἀλλὰ τὴν μὲν πονηρίαν ἄγαν μισεῖν παρηγγύησε, τῇ δὲ τῶν ἀγαθῶν ἐργασίᾳ συνῆφθαι λίαν προςέταξεν* —. *Theophylactus*: — *διὰ ταῦτό φησιν ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρόν, τουτέστιν ἐκ ψυχῆς μισοῦντες. Ἡ γὰρ ἀπὸ πρόθεσις τὸ ἐπιτεταμένον μῖσος καὶ τὸ ἀπὸ καρδίας ἐμφαίνει.* Hanc sententiam multi probarunt (*Schleusn.* Lex., *Bretschn.* Lex., *Rueckertus*, *Meyerus*, *Schneiderus* Lex. gr., *Passovius* Lex. gr. al.). Diffisus est Patrum graecorum judicio *Suicerus* Thes. eccles. I, p. 479. propterea, quod Hesychius tum *στυγεῖν* tum *ἀποστυγεῖν* verbo *μισεῖν* explicuisset. Sane Hesychio et glossatoribus, qui nostro l. *μισοῦντες* pro *ἀποστυγοῦντες* scripserunt, discriminis, quod inter *στυγεῖν* et *ἀποστυγεῖν* intercederet, sensus defuit. Sed hos homines malos esse verborum compositorum existimatores constat. Rem illud conficit, quod multis locis e verbo opposito aliisve indiciis *ἀποστυγεῖν* non esse *valde odisse*, *vehementer aversari* clare cognoscas. Callimachus apud Athenaeum l. X. c. 12. p. 442. *Casaub. Καὶ γὰρ ὁ Θρηΐκίην μὲν ἀπέστυγε χανδὸν ἄμυστιν | οἰνοποτεῖν, ὀλίγῳ δ' ἥδετο κισσυβίῳ.* Opponitur *ἥδεσθαι* verbo *ἀποστυγεῖν*. Quare *aversari*, non *valde aversari* denotat. Callimachus Hymn. in Delum v. 223. *Ἄλλαι μὲν πᾶσαί μιν* (insulae Latonam parturientem) *ἀπέστυγον οὐδ' ἐδέχοντο*. Docent adjecta v. *οὐδ' ἐδέχοντο* *ἀποστυγεῖν* esse *odisse*, *prae odio rejicere*, non *valde odisse*. Cf. etiam v. 100. et 123.. Eusebius apud Stobaeum serm. 11. p. 137. *Ἀληθείην νόος ἀσπάζεται* (*amplectitur*) et *νόος* — *ψεῦδεα ἀποστυγέει* (*aversatur*) ex adverso posuit. Herodot. 2, 47. *Διότι δὲ τοὺς ὗς ἐν μὲν τῇσι ἄλλῃσι ὁρτῇσι ἀπεστυγήκασι, ἐν δὲ ταύτῃ θύουσι, ἔστι μὲν λόγος περὶ αὐτοῦ ὑπ' Αἰγυπτίων λεγόμενος κτλ.*. H. l. *ἀποστυγέειν* valere *detestari*, non *vehementer detestari* verba ostendunt, *ἐν δὲ ταύτῃ θύουσι*. Soph. Oed. Col. v. 186. *ἀποστυγεῖν τι* et *σέβεσθαί τι* invicem opponuntur. Parthenius Erot. 8. — *καὶ παρεκελεύετο κτεῖναι τὸν Ξάνθον, φάσκουσα πολὺ μᾶλλον αἱρεῖσθαι αὐτὸν* — —. *Τὸν μὲν γὰρ Ξάνθον παντάπασιν ἀποστυγεῖν*. Si *ἀποστυγεῖν* *vehementer abominari* notasset, sine causâ scriptor *παντάπασιν* adjecisset. Saepe *ἀποστυγεῖν τινα* *aliquem* (amasium) *repudiare* designat. (Parthen. 12.) et sequente Accusativo cum Infinitivo *prae odio et detestatione nolle* v. c. aliquem sibi *generum* fieri (Herodot. 6, 129. Parthen. 20.). Falleretur tamen, qui *ἀποστυγεῖν* a *στυγεῖν* nihil plane differre existimaret, quae *Matthaeii* ed. maj. opinio fuisse videtur. Imo *ἀπό* in v. *ἀποστυγεῖν* notionem ipso verbo *στυγεῖν* comprehensam

(nam *procul esse* volumus et *respuimus* quae odimus aut detestamur) *diserte* enuntiat, nos *reformidare* hominem aut rem prae odio aut detestatione. Cf. ἀπομισεῖν τι (Themist. Or. XV. p. 233. l. 12. Dind.) et Romanorum *horrere aliquid* et *abhorrere aliquid*. Aptissimum h. l. verbum ἀποστυγεῖν esse quivis facile sentiat, qui ad proximum v. κολλᾶσθαι attenderit: *abhorrentes turpitudinem*, *adhaerescentes* (LXX Ps. 119, 31.) *honestati*. Optime vero Paulus hoc praeceptum cum sinceri amoris postulatione consociavit. Nisi enim a turpitudine abhorreas, honestati adhaerescas *sincerum* amorem, quo homines prosequaris, animo concipere non poteris. Τὸ πονηρόν *turpitudinem*, τὸ ἀγαθόν *honestatem* declarat. Male *Koppe* et al. τὸ πονηρόν quod hominibus obest et τὸ ἀγαθόν quod iis prodest explicuerunt. Non melius *Reich.* τὸ πονηρόν *malitiam*, τὸ ἀγαθόν *benignitatem* exposuit.

V. 10. Adjectivum φιλόστοργοι et Participium προηγούμενοι per Anacoluthon a verbis v. 9. ἡ ἀγάπη ἀνυπόκριτος suspensa esse ad vs. 9. monuimus. τῇ φιλαδελφίᾳ εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι] *dum amore Christianis debito* (h. e. quod ad amorem Christianis debitum attinet) *invicem diligatis*, indem ihr an christlicher Bruderliebe liebreich gegen einander seid. Cf. de hoc Dativi usu Act. 7, 51. 14, 8. 16, 5. Col. 2, 5. Hebr. 5, 11. 12, 3. Diod. Sic. 1, 65. — — Βόκχορις, τῷ μὲν σώματι παντελῶς εὐκαταφρόνητος, ἀγχινοίᾳ δὲ καὶ φρονήσει πολὺ διαφέρων τῶν προβασιλευσάντων. Arrianus De exped. Alex. 5, 19, 7. — ἀναβαινόμενός τε πρὸς μόνου Ἀλεξάνδρου ὁ Βουκεφάλος οὗτος, ὅτι τοὺς ἄλλους πάντας ἀπηξίου ἀμβάτας, καὶ μεγέθει μέγας καὶ τῷ θυμῷ γενναῖος. Vide *Ellendtium* ad Arrian. II, p. 203. et 222., *Matthiae* Ausf. gr. Gr. §. 400. 6. et Cic. Brut. c. 7. fin. Grandes erant *verbis*, crebri *sententiis*, *compressione rerum* breves et ob eam ipsam causam interdum subobscuri. Possumus τῇ φιλαδελφίᾳ et φιλόστοργοι et ἀφιλόστοργοι esse: ἀφιλόστοργοι sumus, si nullo homines christ. amore amplectimur: φιλόστοργοι, si eos amore prosequimur, quod utique nobis faciendum est. Male *Rueckertus* hunc l. sic exposuit: *dum per amorem erga fratres benevoli sitis vobis invicem.* Ἡ φιλαδελφία in N. T. *amorem erga Christianos ut fratres* significat (1 Thess. 4, 9. Hebr. 13, 1. 1 Petr. 1, 22. 2 Petr. 1, 7.). Facimus enim qui Christo nos addiximus aliquam fratrum et sororum familiam (1 Cor. 7, 15.). Pater familias Deus est, qui nos in familiam benigne adoptaverit (Rom. 8, 15.) et perfecerit, ut animorum nostrorum lineamentis plane immutatis per Christum novi homines redderemur (Gal. 6, 15. Eph. 2, 10. 4, 23. 2 Cor. 5,

17.). *Φιλόστοργος* proprie eum, qui amorem (*τὴν στοργήν*) amat, qui ad amorem propensus est, qui lubenter amat declarat (cf. v. c. *φιλότυφος*, cui opponitur *μισότυφος*). Sed ad amorem propensus amare solet. Hinc factum est, ut voc. *φιλόστοργος amantem*, *benevolum* (liebevoll) designaret. Frequentatur tum de parentum amore erga subolem (Joseph. A. J. 4, 6, 8., Theophylactus Simocatta ep. 7. [de equabus] *ἐπαινῶ γὰρ ἐγὼ τὸ περὶ ταύτας λίαν φιλόστοργον*), tum de liberorum in parentes pietate (Xen. Cyr. 1, 3, 1. Argum. Soph. Oed. Col. *ἦσαν γὰρ* [filiae] *τῶν ἀρσένων περὶ τὸν πατέρα φιλοστοργότεραι*), non item, ut arbitror, fratrum aut cognatorum pietatem significat. Nam Diod. Sic. l. 31. (p. 22. ed. Bip.) — *ὃς* (Arianthes) *φιλοστοργῆσαι διαφερόντως λέγεται τὸν ἀδελφόν* — verbum *φιλοστοργεῖν diligere* notat: alias autem adjectum vocabulum pietatis in fratres aut cognatos notionem affert, cf. v. c. Polyb. 32, 11, 1. *ἀπὸ δὲ τούτων τῶν καιρῶν — εἰς πατρικὴν καὶ συγγενικὴν ἦλθον αἵρεσιν καὶ φιλοστοργίαν πρὸς ἀλλήλους*. Quare Paulum vocem *φιλόστοργοι* studiose delegisse, ut fratrum pietatem aptissimo vocabulo enuntiaret non dixerim (v. *Meyerus*). Postremo voc. *φιλόστοργος* et voces derivatae tum de venereo amore (Joseph. A. J. 11, 6, 2. Diod. Sic. I, 64. fin. Athenaeus l. XIII. init. p. 555. *Casaub.*), tum de *qualicunque*, non, ut *Bretschneidero* Lex. multisque aliis visum est, de *tenero* aut *vehementi* amore ponuntur. Cf. Polyb. 16, 17, 8. — *διὰ τὴν πρὸς τὴν πατρίδα φιλοστοργίαν*. 2 Macc. 6, 20. — *διὰ τὴν πρὸς τὸ ζῆν φιλοστοργίαν*. 2 Macc. 9, 21. *φιλοστόργως amanter*. Cicero ad Att. 13, 9. nihil *amantius* graece vertit *nihil φιλοστοργίτερον*. Si vox *φιλόστοργος* et vocabula derivata *teneri magni*que amoris notionem continuissent, sine causâ scriptores hanc cogitationem alio quod addidissent vocabulo enuntiassent: cf. v. c. *διαφερόντως φιλοστοργεῖν τινα* Polyb. 5, 74, 5. Diod. Sic. l. 31. l. c., *δεινή τις φιλοστοργία* Athen. l. XIII. p. 606. infra *Casaub.* Etiam h. l. *φιλόστοργος amore prosequentem*, non *tenero amore amplectentem* notat.

Qui homines christianos ut fratres diligat pro suo fraterno amore prior iis reverentiam praestabit neque tum demum eos observabit, quum ab iis cultus fuerit. Apte igitur Paulus legem, quâ, ut nullâ observantiâ provocati homines christ. coleremus, poposcit cum eo postulato consociavit, quo nos homines christ. diligere jussit. Nam qui inter se amant beneficiis inter se certant et operam dant, non ut gratiam rependant, sed ut gratiam ineant. *τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι*] Verbo *προηγεῖσθαι* verbum *ἐπε-*

σθαι opponi constat (Herodot. 2, 48.). Itaque Pauli verbis haec sententia subest: *τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι, μὴ τῇ τιμῇ ἀλλήλοις ἑπόμενοι dum observantiâ* (h. e. quod ad observantiam attinet, v. *Matthiae* Ausf. gr. Gr. §. 400. 7.) *alius alium antecedat* (non alius alius observantiam sequatur aut imitetur) i. q. dum alius alium prior honoret (non observantiam sibi praestitam observantiâ remuneretur). Male *Rueckertus* explicuit: *dum per observantiam, quam vobis invicem praestetis, alius alium ut observet moveat.* Verbum *προηγεῖσθαι* et cum Dativo personae (*τινί*, cf. Aristoph. Plut. v. 1195. Polyb. 6, 53, 8. 12, 5, 10.) et cum Genitivo personae (*τινός*, cf. Diod. Sic. 1, 87.) strui solet. H. l. cum *Accusativo* personae consociatum est. Cf. Luc. 22, 47. *Griesb.* — *προήρχετο αὐτούς, προπορεύεσθαί τινα* apud *Passovium* Lex. s. v. *προπορεύω* et Romanorum *antecedere*, *anteire* et *praeire aliquem*. Nam vituperandi sunt, qui hunc l. aut sic enarrarunt: *dum observantiâ alius alium vincere studeat* (*Chrys.*: *τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι*] *οὕτω γὰρ φιλία καὶ γίνεται καὶ γενομένη μένει· καὶ οὐδὲν οὕτω φίλους ποιεῖ, ὡς τὸ σπουδάζειν τῇ τιμῇ νικᾶν τὸν πλησίον.*), aut hoc modo exposuerunt: *dum observantiâ alius alium praeoccupet.* *Theophyl.*: *Λέγει* (Paulus) *πῶς ἂν διαμεῖναι ἡ φιλαδελφία, ὅτι ἐκ τοῦ τιμᾶν ἀλλήλους καὶ προφθάνειν ἕτερον τὸν ἕτερον. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ προηγεῖσθαι, τὸ προλαμβάνειν ἀλλήλους ἐν τῷ ἀλλήλους τιμᾶν.* Vide etiam Syrum, It. et Vulg. (*honore invicem praevenientes*) et *Lutherum*: Einer komme dem Andern mit Ehrerbietung zuvor. Scilicet quem alios homines *priorem honorare* jubemus, eum *ut alios observantiâ vincat operam dare* volumus: et qui nullis officiis provocatus alios observat eos observantiâ haud dubie praevertit. Contende etiam *Passovium* s. v. *προπορεύω* et Romanorum formulas *antecedere*, *anteire aliquem re.* Sed male sane *Grotius*, *Kopp.* al. sic interpretati sunt: *dum alius alium sibi praeferat* aut *se potiorem ducat* (Phil. 2, 3.). Hoc graece sic enuntiandum fuisse *τῇ τιμῇ ἡγούμενοι ἀλλήλους ὑπερέχοντας ἑαυτῶν* s. *τῇ τιμῇ ἡγούμενοι* (s. *ἄγοντες*) *ἀλλήλους πρὸ ἑαυτῶν* apparet. Vide *Meyerum*, qui citavit *Vigerum* ed. *Herm.* p. 657 sq.. Humani quid passus est *Koellnerus*, qui *προηγούμενοι* a *προάγω* derivaverit. Idem vitium *Hombergius* commisit a *Wolfio* vituperatus.

V. 11. *τῇ σπουδῇ μὴ ὀκνηροί*] *dum studio* (i. q. quod ad studium attinet) *non segnes sitis. Studium* (*τὴν σπουδήν*) P. dixit, quo rem christianam quacunque ratione ad-

juvare Romanos deceat. Male nonnulli late patens Apostoli praeceptum arctioribus quibusdam limitibus terminarunt. *Koppius*: *religionis christianae tuendae et propagandae studium*. Alii: *pietatis vere christianae studium* (v. *Rueck*.). Intendit P. praeceptum τῇ σπουδῇ μὴ ὀκνηροί proximo postulato τῷ πνεύματι ζέοντες *mente ferventes*, quo *impensum studium* poscit. Nam cui animus fervet pro suâ animi concitatione *vehementi* studio tenetur. Perperam *Theophylactus*: τῷ πνεύματι ζέοντες] ὥςπερ τινὸς εἰπόντος· καὶ πῶς ἂν γενοίμεθα τῇ σπουδῇ μὴ ὀκνηροί; εἶπεν ἐὰν τῷ πνεύματι ζέωμεν, τουτέστιν ἐὰν ὦμεν διεγηγερμένοι καὶ θερμοί. Qui non cogitavit, plus esse ζέειν τῷ πνεύματι quam τῇ σπουδῇ οὐκ ὀκνηρὸν εἶναι et posse acri studio duci animo minime commotum. ζέοντες] Vide *Buttmanni* Ausf. gr. Sprachl. T. I. p. 481. ed. 2. §. 105. Anm. 2. Ζέειν, *fervere*, dicuntur mentis affectibus vehementius commoti. Chariton c. 5. Χαιρέας δέ, ἔτι τῷ θυμῷ (irâ cf. c. 4.) ζέων, δι' ὅλης νυκτὸς — — ἐβασάνιζε τὰς θεραπαινίδας —. De impotenti amore hoc v. posuit Dionys. Hal. A. R. 11, 35. — ὁ δ' Ἄππιος — — ζέων τὰ σπλάγχνα διὰ τὸν ἔρωτα τῆς παιδὸς — —. Vide omnino *Wetstenium* ad h. l. et *d'Orvill*. ad Charit. p. 233. ed. Lips.. H. l. de impenso studio, quo mens concitata sit, verbum Apostolus collocavit (cf. Act. 18, 25.). Nempe τὸ πνεῦμα *mentem*, *animum*, non *spiritum s.* (*Theodoret*. Schol. Matth. al.) h. l. denotare *Rueckertus* vere observavit (v. Act. 18, 25. cl. 19, 2.). *Reich*. *ingenium*, *quod Christi doctrina pepererit* explicuit, contra usum loquendi. Neque recte *Meyerus animum a spiritu s. commotum* interpretatus est. Lustrat et permovet spiritus s. Christianorum mentes, in quibus domicilium suum collocaverit (1 Cor. 6, 19. Gal. 5, 22.). Nihilominus τὸ πνεῦμα, ubicunque meliorem hominis partem significat, sive de Christianis, sive de hominibus a Christi disciplinâ alienis agatur, nihil nisi *mentem* denotat (1 Cor. 7, 34. 2 Cor. 7, 1.).

τῷ κυρίῳ δουλεύοντες] τῷ καιρῷ δουλεύοντες D.* F. G.*) Clar. Boern. edd. lat. apud Rufinum**) et Bedam,

---

*) Addit *Wetstenius*, Gregorium Nyssenum H. in Steph. (h. e. in s. Stephanum protomartyrem encomio T. III. p. 354 sqq. ed. Paris. 1638. fol.) *bis* τῷ καιρῷ δουλεύοντες citare. Locum male laudatum frustra quaesivi.

**) *Rufinus* ad h. l.: „Scio autem in nonnullis Latinorum exemplaribus haberi: *tempori servientes*, quod non mihi videtur convenienter insertum, nisi si quis forte ita dictum putet, ut in aliis idem Apostolus ait: *tempus breve est*; *superest ut qui habent*

versio latina ab Hieronymo nondum vel mutata, vel depravata (v. Hieronymum ep. XXVII. ad Marcellam, ed. Vallarsii T. I. p. 134.), Cyprianus et Ambrosiaster. Cetera subsidia critica τῷ κυρίῳ δουλεύοντες habent *), in his antiquissima (cf. v. c. Syrum et Clem. Paed. III, 8. p. 309. Pott.). Et hanc lectionem antiquitus plerosque codices graecos occupasse nonnulla indicio sunt. Patet enim codices graecos, quos Hieronymus consuluit, omnes τῷ κυρίῳ δουλεύοντες praebuisse **) et Ambrosiaster in graeco

---

uxores, tanquam non habentes sint (1 Cor. 7, 29.), vel ut illico dictum est: *redimentes tempus, quoniam dies mali sunt* (Ephes. 5, 16.)."

*) Ignatium hujus loci, in quo *τῷ καιρῷ δουλεύοντες* scriptum invenisset, rationem habuisse *Griesbachio* aliisque non concedo. Ignat. ep. ad Polycarp. c. 3. — *στῆθι ἑδραῖος, ὡς ἄκμων τυπτόμενος· μεγάλου ἐστὶν ἀθλητοῦ τὸ δέρεσθαι καὶ νικᾷν· μάλιστα δὲ ἕνεκεν θεοῦ πάντα ὑπομένειν ἡμᾶς δεῖ, ἵνα καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ὑπομείνῃ· πλέον σπουδαῖος γίνου οὗ εἶ· τοὺς καιροὺς καταμάνθανε· τὸν ὑπέρκαιρον προσδόκα, τὸν ἄχρονον, τὸν ἀόρατον, τὸν δι᾽ ἡμᾶς ὁρατόν, τὸν ἀψηλάφητον, τὸν ἀπαθῆ, τὸν δι᾽ ἡμᾶς παθητόν, τὸν κατὰ πάντα τρόπον δι᾽ ἡμᾶς ὑπομείναντα.*" Neque *Athanasius* epist. ad Dracontium T. I. p. 955. ed. Col. 1686. fol. loci nostri rationem duxit: — *φρόντιζε τῆς ἐκκλησίας, ἵνα μὴ διὰ σὲ πολλοὶ τῶν μικρῶν βλαβῶσιν καὶ οἱ ἄλλοι δὲ πρόφασιν λάβωσιν εἰς τὸ ἀναχωρεῖν. Εἰ μὲν οὖν τὸν καιρὸν ἐφοβήθης καὶ καταπτήξας τοῦτο ἐποίησας, οὐκ ἀνδρικὸν τὸ φρόνημα· ἔδει γὰρ τὸν κατὰ Χριστὸν ζῆλον ἐν τοῖς τοιούτοις ἐπιδείκνυσθαι καὶ μᾶλλον ἐν ταῖς περιστάσεσι παῤῥησιάζεσθαι, λέγειν τε τὰ τοῦ μακαρίου Παύλου ῥήματα· ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν* (Rom. 8, 37.), *καὶ μάλιστα, ὅτι οὐ πρέπει τῷ καιρῷ δουλεύειν, ἀλλὰ τῷ κυρίῳ.* Dracontius tempori servierat officii immemor. Fugerat enim episcopatum Judaeorum metu. Hunc verborum lusu, non e nostro Pauli loco hausto, sed quem Dracontii facinus Athanasio facile suppeditaret, objurgavit, quum *tempori* contra officium serviendum esse negaret, quod Dracontius *τὸν καιρὸν φοβηθεὶς* fecissit, *domino* episcopi dignitate vel tumultuosis temporibus et periculosis locis suscipiendâ serviendum esse diceret, quod Dracontius facere noluisset.

**) *Hieronymus* l. c.: „Post priorem epistolam, in quâ de hebraeis verbis pauca perstrinxeram, ad me repente perlatum est, quosdam homunculos mihi studiose detrahere, cur adversum auctoritatem veterum et totius mundi opinionem aliqua in evangeliis emendare tentaverim. Quos ego cum possem meo jure contemnere (asino quippe lyra superflue canit) tamen ne nos superbiae, ut facere solent, arguant, ita responsum habeant: non adeo me hebetis fuisse cordis et tam crassae rusticitatis (quam illi solam pro sanctitate habent, piscatorum se discipulos asserentes, quasi idcirco sancti sint, si nihil scierint), ut aliquid de dominicis verbis aut corrigendum putaverim, aut non divinitus inspiratum; *sed latinorum codicum vitiositatem, quae ex diversitate librorum omnium comprobatur, ad graecam originem, unde et ipsi translata non denegant, voluisse revocare.*

textu τῷ κυρίῳ δουλεύοντες esse dici rettulit *). Lectionem τῷ κυρίῳ δουλεύοντες defenderunt *Beza*, *Beng.*, *Wetst.*, *Matthaeius*, *Rinckius* Lucubr. crit. p. 128. sq., *Reichius*, *Rueckertus*, *Koelln.*, *dW.* al. Contra τῷ καιρῷ δουλεύοντες a Paulo profectum esse a *Luthero* („schicket euch in die Zeit."), *Erasmo*, *Colinaeo*, *Stephano*, *Millio* ad h. l. et Prol. §. 643., *Wolfio*, *Heumanno*, *Carpzovio*, *Semlero*, *Griesbachio*, *Meyero* aliisque intellectum est. Nimirum latissime patens praeceptum τῷ κυρίῳ δουλεύοντες ab h. l., ubi P. Romanis singula quaedam officia imponit, prorsus abhorret; lectio τῷ καιρῷ δουλεύοντες et cum verbis praecedentibus et cum iis, quae sequuntur, egregie conspirat. Rei christ. studium, et impensum quidem Apostolus Romanis commendaverat (τῇ σπουδῇ μὴ ὀκνηροί, τῷ πνεύματι ζέοντες). Quod ne effusum, inconsultum et intempestivum esset, quo abrepti rei, quam adjuvare constituissent, multi valde nocuerunt, iis *tempori* serviendum esse, h. e. iis facienda, omittenda et patienda esse, quae ut fierent, omitterentur et perferrentur temporis rationes

---

Quibus si displicet fontis unda purissima, coenosos rivulos bibant — — — — Verum — — revertimur ad nostros bipedes asellos, et illorum in aure buccinâ magis quam citharâ concrepamus: illi legant *spe gaudentes*, *tempori servientes*: nos legamus *spe gaudentes*, *domino servientes*." Imperite Hieronymus h. l. versatus est. Nam quum non Latinos e *domino* servientes temere fecisse *tempori* servientes, sed lectionis varietatem e graecis codicibus, quorum alii τῷ κυρίῳ δουλεύοντες, alii τῷ καιρῷ δουλεύοντες habuissent, in latinos codices transfusam esse planum esset et perspicuum, non tamen intellexit. Itaque non quod graecis codicibus, quorum ei copia esset, contineretur temere amplecti, sed quid res et contexta oratio posceret considerare debuerat.

*) *Ambrosiaster* ad h. l.: „*Tempori* servientes. In *graeco* dicitur haberi sic: *Deo servientes*, quod nec loco ipsi competit. Quid enim opus erat summam hanc ponere totius devotionis, quando singula membra, quae ad obsequia et servitia Dei pertinent, memorat? In omnibus enim iis, quae enumerat, plenum Domino servitium exhibetur. Nam servire tempori quid sit, alibi solvit, cum dicit: redimentes tempus etc. (Ephes. 5, 16.). Quoniam autem dixerat *spiritu ferventes*, ne hoc sic acciperent, ut passim et importune verba religionis ingererent tempore inimico, per quod forte scandalum excitarent, statim subjecit: *tempori servientes*, ut modeste et cum honestate aptis et locis et personis et apto tempore religionis fidem loquerentur. Sunt enim quidam etiam in hoc tempore, quo pax est, qui sic perhorrent verba Dei, ut audientes cum magnâ irâ blasphement viam Christi. Nam et ipse servivit tempori, quando quod noluit fecit; invitus enim circumcidit Timotheum et raso capite purificatus secundum legem ascendit templum, ut Judaeorum sopiret insaniam."

poscerent et quae *honeste* fieri, praetermitti et tolerari possent, Paulus monuit (*τῷ καιρῷ δουλεύοντες*). At ingrata est temporum iniquitas, quae molesta facere, quae curae cordique nobis sint omittere et indigna perpeti nos cogat. Itaque Paulus Romanos in tristi fortunâ, in quâ constitutis tempori serviendum esset, *melioris sortis spe* animos suos exhilarare (*τῇ ἐλπίδι χαίροντες*), ceterum mala, quibus quummaxime vexarentur, fortiter ferre (*τῇ θλίψει ὑπομένοντες*) et animos assiduis precibus roborare (*τῇ προσευχῇ προσκαρτεροῦντες*) jussit. Futilibus argumentis lectio *τῷ καιρῷ δουλεύοντες* impugnata est. Primo consistere Pauli praeceptum *τῷ καιρῷ δουλεύοντες* cum exhortatione, ut Romani animo ferverent, *Wetstenius* negavit. At *τῷ καιρῷ δουλεύοντες* proxime praecedens praeceptum (*τῷ πνεύματι ζέοντες*) terminis circumscribit. Vetuit P. Romanos, quâ temeritate gigantes Jovem de Olympo deturbare conati sunt, eâdem suscipere quae pro temporis rationibus perfici non possent. Deinde *tempori servire* semper in vitio poni et adulatorum potius et callidorum hominum, quam candide et aperte agentium esse mire dixit *Wetstenius*. Nempe loquutiones *τῷ καιρῷ δουλεύειν, τῷ καιρῷ λατρεύειν, τοῖς καιροῖς ἀκολουθεῖν* et similes formulae, quemadmodum Romanorum dictiones *servire tempori* et *inservire temporibus* in universum *se ad temporis rationes accommodare* h. e. facere, omittere et perpeti, quae tempora postulent (Cic. ad Fam. 9, 17.) denotant. Hoc et honeste et inhoneste fieri potest. *Honeste* ab iis fit, qui tantum temporis causâ faciunt, omittunt et patiuntur, quantum temporibus obsecundans *honeste* facias, omittas et perferas: atque ita agunt prudentes et circumspecti homines: quippe non nos imperamus temporibus, sed tempora nos regunt. *Inhoneste* tempori serviunt, qui quaecunque tempus postulare videatur, etiamsi *turpia* sint, faciunt, omittunt et perpetiuntur. Hi summam esse *virtutis* necessitatem obliti prorsus necessaria ea esse putant, quibus incommoda ab se avertant, commoda aucupentur. Hanc legem sequuntur homines leves, ambitiosi et qui suum lucellum honestati anteponunt. Itaque *tempori servire* et in laude et in vitio ponitur facileque vel ex re et oratione contextâ vel ex adjectâ voce quovis loco dictionis rationem et sensum cognoscas. In laude praeter nostrum l. v. c. his locis ponitur: (Pseudo-) Phocylides v. 110. [*Brunck.*] *Μήτε κακοῖς ἄχθου, μήτ' οὖν ἐπαγάλλεο χάρμῃ.* | *Πολλά τοι ἐν βιότῳ καὶ θαρσαλέοισιν ἄπιστα.* | *Καιρῷ λατρεύειν, μηδ' ἀντιπνέειν ἀνέμοισι.* | *Πῆμα, καὶ ἀχθομένοισι κακοῦ λύσις ἤλυθεν ἄφνω.* [Idem v. 87. *parasitis* vitio

vertit, quod solerent *θωπεύειν τὸν καιρόν· Μηδὲ τραπεζοκόρους κόλακας ποιεῖσθαι ἑταίρους. | Πολλοὶ γὰρ πόσιος καὶ βρώσιός εἰσιν ἑταῖροι, | καιρὸν θωπεύοντες, ἐπὴν κορέσασθαι ἔχωσιν.*] Palladae, Alexandrini, epigramma, quod est in Anthol. gr. II, p. 435. ed. Jacobs. T. III. p. 142. n. CXXXIII. *Τὸν Διὸς ἐν τριόδοισιν ἐθαύμασα χάλκεον υἷα, | τὸν πρὶν ἐν εὐχωλαῖς, νῦν παραριπτόμενον.* | (Herculis statuam in trivio eversam) *ὀχθήσας δ' ἄρ' ἔειπον· Ἀλεξίκακε τρισέληνε, | μηδέποθ' ἡττηθεὶς σήμερον ἐξετάθης. | Νυκτὶ δὲ μειδιόων με θεὸς προσέειπε παραστάς· καιρῷ δουλεύειν, καὶ θεὸς ὤν, ἔμαθον.* Plutarch. Aratus c. 43. — *Ἀλλ' ὁρῶν ἀπαραίτητον ἐπικειμένην ἀνάγκην καὶ τὸν καιρόν, ᾧ δουλεύουσιν οἱ δοκοῦντες ἄρχειν, ἐχώρει πρὸς τὸ δεινόν.* Polyb. 18, 6, 7. *Ὁ δ' Ἄρχων ἀκολουθεῖν ἔφη δεῖν τοῖς καιροῖς καὶ μὴ διδόναι τοῖς ἐχθροῖς ἀφορμὴν εἰς διαβολήν, μηδὲ προέσθαι σφᾶς αὐτοὺς εἰς τὴν αὐτὴν ἐλθεῖν διάθεσιν τοῖς περὶ Νίκανδρον, οἵτινες πρὶν ἢ λαβεῖν πεῖραν τῆς τούτων ἐξουσίας ἐν ταῖς μεγίστης εἰσὶ ταλαιπωρίαις.* (Personatus) Lucanus ad Pisonem v. 143. — Ver fugit aestates, aestatum terga lacessit | pomifer autumnus, nebulis cessurus et undis. | Ignea quin etiam superûm pater arma recondit, | et Ganymedeae repetens convivia mensae | pocula sumit eâ, quâ gessit fulmina, dextrâ. | *Temporibus servire decet*: qui tempora certis | ponderibus pensavit, eum si bella vocabunt | miles erit, si pax, positis togâ gestiet armis. | Hunc fora pacatum, bellantem castra decebunt. Cic. ad Fam. 10, 3. Scis profecto —, fuisse quoddam tempus, quum homines existimarent te *nimis* servire temporibus —. Hinc apparet, non vituperandum esse, qui *non nimis* temporibus serviat. Tum *de Wettius* pati civilem prudentiam, ut tempori serviamus, non id pati christiana morum praecepta objecit: licere enim Christianis tempore uti Ephes. 5, 16., non iis licere tempori *servire*. Quem et ipsum haec falsa opinio tenuit, *tempori servire* semper in vitio poni. At et Christus summam prudentiam cum summa integritate consociare Apostolos jussit Matth. 10, 16., et Paulus tempori serviit honestissime Act. 16, 3.. Postremo *Reichius τῷ καιρῷ δουλεύοντες* ferri posse, quod P. non scripsisset *τῷ δὲ καιρῷ δουλεύοντες* negavit. Non vidit V. D., Paulum praecepta cumulasse, ita ut rationem, quae inter ea intercederet, particulis non indicaret, sed eam ex re lectores intelligere vellet. Permulti *τῷ κυρίῳ δουλεύοντες*, quo *omnia* Christianorum officia continentur, ab h. l., ubi P. singula officia Romanis commendet, abhorrere vere judicarunt. Qui hoc argumentum infirmare conati sunt, iis

non successit opera. *Chrys.*, *Theophylactus* et *Oecum.* Paulum verbis τῷ κυρίῳ δουλεύοντες hoc indicasse credunt, colere Romanos Christum (Chrys. Deum) omnia ea religiose faciendo, quae eos facere vs. 9. sq. jussisset. Verum enim vero Christus (Deus) non solum sincero, quo homines prosequamur, amore ceterisque virtutibus, quas Paulus hucusque (v. 9—11.) Romanis commendavit, sed iis etiam officiis colitur, quae Ap. proximis versibus lectoribus imposuit, ut constantiâ in perferendis calamitatibus, ut precum assiduitate, ut hospitalitate. Quare Patrum graecorum opinioni locus obstat, in quem Paulus v. τῷ κυρίῳ δουλεύοντες contulit. Quae si in periodi fine (h. e. v. 13. post τὴν φιλοξενίαν διώκοντες) posita essent, hanc aptam sententiam funderent: (ut haec mea postulata paucis verbis complectar) dum domino serviatis. *Theodoretus* Apostolum verbis τῷ κυρίῳ δουλεύοντες, τῇ ἐλπίδι χαίροντες, τῇ θλίψει ὑπομένοντες, τῇ προσευχῇ προσκαρτεροῦντες vocabula τῷ πνεύματι ζέοντες exponi opinatur. Nam quem *spiritus s.* fervidum reddiderit, eum et domino lubenter servire, et spe laetari, et calamitates fortiter perferre et assidue preces facere. Male vero *Theodoretus* τὸ πνεῦμα v. 11. de *spiritu s.* cepit (v. supra). Deinde Paulus se verba τῷ πνεύματι ζέοντες explicare nullâ voce indicavit. Imo perspicuum est, Apostolum diversa non magni ambitus praecepta h. l. posuisse. Denique verba τῷ πνεύματι ζέοντες de *Theodoreti* mente intellecta vocabulis τῷ κυρίῳ δουλεύοντες et proximis vocibus τῇ ἐλπίδι χαίροντες κτέ. exponi plane nequeunt. Scilicet τῷ κυρίῳ δουλεύειν non minus late patet, quam τῷ πνεύματι ζέειν de *Theodoreti* sententiâ explicatum. Spiritus sancti fervore incensus Christo servit et qui Christo servit, is a spiritu s. ferveat necesse est. Uterque in eo gnaviter elaborat, ut omnia Christi praecepta facessat, ille pro spiritus sancti fervore, hic ut Christi minister. Quae quum ita sint, verba τῷ κυρίῳ δουλεύοντες non ut proxima v. τῇ ἐλπίδι χαίροντες κτέ., singularem quandam rem enuntiant, quae vocabulis τῷ πνεύματι ζέοντες contineatur. *Wetstenius* ad h. l.: „Domino servire omnia quidem officia complectitur: at hîc non docet Paulus, *quid* sit agendum, sed *quomodo*, ex animo, sincere, aperte, candide, tanquam Domino Jesu Christo, qui omnia videt, qui renes et corda scrutatur, servientes — Ephes. 6, 5—8. — ei qui potens, qui dives, qui justus, qui immortalis est." Sane Paulus *quid* sit agendum Romanis h. l. praecipit. Accedit, quod τῷ κυρίῳ δουλεύειν non significat *ex animo*, *candide* domino servire i. e. ἐκ ψυχῆς, ἐν ἁπλότητι τῆς καρδίας τῷ κυρίῳ δουλεύειν

(Ephes. 6, 5. 6.). Virum doctum locus Ephes. 6, 6. decepisse videtur, ubi *candidorum* Christi ministrorum notionem verbis *ἀλλ᾽ ὡς δοῦλοι* [*τοῦ*] *Χριστοῦ* voces oppositae *μὴ κατ᾽ ὀφθαλμοδουλείαν ὡς ἀνθρωπάρεσκοι* conciliant. *Tholuccius* et *Koellnerus* Paulum verba *τῷ κυρίῳ δουλεύοντες*, ut rem manifestaret, quam Romanos studio suo complecti oporteret adjecisse arbitrantur: dum studio non segnes sitis, mente ferveatis, domino serviatis i. q. dum *domini causam* studio mentisque fervore complectamini. Sententia *magno causae domini studio feraris* verbis *μὴ ἴσθι ὀκνηρὸς τῇ σπουδῇ τῷ κυρίῳ δουλεύων* exprimi nequit, quoniam *τῷ κυρίῳ δουλεύειν* omnia officia continet, quae Christi reverentiâ adductus exsequi studeas. Sententiam Tholuccianam Paulus ita fere enuntiasset: *τῇ ὑπὲρ* (2 Cor. 7, 12.) *τοῦ κυρίου* (s. *ὑπὲρ τῶν τοῦ κυρίου* 1 Cor. 7, 32.) *σπουδῇ μὴ ὀκνηροί, τῷ πνεύματι εἰς τὰ τοῦ κυρίου ζέοντες*. *Reichius* apta esse verba *τῷ κυρίῳ δουλεύοντες* h. l., quo latissime patentes causas, quibus ad pietatem christianam impellamur, Ap. explicet judicavit. At officia h. l. P. Romanis injungit, non rationes ostendit, quibus motos officia servare Romanos deceat. Praeterea *τῷ κυρίῳ δουλεύειν* omnia Christianorum officia complectitur, non causam enuntiat, quâ impulsos pios nos esse in Christum oporteat. Idem vir doctus, ut eos refelleret, qui latissime patens *τῷ κυρίῳ δουλεύοντες* exigui gyri praeceptis male interpositum esse monuerunt, transisse Paulum verbis *τῷ κυρίῳ δουλεύοντες* a rebus singularibus ad rem universalem assentiente *Rueckerto* dixit et saepe Apostolum in admonitionibus tum a genere ad speciem, tum a specie ad genus transilire addidit. Idoneum hoc argumentum esset, quo Paulus excusaretur, si *omnes libri τῷ κυρίῳ δουλεύοντες* praeberent: nunc omni vi destitutum est, quum praesertim *τῷ καιρῷ δουλεύοντες* genuinum esse et antecedentia et sequentia verba ostendant (v. supra). Quum igitur *τῷ κυρίῳ δουλεύοντες* ab h. l. abhorreat, superest, ut quo modo *κυρίῳ* ex *καιρῷ* natum sit videamus. *Beza*, *Er. Schmidius*, *Hammondus*, *Koppius*, *Tholuccius* al. scripturae varietatem e literarum compendio $\overline{ΚΩ}$, quod utrum h. l. *κυρίῳ*, an *καιρῷ* valeret librarii dubitassent, natam esse sibi persuaserunt. At $\overline{ΚC}$ pro *κύριος* et $\overline{ΚΩ}$ pro *κυρίῳ* per compendium in N. T. codicibus exarari, contra *καιρός* et *καιρῷ* semper ibi plene scribi *Millius*, *Wolfius* et *Matthaeius* ed. maj. monuerunt. Quam observationem N. T. codices typis exarati comprobant et res ipsa credibilem reddit. Quippe circumspecti homines non nisi vocabula no-

tissima et saepissime obvia in breve contrahant, cujusmodi in N. T. sunt Ἰησοῦς et κύριος (de Deo et Christo usurpatum). *Erasmus* et *Millius correctores* τῷ κυρίῳ δουλεύοντες pro τῷ καιρῷ δουλεύοντες invexisse crediderunt, ne τῷ καιρῷ δουλεύοντες sententiam Apostolo indignam et quae vafritiem quandam praeciperet efferre videretur veritos. Intellexerunt, opinor, librarii τῷ καιρῷ δουλεύειν h. l. in *bonam* partem positum esse, quae res ne Ambrosiastrum quidem praeteriit. *Meyerus* correctores τῷ κυρίῳ δουλεύοντες, formulam Paulo sollemnem Act. 20, 19. Eph. 6, 7. Rom. 14, 18. 16, 18. Col. 3, 24., in locum τῷ καιρῷ δουλεύοντες, loquutionis in N. T. inauditae, substituisse existimavit. Verum enim vero dictionem τῷ καιρῷ δουλεύειν scribis ignotam fuisse non consentaneum est. Mihi τῷ κυρίῳ oculorum error peperisse videtur. Καιρῷ a festinante librario facile cum κυρίῳ confunditur. In Themistio Or. VI. p. 83. C. scribae καιριώτατον et κυριώτατον confuderunt, v. *Boissonade* ad Philostrati Heroica p. 613.. Clemens Alex. Rom. 13, 11. εἰδότες τὸν κύριον legit pro εἰδότες τὸν καιρόν, v. *Matthaeium* ed. min. ad Rom. 13, 11.. Adjuvit errorem h. l. verbum δουλεύοντες. Notissima enim N. T. scribis formula erat τῷ κυρίῳ δουλεύειν. Ceterum quod *Rueckertus* dixit, correxisse τῷ κυρίῳ δουλεύοντες et τῷ καιρῷ δουλεύοντες posuisse, qui τῷ κυρίῳ δουλεύοντες ut nimis generale h. l. ferri non posse putassent ex Ambrosiastro intelligi, id *historiae* repugnat. Nam qui pro τῷ κυρίῳ δουλ. in nonnullis codd. τῷ καιρῷ δουλ. esse antiquitus nesciverunt, hi verbis τῷ κυρίῳ δουλ. minime offensi sunt (contende patres graecos); contra quibus lectionis varietas innotuerat, partim recte eam dijudicarunt, ut Ambrosiaster, partim prave, ut Rufinus.

V. 12. Apte Paulus exhortationi, quâ poposcit, ut Romani *tempori servirent* h. e. facerent, omitterent et paterentur quaecunque temporis rationes postulassent, hoc praeceptum annexuit, quo eos melioris conditionis spe gaudere jussit (τῇ ἐλπίδι χαίροντες). Leniuntur enim sollicitudines, quibus malorum praesentia animos nostros affecerit, fortunae in melius mutatae spe. τῇ ἐλπίδι χαίροντες] i. e. *melioris sortis spe gaudentes*. Nam Dativum τῇ ἐλπίδι a verbo χαίροντες regi bene vidit Ven. *Wahlius* s. v. χαίρω. Graeci non solum χαίρειν ἐπί τινι (Luc. 1, 14.) *laetari de re*, sed etiam χαίρειν τινί *laetari re* dixerunt. Cf. Plato Hipp. maj. p. 285. — ὥστ' ἐννοῶ, ὅτι εἰκότως σοὶ χαίρουσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἅτε πολλὰ εἰδότι —. Aeschines de falsâ legat. c. 1. — ἀλλ', οἶμαι, Δημοσθένης

οὐ χαίρει δικαίοις λόγοις —. Lucian. Tim. c. 54. — καὶ τῶν ἡδονῇ χαιρόντων κατηγορῶν —. Plutarch. adv. Stoicos p. 1073. A. — χαίρουσι γὰρ λάμπῃ καὶ ὄξει. Philo de special. leg. p. 775. A. — οὐ γὰρ — πιότητι ζώων χαίρει ὁ θεός. LXX Prov. 17, 19. φιλαμαρτήμων χαίρει μάχαις. 1 Cor. 13, 6. — συγχαίρει δὲ (ἡ ἀγάπη) τῇ ἀληθείᾳ. H. l. Dativum τῇ ἐλπίδι a verbo χαίροντες suspensum esse inde patet, quod et Dativus, qui praecedit, et Dativi, qui proxime sequuntur, a verbis reguntur (τῷ καιρῷ δουλεύοντες — τῇ θλίψει ὑπομένοντες, τῇ προςευχῇ προςκαρτεροῦντες, ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες). Non recte igitur *Morus*, *Flatt.*, *Reich.*, *Rueck.* al. *propter spem* (v. not. ad 11, 20.) *gaudentes* et *Bretschneiderus* s. v. χαίρω aliique *quod ad spem attinet* (cf. v. 10.) *laetantes* explicuerunt. Ἡ ἐλπίς h. l. non *spem vitae aeternae* (*Grot.*, *Chr. Fr. Schmid.*, *Rueck.*, *Meyerus* al., cf. 5, 2.), sed *melioris conditionis spem* (*Chrys.*, *Semlerus* al.) declarat. Docet contexta oratio. Nam quum P. cum adhortatione τῇ ἐλπίδι χαίροντες hoc praeceptum copularit: τῇ θλίψει ὑπομένοντες, in promtu est, rem, cujus spe gaudere Romani jubentur, esse τῆς θλίψεως amotionem et apostolum Romanis praecipere, ut tempori servire et ingrata tolerare coacti melioris fortunae spe animos suos recreent, ceterum calamitates *nondum sublatas*, sed quae eos quummaxime urgeant fortiter perferant. Res quoque nostram interpretationem commendat. Morte propositâ ad vitae sempiternae spem confugimus: mediocribus et quae non mortem nobis minitentur malis vexatos melioris fortunae spes recreat. τῇ θλίψει ὑπομένοντες] i. e. *calamitati stantes* (der Drangsal Stand haltend), *calamitatem non subterfugientes*. Ita *Meyerus* verba recte interpretatus est formulas ὑποστῆναί τινι et μένειν τινί, quas *Bernhardyus* Wissensch. Syntax d. griech. Spr. p. 98. commemoravit, antestatus. Nam et verba praecedentia (τῷ καιρῷ δουλεύοντες, τῇ ἐλπίδι χαίροντες) et ea, quae sequuntur (τῇ προςευχῇ προςκαρτεροῦντες, ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες) Dativum τῇ θλίψει a verbo ὑπομένοντες pendere indicio sunt. Duobus argumentis, quae mihi quidem perinfirma videntur, *Rueckertus Meyeri* sententiam impugnavit. Primo in loquutionibus ὑποστῆναί τινι et μένειν τινί Dativum *personae* esse objecit. At si recte dicitur ὑποστῆναι, μένειν, ὑπομένειν τοῖς θλίβουσι, non minus recte ὑποστῆναι, μένειν, ὑπομένειν τῇ θλίψει dicitur, quod detractâ prosopopoeiâ eodem redit. Deinde *Rueckertus* μένειν τινί poeticum esse obtendit. Nempe ὑπομένειν τῇ θλίψει non magis poeticum est, quam 2 Cor. 1, 24. ἑστη—

κέναι τῇ πίστει, Gal. 5, 1. *Griesb.* στήκειν τῇ ἐλευθερίᾳ et ὑπομένειν τῷ κυρίῳ apud LXX., in quibus dictionibus, ut *sensu* discrepent, ratio tamen, quâ Dativus cum verbis cohaeret, compar est. Hae omnes loquutiones *stare alicui*, jemandem Stand halten significant. Formulae ὑποστῆναί τινι, μένειν τινί et nostro loco ὑπομένειν τινί *adversario* stare neque fugae se mandare valent. Dictio ἑστηκέναι τινί 2 Cor. 1, 24. *rei stare* (male *Win.* gr. p. 193. *stetisse*), *quam deserere nefas sit* declarat. Idem valet de Gal. 5, 1. *Griesb.* τῇ ἐλευθερίᾳ στήκειν. Superest formula ὑπομένειν τῷ κυρίῳ (LXX. Ps. 32, 20. 2 Reg. 6, 33. Thren. 3, 24.), quâ LXX. הוֹחִיל לַיהוָה (Thren. 3, 24. 2 Reg. 6, 33.) et חִכָּה לַיהוָה (Ps. 32, 20.) reddiderunt. Ea *stare Deo*, *beneficia ab eo exspectantem*, neque eum spe abjectâ deserere, ergo *Deo fidere* notat. Sed quoniam multus loquutionis usus effecit, ut qui eam usurparent nihil nisi *Deo confidere* cogitarent, nonnulli ὑπομένειν ἐπὶ τῷ κυρίῳ struere non dubitarunt (LXX Mich. 7, 7.); cf. πέποιθα ἐπί τινι. Verba τῇ θλίψει ὑπομένοντες esse posse *in calamitate* (patientes) *constantes* (*Lutherus*, *Reich.*, *Rueck.*), sive potius *quum calamitas ingruerit* (bei der Drangsal) *constantes* (patientes) concedimus (v. *Kuehneri* Ausf. Gr. der gr. Spr. §. 570.)*). Sed et hanc et *Bretschneideri* (cf. Lex. s. v. ὑπομένω) interpretationem *quod ad calamitatem attinet constantes* propterea rejicimus, quod verba antecedentia et consequentia Dativum τῇ θλίψει a verbo ὑπομένω suspensum esse arguunt. Recte Ap. cum postulato τῇ θλίψει ὑπομένοντες hoc praeceptum conjunxit, quo Romanos monuit, ut constanter preces ad Deum funderent (cf. Col. 4, 2. 1 Thess. 5, 17.), τῇ προςευχῇ προςκαρτεροῦντες (vid. Act. 1, 14. Col. 4, 2.). Nam assiduae preces constantiam animis inseminant et spem nobis afferunt, fore, ut Deus pie imploratus miseris benigne opituletur (Luc. 18, 7. Jac. 5, 14—16.). Perperam *Carpzovius* τῇ προςευχῇ προςκαρτεροῦντες *in proseuchâ* (ἡ προςευχή i. q. τὸ προςευκτήριον Act. 16, 13.) *assidui* enarravit. Assiduum esse in *loco* est προςκαρτερεῖν ἐν τόπῳ (Act. 2, 46.).

*) Male tamen *Tholuccius* hûc rettulit locum 2 Cor. 11, 26. ὁδοιπορίαις πολλάκις, κινδύνοις ποταμῶν etc. Nam h. l. Dativi ab ἐν reguntur, quod e v. 23. cogitatione repetendum est. Toto autem loco (v. 23. 26. 27.) εἰμί supplendum esse (v. 23. ἐν κόποις περισσοτέρως scil. εἰμί, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως etc. v. 26. [ἐν] ὁδοιπορίαις πολλάκις scil. εἰμί, [ἐν] κινδύνοις ποταμῶν etc. v. 27. ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ scil. εἰμί, ἐν ἀγρυπνίαις πολλάκις etc.) e verbis praecedentibus v. 22. et 23. manifestum est: Ἑβραῖοί εἰσι· κἀγώ· — — διάκονοι Χριστοῦ εἰσι· — — ὑπὲρ ἐγώ. Admodum contorte hîc l. nuper a *Meyero* et *de Wettio* explicatus est.

V. 13. Hortatur nunc P. Romanos, ut quantumvis calamitate afflicti (v. 12.) tamen curtas Christianorum res quantum possint sublevent, egenos Christianos pecuniâ, veste aliisque rebus, quibus egeant, juvent, peregre venientes hospitio excipiant (v. 13.). *ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες*] Recentissimi explicatores (*Reich.*, *Koelln.*, *Rueck.* ed. 2., *Meyerus* et *dW.*) in hâc interpretatione consentiunt: *in necessitatum, quae Christianis sint, societatem venientes* (15, 27. 1 Petr. 4, 13. 1 Tim. 5, 22.), nempe *beneficiis eorum inopiam sublevando.* Non nego equidem hanc explicationem iniri posse. Cf. Phil. 4, 14. — *καλῶς ἐποιήσατε συγκοινωνήσαντές μου τῇ θλίψει recte fecistis, quod in miseriae meae communionem venistis*, scil. *dona mihi per Epaphroditum mittendo* (cf. v. 15.—19. et 2, 25.). Simplicior tamen mihi eorum ratio videtur, qui verterunt: *Christianorum necessitatibus communicantes* s. *impertientes* (*Rueck.* ed. 1., *Wahlius* in Cl. s. v. *κοινωνέω*). *Ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες* prave dictum esse pro *τοῖς χρείαν ἔχουσιν ἁγίοις κοινωνοῦντες* *Reichius* frustra objecit. Qui *ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες* a *τοῖς χρείαν ἔχουσιν ἁγίοις κοινωνοῦντες* *sensu* non differre minime reputavit. Vide mihi Act. 20, 34. *Αὐτοὶ γινώσκετε, ὅτι ταῖς χρείαις μου καὶ τοῖς οὖσι μετ' ἐμοῦ* (i. q. *καὶ ταῖς χρείαις τῶν ὄντων μετ' ἐμοῦ*, cf. *Wineri* gr. p. 503.) *ὑπηρέτησαν αἱ χεῖρες αὗται.* Deinde quod multi nuper contenderunt, verbum *κοινωνέω* neminem *activâ* vi posuisse, falsum est. Thomas M. p. 538. sq. ed. *Bern.* *Οὐ μόνον κοινωνῶ σοι τοῦ δεῖνος ἀντὶ τοῦ συμμετέχω σοι, ἀλλὰ καὶ κοινωνῶ σοι ὧν ἔχω ἀντὶ τοῦ μεταδίδωμι.* Eurip. Med. v. 811. *ἐπείπερ ἡμῖν τόνδ' ἐκοίνωσας λόγον — — δρᾶν σ' ἀπεννέπω τάδε.* Lucian. in Lucio s. Asino c. 21. *Εἶτα ὀλίγον ὕστερον ἧκον νεανίσκοι πολλοὶ κομίζοντες σκεύη πλεῖστα ὅσα χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ καὶ ἱμάτια καὶ κόσμον γυναικῶν καὶ ἀνδρεῖον πολύν· ἐκοινώνουν δὲ οὗτοι ἀλλήλοις.* Aeschines adv. Ctesiph. c. 19. — *οἱ δὲ ἀποδόμενοι καὶ κατακοινωνήσαντες τὰ τῆς πόλεως ἰσχυρὰ μεγάλης ὀργῆς ἦσαν ἄξιοι.*, ubi v. *Bremi* II, p. 57. Plutarch. Erot. p. 759. F. — *πολλοὶ γὰρ ἀφροδισίων ἑτέροις ἐκοινώνησαν, οὐ μόνον ἑταίρας ἀλλὰ καὶ γαμετὰς προαγωγεύοντες·* Protevangelium Jacobi minoris c. 2. — *μήπως πανοῦργος ἔδωκέ σοι τοῦτο καὶ ἦλθες κοινωνῆσαί με τῇ ἁμαρτίᾳ σου* (recte Paris. B. *τῆς ἁμαρτίας σου*) i. q. *καὶ ἦλθες κοινωνόν με ποιῆσαι τῆς ἁμαρτίας σου.* Cf. Codex apocryphus N. T. I, p. 176. ed. *Thilo.* Adde Adjectivum *κοινωνικός* et Substantivum *ἡ κοινωνία communicatio, collatio*, die Mittheilung Rom. 15, 26. Ibi *Meyerus* subtilius quam verius de voce *τῆς κοινωνίας* disputavit,

quum vir egregius κοινωνεῖν non valere *impertire*, *communicare*, *participem facere* sibi persuasisset. In N. T. activam verbi κοινωνέω potestatem praeter hunc l. tantum agnosco Gal. 6, 6. κοινωνείτω δὲ ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον τῷ κατηχοῦντι ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς *sit autem qui in doctrinâ divinâ instituitur benignus in magistrum in omni bonorum genere* (cf. Luc. 12, 18. et Matth. 23, 30.). Male *Beza* eos reprehendit, qui *necessitatibus*, quam *usibus sanctorum communicantes* vertere maluissent eoque commisissent, ut tum demum misero Christiano opem ferendam esse, quum ad necessitatem redactus fuerit, P. dixisse videretur. Nam vocabulum *necessitates*, quemadmodum vox αἱ χρεῖαι, die Bedürfnisse significat (Liv. 6, 15.). Poposcit igitur Ap., ut Romani inopibus Christianis res suppeditarent, quibus usus iis esset. Sed PP. graeci, more suo facillima intellectu verba, ut acutas videlicet sententias extricarent, torserunt atque effecerunt, ut P. ab absurdâ illâ sententiâ proxime abesset*). ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες] ταῖς μνείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες D.* F. G. Clar. Boern. Codd. lat. apud Ruf. Chrysost. Hom. III. in ep. 2. ad Timoth. §. 2. (non Clemens Rom., ep. ad Cor. c. 56., ut *Mill.* Prol. §. 142. ait), Hilar., Optatus, Ambrosiaster, Chrysol., Gregor. M. (Rufinus, Sedulius et Pelagius utramque lectionem commemorarunt) i. e. *memoriam sanctorum* (martyrum) *annuam una celebrantes*, an den Gedächtnißtagen der Heiligen Antheil nehmend. Nam αἱ μνῆμαι et αἱ μνεῖαι τῶν ἁγίων (μαρτύρων) *anniversarii martyrum dies ad repetendam eorum memoriam instituti* vocabantur et τὰς μνείας τῶν μαρτύρων τελεῖν, ταῖς μνήμαις (μνείαις) τῶν ἁγίων (μαρτύρων) κοινωνεῖν (Latini *memoriis sanctorum communicare*) loquutiones sunt apud Patres eccles. haud raro obviae (v. *Matthaeium* ad h. l. ed. min. et *Suicerum*

*) De horum sententiâ P. *κοινωνοῦντες*, quam *παρέχοντες ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων* scribere maluit, ut indicaret, liberalitatem in inopes esse *negotiationem*, plus lucri iis afferentem, qui beneficia darent, quam iis qui acciperent. Iidem Apostolum de industriâ *ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων*, non *ταῖς πολυτελείαις τῶν ἁγίων* (hoc sane ineptum fuisset) posuisse statuerunt, quo facilius Romanorum animos flecteret. Quippe inhumanum esse, Christianis ne in rebus quidem *necessariis* opitulari. *Theophylactus*: — καὶ οὐκ εἶπε (P.) *παρέχετε* ταῖς χρείαις αὐτῶν, ἀλλὰ *κοινωνεῖτε*, δεικνύων ὅτι *ἐμπορία* ἐστὶ τὸ πρᾶγμα καὶ *κοινὸν* τὸ *κέρδος*. Σὺ μὲν γὰρ *χρήματα* δίδως, ἐκεῖνοι δὲ ἀντεισφέρουσι *τὸν οὐρανόν*. Καὶ οὐκ εἶπε ταῖς *πολυτελείαις* τῶν ἁγίων, ἀλλὰ ταῖς *χρείαις*, ἵνα δυσωπήσῃ. Πῶς γὰρ οὐκ ανήμεροι καὶ θηριώδεις, οἱ *μηδὲ* ἐν τοῖς *χρειώδεσι* καὶ *ἀναγκαίοις* βοηθοῦντες τοῖς ἁγίοις; Easdem nugas venditant *Chrysostomus*, *Oecumenius* et scholia codd. q. et d. apud *Matthaeium* ed. maj..

Thes. eccles. II, 372. s. v. μνῆμαι). Perverse *Chrys.* l. c., *Rufinus*, *Pelagius*, *Ambrosiaster* al. ταῖς μνείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες sic exposuerunt: *in memoriarum sanctorum societatem venire* h. e. et ipsum sanctorum cum fructu meminisse, eorum bene facta contemplando et pietatem imitando. Qui ταῖς μνείαις τῶν ἁγίων κοινωνεῖν cum τοῖς ἁγίοις κοινωνεῖν confuderant, quod contextâ oratione sententiam dilucidante in communionem sanctorum venire eorum virtutes aemulando esse potest. Lectionem ταῖς μνείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες futilem esse plerique intellexerunt. Nam praeterquam quod Pauli temporibus τὰ γενέσια τῶν μαρτύρων nondum celebrata sunt, h. l. Apostolum liberalitatem in inopes Christianos Romanis commendasse sequens praeceptum τὴν φιλοξενίαν διώκοντες argumento est. Apparet enim Paulum hoc vs. benignitatem Christianis praestandam Romanis injunxisse: inopes iis sublevandos, advenas hospitaliter excipiendos esse. Praeterea vulgatam scripturam ea loca corroborant, quae quantum curae P. in eo posuerit, ut egeni Christiani sublevarentur ostendunt Act. 24, 17. 1 Cor. c. 16. 2 Cor. c. 8. et 9. Gal. 2, 10.. Probavit tamen lectionem ταῖς μνείαις τ. ἁ. κοιν. *Erasmus*, *Valesius* ad Eus. H. E. 4, 15, et *Mill.* ad h. l. et Prol. §. 142. 449. 644. 864.. *Millius* (Prol. §. 142.) χρείαις glossema esse vocis μνείαις sibi persuasit. Esse enim ταῖς μνείαις τῶν ἁγίων κοινωνεῖν afflictorum Christianorum procul a nobis degentium benigne memoriam habere, seu ita ut eorum necessitates sublevemus. Quam sententiam ut dilucidius exprimeret glossatorem in margine χρείαις pro μνείαις posuisse. Quod *Millius* dictum voluit μνημονεύειν τῶν πτωχῶν τῶν ἐν τοῖς ἁγίοις (Gal. 2, 10.) valet, non ταῖς μνείαις τῶν ἁγίων κοινωνεῖν. Dictio τῇ μνείᾳ τῶν ἁγίων κοινωνεῖν *et ipsum* (cum aliis) sanctorum mentionem facere (meminisse) significare posset. *MNείαις* pro *XPείαις* scribae per oscitantiam facile exararunt sacris, quibus dies martyrum fatales celebrarentur, instauratis (*Estius*, *Matthaeius* ed. maj.). Sed fieri etiam potest, ut glossatores tum temporis μνείαις pro χρείαις in margine posuerint, ut sanctorum *necessitatibus*, in quarum communionem venire Romanos oporteret, dierum, quibus martyres supplicio affecti essent, celebrationem vel maxime comprehensam esse observarent. Correctores μνείαις fraudulenter in hunc l. invexisse, ut sacra in martyrum honorem instituta ab Apostolo commendarentur, non credo. *Matthaeius* ed. min.: „Unde autem μνείαις venit? Ex Chrysostomo XI, 674. c. — — Est ergo haec lectio liturgica, pro tempore ficta." τὴν φιλοξενίαν διώκοντες] *hospitalitatem*, quâ ni-

mirum peregrinantes *Christianos* (de *his* enim h. l. agitur, cf. ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες) benigne excipiatis, *sectantes* i. e. hospitalitati studentes (cf. Rom. 14, 19.). Male *Theodoretus*: Ξένους οὐ τοὺς ἁγίους μόνους καλεῖ, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἑτέρωθεν μὲν ποθὲν ἀφιγμένους, θεραπείας δὲ δεομένους, ὧν ἐπιμελεῖσθαι κελεύει. Hîc quoque Patres ecclesiastici (*Chrys.*, *Theophyl.*, *Oec.*, *Rufin.*, *Pelag.*, *Ambrosiaster*), ut fructuosam scilicet sententiam e verbis exsculperent, vocabula ridicule contorserunt. Nam formulae τὴν φιλοξενίαν διώκειν hanc sententiam subjecerunt: *hospitalitatem sectari* i. e. hospitem Abrahami Genes. 18, 2 sq. et Loti Genes. 19, 1 sq. exemplo persequi, ut eum in hospitium invites (dem Gastfreunde nachlaufen!). *Chrys.*: τὴν φιλοξενίαν διώκοντες] οὐκ εἶπεν ἐργαζόμενοι, ἀλλὰ διώκοντες, παιδεύων ἡμᾶς μὴ ἀναμένειν τοὺς δεομένους, πότε πρὸς ἡμᾶς ἔλθωσιν, ἀλλ' αὐτοὺς ἐπιτρέχειν καὶ καταδιώκειν. Οὕτως ὁ Λώτ, οὕτως ὁ Ἀβραὰμ ἐποίησε. Valde hospitalitas quum Christianis (Hebr. 13, 2. 1 Petr. 4, 9.) tum episcopis (1 Tim. 5, 10. Tit. 1, 8.) in N. T. commendatur. Nam superquam quod hospitalitate, quâ Christiani Christianos benevole exciperent, quam essent φιλάδελφοι (v. 10.) docuerunt, fieri non potuit, quin hospitalitatis fama ecclesiae christ. honorifica esset et hospitalia jura inopibus magistris aliisque, qui Christi causam promoturi itinera suscepissent, benigne praebita rei christianae admodum prodessent.

V. 14. *Bona precamini iis, qui vos insectantur: bona, inquam, precamini, neque mala imprecamini.* Excitarunt hoc praeceptum in Pauli mente verba τὴν φιλοξενίαν διώκοντες v. 13. (*Reich.*). Postulatum, quo Ap. Romanos hospitalitatem *sectari* (διώκειν) jussit, fecit, ut officii iis praestandi recordaretur, qui illos *insectarentur* (εὐλογεῖτε τοὺς διώκοντας ὑμᾶς cf. Matth. 5, 11.). Paulum praeceptum hoc versu enuntiatum e Matth. 5, 44. aut Luca 6, 28. hausisse *Reichio* non concedimus. Primo enim Pauli verba cum Christi verbis non congruunt. Evangelistae Jesum haec dicentem faciunt: εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς: Paulus poscit, ut Romani *insectatoribus* suis bona precentur (εὐλογεῖτε τοὺς διώκοντας ὑμᾶς). Deinde Pauli adhortatio ejusmodi est, ut ejus necessitatem non solum qui evangelia nostra legissent aut Jesum εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς aliquando effatum esse audivissent, sed etiam quicunque primarium esse disciplinae christ. praeceptum: ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν (Matth. 22, 39. sq.) cognovissent, quod Paulum certe non praeteriit (cf. vs. 9. 1 Cor. c. 13.), intelligere debuerint.

Nihilo magis loca Rom. 2, 19. 1 Cor. 7, 10. Jac. 4, 9. 5, 12. 1 Petr. 3, 9. 14. 4, 14. Apostolos nostris evangeliis usos esse ostendunt. Variantes lectiones non nauci sunt. F. G. Boern. Ruf. ms. Ambrosiast. Chrysol. verba *εὐλογεῖτε τοὺς διώκοντας ὑμᾶς* omittunt et D. E. Clar. Germ. ea post *καταρᾶσθε* exhibent. Qui vocc. *εὐλογεῖτε τοὺς διώκοντας ὑμᾶς* praetermiserunt *εὐλογεῖτε* prius cum *εὐλογεῖτε* posteriore oscitanter confuderant. Verbis e fugâ retractis, alienus, ut fit, locus (post *καταρᾶσθε*) a librariis (D. E.) datus est. Correctores verbo *διώκω* diverso sensu hîc loci bis posito offensos vocabula *εὐλογεῖτε τοὺς διώκοντας ὑμᾶς* delevisse vana *Reichii* suspicio est.

V. 15. et 16. Dubitari potest de horum versuum constructione. Licet enim virgulâ post *καταρᾶσθε* et *κλαιόντων* positâ Participia vs. 16. ex Imperativis vs. 14. suspendere. Hoc pacto Infinitivi vs. 15. explicandi potestatem habent (v. Col. 4, 6. et Dissert. II. in 2 ep. ad Cor. p. 90 sq.). Sententia optime comparata est: *bona precamini vexatoribus vestris, bona, inquam, precamini neque mala imprecamini, ut nempe cum laetis hominibus* (dicuntur, si hanc, cujus rationem nunc reddo, explicationem inieris, Romanorum vexatores) *laetemini, cum moestis doleatis, tanquam homines, qui invicem modestiae operam detis.* Bene sic cohaeret v. 14. et 15.. Nam qui *ex animi sententiâ* insectatoribus fausta precatur, is et secundis et adversis eorum rebus moveatur necesse est. Apte autem P. Romanos *candide* vexatoribus prosperas res precari jusserit. *Rueckertus* non sequitur, inquit, ut qui insectatoribus secundam fortunam precentur tum prosperâ eorum sorte laetentur, tum eorum infortunio ingemant. Simulatores, qui aliter sentiunt quam loquuntur, benevolâ oratione adversarios prosequuntur, quos oderint; viri boni, quos Romanos esse P. voluit, quia *candide* vexatoribus fausta optaverunt non possunt non et eorum felicitate laetari et miseriâ angi. Spectatur igitur eorum probitas, quâ adversariis fausta optaverint, tum ex animi laetitiâ, quam e secundâ eorum fortunâ hauriant, tum e luctu, quem ex adversâ eorum fortunâ percipiant. Neque versus 16. non recte cum vs. 14. et 15. connexus est: vexatoribus (hominibus a Christi disciplinâ alienis, Judaeis et paganis) bona precamini (vs. 14.) ex animi sententiâ (vs. 15.), dum idem in vosmet invicem sentientes modestiâ inter vos certetis (vs. 16.). Sed nunc plerisque interpretibus, qui Infinitivis vs. 15. Imperativorum vim subjiciunt, ita assentior, ut integram sententiam versu 15. et 16. (usque ad voc. *συναπαγόμενοι*) contineri ratus Participia vs. 16. ex Infinitivis vs. 15. apta esse judicem (*χαίρειν — κλαίειν — τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες κτλ.* i. q. *χαίρετε — κλαίετε —*

τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες κτλ.). Vide oraculum apud Pausaniam 9, 18, 4. ed. *Siebelis* — *Αἴκ' ἐθέλητε πάτραν οἰκεῖν σὺν ἀμύμονι πλούτῳ,* | *Ἕκτορος ὀστέα Πριαμίδου κομίσαντες ἐς οἴκους* | *Ἐξ Ἀσίης, Διὸς ἐννεσίῃς ἥρωα σέβεσθαι.* De isto Infinitivi usu contende interpretes ad Gregor. Corinth. p. 423. sq. ed. *Schaef.*, *Ellendt.* ad Arrianum De exped. Alex. II, 167., *Pflugkium* ad Eurip. Heracl. v. 314., *Wineri* gr. p. 305., Luciani Pseudosophist. c. 4. *μὴ τοίνυν ἔτι λέγειν.* Lexiph. c. 2. et 3. et Apoc. 10, 9. *καὶ ἀπῆλθον πρὸς τὸν ἄγγελον λέγων αὐτῷ· δοῦναί μοι* (textus receptus *δός μοι*, quod *glossema* est lectionis *δοῦναί μοι*) *τὸ βιβλαρίδιον.* *Wineri* explicationem *jubens eum mihi libellum dare* repudiabit, qui vs. 8. 11. 11, 1. 12. et similes locos contulerit. Ut quo dixi modo nostrum locum enarrarem duobus argumentis motus sum. Nam et hiulca, quâ P. toto loco usus est, oratio eam commendat, et, nisi fallor, ipsa sententia. Videntur enim verba vs. 16. *ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι* praeceptum vs. 15. *κλαίειν μετὰ κλαιόντων* illustrare h. m.: laetamini cum laetis hominibus, flete cum flentibus (homines christianos dici expositio vs. 16. docet), idem in vosmet invicem sentientes (tantundem pretii vobis invicem statuentes), non alta spirantes (exstinguit enim amplarum rerum studium miserationem et ab auxilio afflictis cum vitae fortunarumque discrimine ferendo avocat), sed qui vos simul per infimam miserorum conditionem (s. unâ cum afflictis hominibus) abripi patiamini (atque ita cum flentibus fleatis afflictaeque eorum fortunae participes sitis vs. 15.). *Winerus* Infinitivos vs. 15. inde explicandos esse censet, quod P. structuram variaverit. Equidem variatae constructionis vestigium frustra h. l. quaesivi. Postremo *Lachmannus* et *Meyerus* novam periodum a verbis vs. 16. *Τὸ αὐτὸ κ. τ. ἑ* orsi Participia vs. 16. 17.—19. a vocc. vs. 16. *μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς* suspensa esse credunt, quod non solum contortum, sed etiam falsum est propterea, quod vs. 16., quippe qui praeceptum *κλαίειν μετὰ κλαιόντων* exponat, a vs. 15. divelli nequit. Verba *χαίρω* et *κλαίω* saepe opponi non mirum est (v. Joseph. A. I. 7, 10, 5. 1 Cor. 7, 30. cl. Joh. 16, 20.). *μετὰ χαιρόντων — μετὰ κλαιόντων*] mit Frohen, mit Weinenden. Male *Lutherus*: mit den Fröhlichen, mit den Weinenden, h. e. *μετὰ τῶν χαιρόντων, μετὰ τῶν κλαιόντων.* Expunxit *καί,* quod D.* F. G. It. Vulg. et nonnulli Patres latini praetermittunt, *Lachmannus.* Placet asyndeton in oratione valde abruptâ. Fortasse glossatores, qui copulam desiderassent (cf. vs. 14.), voculam addiderunt. Sed fieri etiam potest, ut *καί* proxima syllaba *κλαίειν* absorpserit. Ita-

que *καί* non delevi, sed cancellis circumdedi. De sententiâ confer Sirac. 7, 34. *μὴ ὑστέρει ἀπὸ κλαιόντων καὶ μετὰ πενθούντων πένθησον.* et Tract. talm. דרך ארץ f. 19. c. 4. לא ישמח אדם בין הבוכים ולא יבכה בין השמחים: *ne quis laetetur inter flentes neque fleat inter laetantes. Chrysostomus*: *Καίτοι γε ἐκεῖνο φιλοσοφωτέρας δεῖται ψυχῆς, τὸ χαίρειν μετὰ χαιρόντων, μᾶλλον ἢ τὸ κλαίειν μετὰ κλαιόντων. Τοῦτο μὲν γὰρ καὶ ἡ φύσις αὐτὴ κατορθοῖ, καὶ οὐδεὶς οὕτω λίθινος, ὃς οὐ κλαίει τὸν ἐν συμφοραῖς ὄντα· ἐκεῖνο δὲ γενναίας σφόδρα δεῖται ψυχῆς, ὥστε τῷ εὐδοκιμοῦντι μὴ μόνον μὴ φθονεῖν, ἀλλὰ καὶ συνήδεσθαι.* Haec observatio a multis (v. c. a *Theophylacto*, *Oecumenio*, *Reichio* et *Tholuccio*) repetita, quamquam verissima est, nostro tamen loco nullam lucem affundit. Nam si versu 16. verba v. 15. *κλαίειν μετὰ κλαιόντων* exponi recte affirmavi, Paulo temporum suorum hominumque, ad quos scriberet, memori majus factuque difficilius postulatum *κλαίειν μετὰ κλαιόντων*, quam praeceptum *χαίρειν μετὰ χαιρόντων* recte visum est. Christiani Christianorum prosperitatibus iis temporibus facile gavisi sunt, quibus summa erat Christianorum apud Christianos benevolentiae caritas; generosós resque humanas valde despicientes eos Christianos esse oportuit, qui in curarum, quibus afflicti Christiani angerentur, partem venirent et ut miseris succurrerent, honoribus valedicerent, fortunas relinquerent, sanguinem profunderent.

V. 16. Mirum est, tot interpretes cum *Grotio* vocc. *τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες* ad animorum *concordiam* referre *vobiscum invicem concordantes* (ita nuper *Reich.*, *Koelln.*, *Meyerus*, *Tholucc.* al.), quum P. neque *τὸ αὐτὸ ἐν ἀλλήλοις* (15, 5.) *φρονοῦντες*, neque *τὸ αὐτὸ φρονοῦντες*, sed *τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες* scripserit et haec verba proximis vocabulis *μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες, ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι* exponi manifestum sit (v. *Erasmus*). Hinc elucet verbis *τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες* *modestiam* Romanis commendari (*Chrys.*, *Theophyl.*, *Oecum.*, *Erasmus*, *Vitringa* al.): *idem in vos invicem sentientes* h. e. *ita in vos invicem animati*, *ut alter alterum eodem secum jure habeat neque sibi plus quam alteri tribuat.* Ita affecti non ad alta tendunt, quod homines superbi faciunt (*μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες*), sed malorum participes fiunt, quibus humiles homines afflictantur (*ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι*). Scilicet loquutio *τὸ αὐτὸ φρονεῖν idem sentire* proprie *omnium studiorum voluntatumque consensum* complectitur (cf. Philipp. 4, 2. *τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν κυρίῳ*). Continet concordiam, quum qui in omnibus rebus consentiant etiam concordes sint, sed mul-

tas alias virtutes enuntiat, quandoquidem qui per omnia idem sentiant de nullâ re inter se discrepant. Sic Philipp. 2, 2. Paulus Philippenses *idem sentire* (τὸ αὐτὸ φρονεῖν) jubet atque ut id faciant, opus esse ait, ut parem erga se invicem amorem habeant neque quis alterum plus minusve, quam alterum diligat (τὴν αὐτὴν ἀγάπην ἔχοντες), ut unanimes sint (σύμψυχοι), ut in eadem sint sententiâ (τὸ ἓν φρονοῦντες, cui opponitur ἀμφὶς φρονεῖν) neque in *diversas* sententias abeant, a factiosorum studiis et a vanae gloriae cupiditate abhorrentes (μηδὲν κατὰ ἐριθείαν ἢ κενοδοξίαν scil. φρονοῦντες). Sed saepe late patens τὸ αὐτὸ φρονεῖν ad *unam* quandam rem, de quâ homines consentiant, ita refertur, ut rem, de quâ concordent, contexta oratio monstret Dionys. Halic. A. R. 4,20. τὸ αὐτὸ φρονεῖν est *eandem sententiam ferre* (ἐπὶ τῆς αὐτῆς προαιρέσεως γίνεσθαι): 2 Corinth. 13,11. τὸ αὐτὸ φρονεῖτε valet *idem sentite vos invicem amore prosequentes* (nam verba ὁ θεὸς τῆς ἀγάπης ad τὸ αὐτὸ φρονεῖτε et vocabula ὁ θεὸς τῆς εἰρήνης ad εἰρηνεύετε spectant) et nostro loco τὸ αὐτὸ φρονεῖν *in modestiae studio congruere* declarat, ut expositio proximis verbis comprehensa ostendit (v. supra). μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες] *non ad alta tendentes.* Nam qui excelsa (honores et opes) appetunt se aliis potiores existimant miseraeque eorum conditionis consortes esse nolunt. Cf. Lucian. Icaromen. c. 11. (de Menippo, qui coelum volatu petiit) Ὡς δὲ ἀκινδύνως κατεπτόμην ὑψηλὰ ἤδη καὶ μετέωρα ἐφρόνουν (dicuntur regiones acropoli altiores, v. c. 10.): Hermot. c. 5. — εἰκότως· ὑψηλὰ γὰρ ἤδη φρονεῖς, καὶ ἄνωθεν· ἡμεῖς δὲ ὁ συρφετὸς καὶ ὅσοι χαμαὶ ἐρχόμενοι ἐσμὲν μετὰ τῶν θεῶν καὶ ὑμᾶς προσευξόμεθα ὑπερνεφέλους γενομένους καὶ ἀνελθόντας οἷ πάλαι σπεύδετε. — ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι] Συναπάγω notat *simul abducere, abstrahere* et συναπάγεσθαι *simul abduci, abstrahi.* Saepissime συναπάγω *impetum,* quo aliquem simul abducas s. abstrahas, subindicat. Mala notio *simul ad nefas abstrahi* non in verbo συναπάγεσθαι insidet (*Morus, Reich.* al.), sed interdum e contextâ oratione nascitur (*Meyerus*). Exod. 14,6. Ἔζευξεν οὖν Φαραὼ τὰ ἅρματα αὐτοῦ καὶ πάντα τὸν λαὸν αὐτοῦ συναπήγαγε μεθ᾽ ἑαυτοῦ (*secum simul abduxit*). Cum Dativo *personae* συναπάγεσθαι *simul cum aliquo abduci, abstrahi* declarat. Achilles Tatius 7,3. Ὁ μὲν οὖν τὸ ἀνόσιον ἔργον τοῦτο δρᾷ· ἐγὼ δὲ ὁ ἄθλιος, οὔτε ἰδὼν αὐτόν, οὔτε ἔργου τινὸς κοινωνήσας ἢ λόγου, συναπηγόμην αὐτῷ δεδεμένος, ὥςτοῦ ἔργου κοινωνός. Agatharchides apud Photium Bibl. p. 727. ed. *Hoeschel.* (1601. fol.) οὗτος δέ ἐστιν ὁ πόνος τῶν γυναικῶν

τῶν εἰς τὰς φυλακὰς συναπηγμένων ἀνδράσιν ἢ γονεῦσι. Cum Dativo *rei* συναπάγομαι *simul per rem abduci, abripi* significat. Gal. 2,13. *Καὶ συνυπεκρίθησαν αὐτῷ καὶ οἱ λοιποὶ Ἰουδαῖοι, ὥστε καὶ Βαρνάβας συναπήχθη αὐτῶν τῇ ὑποκρίσει.* — *ut ipse adeo Barnabas eorum simulatione simul abreptus fuerit*, np. ad simulationem. 2 Petr. 3,17. Ὑμεῖς οὖν — φυλάσσεσθε, ἵνα μὴ τῇ τῶν ἀθέσμων πλάνῃ συναπαχθέντες (impiorum *errore* simul abrepti scil. ad errorem) ἐκπέσητε τοῦ ἰδίου στηριγμοῦ: *Zosimus* Histor. 5,6. — καὶ αὐτὴ δὲ ἡ Σπάρτη συναπήγετο τῇ κοινῇ τῆς Ἑλλάδος ἁλώσει (et vero ipsa Sparta communi Graeciae expugnatione simul abrepta est, h. e. et vero ipsa Sparta simul cum ceteris Graeciae oppidis expugnata est), μήτε ὅπλοις ἔτι μήτε ἀνδράσι μαχίμοις τετειχισμένη διὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων πλεονεξίαν, ἀλλ' ἄρχουσιν ἐκδεδομένη προδόταις —. Absolute συναπάγεσθαι positum est ab Epiphanio Haeres. I, 26,17. Ἀλλὰ ὁ ἐλεήμων θεὸς τῆς μοχθηρίας αὐτῶν ἡμᾶς ἐῤῥύσατο, ὥστε μετὰ τὸ ἀναγνῶναι ἡμᾶς αὐτῶν τὰς βίβλους καὶ ἐπιστῆσαι τὸν νοῦν τῇ ἀληθείᾳ καὶ μὴ συναπαχθῆναι (np. librorum argumento ad Gnosticorum errores) ἀποδράσαι τε καὶ μὴ δελεασθῆναι τὸ τηνικαῦτα ἐσπουδάσαμεν καὶ τοῖς ἐπισκόποις τοῖς ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ αὐτοὺς ὑποδεῖξαι, καὶ etc.. Nullius frugis est *Hesychii* glossa: συναπάγεται· συμπορεύεται, συνέρχεται. Is enim scriptoris locum nescio quem, in quo esset συναπάγεται *simul abducitur, abstrahitur*, parum accurate explicuit: *simul proficiscitur*. Quaeritur autem, utrum nostro loco τοῖς ταπεινοῖς Dativus *personae* (*Chrys.*, *Luther.*, *Grot.*, *Wolf.*, *Rueck.* al.) an Dativus *rei* (*Calvinus*, *Reich.*, *dW.*, *Meyerus* al.) sit. Quibus illud placuerit, ii hanc interpretationem inire debent: *sed tales, qui simul cum abjectae sortis nominibus vos* (np. ad eorum vilitatem, εἰς τὴν ταπείνωσιν αὐτῶν Jac. 1,10.) *abripi patiamini* i. q. qui vos vilis eorum et calamitosae sortis participes fieri sinatis (np. ut cum flentibus fleatis v. 15. Cf. supra.). Nam τοὺς ταπεινούς h. l. esse *homines abjectos et calamitosos* (Luc. 1,52.), non *modestos* perspicuum est. Qui τοῖς ταπεινοῖς *Neutrum* esse censuerint, hos sic interpretari oportet: *sed tales, qui per miseram fortunam* (confer dictionem ταπεινὰ πράσσειν) *vos* (scil. ad calamitatem εἰς τὰ ταπεινά) *simul abripi patiamini*, qui (np. ut cum flentibus fleatis v. 15.) miserorum Christianorum calamitatem impetum in vos facere eamque tanquam gurgitem vos secum auferre sinatis. Hanc explicationem veram esse arbitror propterea, quod v. ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι vocabulis μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες opponun-

tur et voces τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες hâc dictione explicantur: μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες, ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι. Interpretes sententiam, quâ opus esset, ex oppositâ sententiâ conjectarunt, non sensum verbis ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι subjectum verbi συναπάγομαι *usu* firmatum attulerunt. *Chrysostomus*: *sed cum humilibus hominibus conversantes, eos comitantes.* μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες, ἀλλὰ τ. τ. συναπαγόμενοι] τουτέστιν εἰς τὴν ἐκείνων εὐτέλειαν κατάβηθι, συμπεριφέρου, συμπεριέρχου. Μὴ ἁπλῶς τῷ φρονήματι συνταπεινοῦ, ἀλλὰ καὶ βοήθει καὶ χεῖρα ὄρεγου, μὴ δι' ἑτέρου, ἀλλὰ διὰ σαυτοῦ ὡς πατὴρ παιδὸς προνοῶν —. *Theophylactus*: *sed vos ad abjectos homines accommodantes.* μὴ — — συναπαγόμενοι] πῶς ἂν κατορθωθείη τὰ προειρημένον μάνθανε· ἐὰν μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονῶμεν, ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς, τουτέστι τοῖς εὐτελέσι, τοῖς εὐκαταφρονήτοις συναπαγώμεθα, τουτέστι συγκαταβαίνωμεν, συμπεριφερώμεθα. *Theophylacto* adstipulantur It. et Vulg. *sed cum humilibus consentientes.* Tertullianus adv. Marc. l. 5. p. 797. a. *sed humilibus assentantes* [ed. *Rigaltii* p. 604. *assectantes*]. Cum aliquo conversari, aliquem comitari, se ad aliquem accommodare et alicui assentari συμπεριφέρεσθαί τινι, non συναπάγεσθαί τινι declarat. *Lutherus*: — sondern haltet euch herunter zu den Niedrigen. Ita antiquitus *Theodoretus* et *Oecumenius*. Theodoretus: Πάλιν ἐξορίζει τῆς ὑπερηφανείας τὸ φύσημα καὶ τοῖς δοκοῦσι ταπεινοῖς συγκατιέναι, νομοθετεῖ. Oecumenius: πῶς δ' ἂν γένοιτό σοι τοῦτο; ἐὰν μὴ φρονῇς περὶ σεαυτοῦ ὑψηλά, ἀλλὰ συμπεριφέρῃ καὶ συναπάγῃ τοῖς ταπεινοῖς καὶ εἰς τὴν ἐκείνων συγκαταβαίνῃς εὐτέλειαν. Non significat συναπάγεσθαί τινι *simul descendere ad aliquid* (aliquem) i. q. συγκαταβαίνειν εἴς τι. Philologicis nimirum armis *Lutheri* interpretationem nuper tuitus est *Wilkius* Cl. II, 338., in quo viro si quantum arrogantiae est tantum esset doctrinae, diligentiae et sobrietatis perutile N. T. Lexicon scribere potuisset: „Συναπάγω — b., med. (imo *passivum*) abduci me patior, τινί — Rom. 12, 16. (τοῖς ταπεινοῖς; nam quae *ad ταπεινά descendunt*, eum qui sequitur ἄγουσιν ἀπό i. e. e loco *eminentiore*; συναπάγομαι vero s. me abduci patior cum — idem est, quod *descendo cum* —, *ad inferiora sequor* aliquem.)" Nugae. Ἀπάγω est abduco, non *deorsum* duco. Et humili fortunâ non solum homines excelsi et potentes, verum etiam humiles et abjecti abripi possunt. Paulus h. l. omnes promiscue Romanos, nobiles et ignobiles, beatos et tenues, συναπάγεσθαι τοῖς ταπεινοῖς jubet. Item multae multorum expositiones a verbi συναπάγεσθαι

usu abhorrent. *Grotius*: *modestissimorum* (!) *exempla sectantes*. *Tholuccius*: *tales*, *qui vos humilitatis societate simul implicari patiamini*: „laßt euch in die Theilnahme niedriger Zustände? (an niedrigen Zuständen) mit hineinziehen." Confudit *Tholuccius* συναπάγω cum συνεμπλέκω. *Olshausenus*: „συναπάγεσθαι mit sich wegführen, (!) d. h. sich mit Jemand in Verbindung, in Gemeinschaft setzen (!). Iis, qui *συναπάγεσθαι τοῖς ταπεινοῖς pati se simul cum miseris hominibus in jus rapi* enarrarunt, non usus loquendi obstat (nam qui in jus rapiuntur, et in carcerem aut ad mortem ducuntur nonnunquam simpliciter *ἀπάγεσθαι* dicuntur: v. *Heindorfium* ad Plat. Gorg. c. 91.), sed contexta oratio, quae *τοῖς ταπεινοῖς Neutrum* esse ostendit.

μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς] *nolite vobismet ipsis sapere videri*, ita ut a ceteris hominibus sapientiam abjudicetis eorumque consilia spernatis. Cf. Prov. 3,7. et not. ad 11,25. Participia *ἀποδιδόντες*, *προνοούμενοι*, *εἰρηνεύοντες* et *ἐκδικοῦντες* a verbis *μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς* pendent, i. q. *μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς καὶ μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδίδοτε καὶ προνοεῖσθε καλὰ* etc.. Fortasse Paulus praeceptum *μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντες* cum hoc postulato *μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς* conjunxit, quod *τὸν δοκησίσοφον* quia nimio sui amore teneatur injuriis laesum ad exigendam ultionem pronum esse, solere meminisset. V.17. *μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντες*] *nemini* (etiam si Judaeus sit, etiam si gentilis) *malum malo rependentes*. Graeci virtutem esse censuerunt aequis aequum iniquum autem iniquis esse (v. *Hermannum* ad Soph. Philoct. v. 679.) et Pharisaei ab eo, qui injuriam intulisset, oculum pro oculo, dentem pro dente exigendum esse dictitarunt (Matth. 5,38.). At Christi disciplina ulli homini malum pro malo reddere vetat (1 Thess. 5,15. 1 Petr. 3,9. 2,23.), imo postulat, ut gravissimas plagas silentio feramus et vexatori maxillam ad contumeliam praebeamus (Matth. 5,39.) *) Seneca de

*) Primos Christianos Christi praeceptis prorsus satisfecisse pagani exclamationem apud Tertullianum Apologet. c. 3. *bonus vir C. Sejus*, *tantum quod Christianus!* docere *Tholuccius* ad h. l. observavit. Itaque *Tholuccius*, quum Tertullianum non evolvisset, pagani verba sic interpretatus est: bonus vir est C. Sejus tantum propterea, quod Christianus est. At hanc vim habent: bonus vir est C. Sejus, nisi quod Christi disciplinae addictus est. Tertulliani verba haec sunt: „Quid, quod ita plerique clausis oculis in odium ejus (dicit *nomen* Christiani) impingunt, ut bonum alicui testimonium ferentes admisceant *nominis exprobrationem*: *Bonus vir C. Sejus*, *tantum quod Christianus*. Item alius: *Ego miror Lucium*, *sapientem virum*, *repente factum Christianum*. Nemo retractat, ne ideo bonus Cajus et prudens Lucius, quia Christianus,

irâ II, 32.. At enim ira habet aliquam voluptatem et dulce est dolorem reddere. Minime. Non enim ut in beneficiis honestum est merita meritis repensare, ita injurias injuriis: illic vinci turpe est, hîc vincere. *προνοούμενοι καλὰ ἐνώπιον πάντων ἀνθρώπων*] *providentes honesta coram omnibus hominibus* i. e. providentes, ut honeste vivatis omnium hominum (etiam Judaeorum et gentilium, non solum Christianorum) judicio. Paulum non hoc dicere, Romanis virtutis simulatione efficiendum esse, ut omnibus hominibus probentur et vanam laudem reportent, sed virtutem iis in solem et pulverem producendam esse pro suâ sanctitate monere, ne propter vel male vel saltem ambigue facta Deus infamiâ adspergatur (Rom. 2, 24. Matth. 5, 16.), ipsi ab Judaeis et gentilibus male audiant (1 Cor. 10, 32.) in promtu est (cf. *Chrys.* et *Theophyl.*). Verba curandi, ut *ἐπιμελεῖσθαι* et *προνοεῖσθαι*, non semper cum Genitivo, sed interdum cum Accusativo (Xen. Mem. 4, 3, 12. LXX. Prov. 3, 4. 2 Cor. 8, 21.) strui nemo ignorat (v. *Kuehneri* Ausf. Gr. der gr. Spr. II, p. 190.). Respexit P. h. l. et 2 Cor. 8, 21. LXX. Prov. 3, 4. *καὶ προνοοῦ καλὰ ἐνώπιόν κυρίου καὶ ἀνθρώπων*, qui temere et licenter h. l. versati sunt. Verba hebraica וּמְצָא־חֵן וְשֵׂכֶל טוֹב בְּעֵינֵי אֱלֹהִים וְאָדָם hoc dicunt: et inveni (np. benignitate et fide diligentissime tuendâ v. 3.) gratiam et felicitatem (Ven. *Maurerus*: gratiam et *curam benignam*), apud Deum et homines. LXX verbis וּמְצָא־חֵן (*καὶ εὑρήσεις χάριν*) in versum 3. translatis et ante vocc. עַל־לוּחַ לִבֶּךָ positis pro וְשֵׂכֶל male pronuntiarunt וְשַׂכֵּל, Imperativum verbi שָׂכַל. Variantes lectiones nullius frugis sunt. *Lachmannus προνοούμενοι καλὰ* [*ἐνώπιον τοῦ θεοῦ καὶ*] *ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων* ex uno A., in quo verba *ἐνώπιον τοῦ θεοῦ καὶ ἐνώπιον τῶν* a manu antiquâ in loco raso rescripta sunt. [Vulgo hîc addunt Polycarp. ep. ad Philipp. c. 6. — *μὴ ἀμελοῦντες — πένητος, ἀλλὰ προνοοῦντες ἀεὶ τοῦ καλοῦ ἐνώπιον θεοῦ καὶ ἀνθρώπων*, quem nostri loci rationem duxisse minus verisimile est, quam ei locum Prov. 3, 4. LXX aut 2 Cor. 8, 21. observatum esse.] F. G. Vulg. Boern. Lucif. Pelag. al. *προνοούμενοι καλὰ οὐ μόνον ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων* ex 2 Cor. 8, 21. Chrys. *ἀνθρώπων πάντων*. Theodoretus ad h. l. omittit *ἀνθρώπων*, quae sane arbitraria et fortuita sunt

---

aut ideo Christianus, quia prudens et bonus. Laudant quae sciunt, vituperant quae ignorant et id quod sciunt, eo, quod ignorant, corrumpunt, quum sit justius occulta de manifestis praejudicare, quam manifesta de occultis praedamnare." Et male Christianos a paganis audisse totus Tertulliani Apologeticus adversus gentes demonstrat.

(v. *Matthaeius* ed. min.) Lectiones *προνοούμενοι καλὰ ἐνώπιον τοῦ θεοῦ καὶ ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων* et *προνοούμενοι καλὰ οὐ μόνον ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων* ab iis profectae sunt, qui Paulum expressis verbis dixisse, quod ei in mente fuisse res docet, aequum censuerunt, operam Romanis dandam esse, ut non simulate, sed ex animi sententiâ hominibus recte agere viderentur Deum reveriti. Sed posterioris scripturae auctores fontem, ex quo interpolationem hausissent (2 Cor. 8,21.), imperite prodiderunt. Apte P. 2 Cor. 8,21. scripsit — *προνοούμενοι καλὰ οὐ μόνον ἐνώπιον κυρίου, ἀλλὰ καὶ ἐνώπιον ἀνθρώπων*, ut significaret, virum christianum ex suo voto ecclesiarum suffragio electum esse, qui stipem secum Hierosolyma perferret, ne quis se nonnihil pecuniae intervertisse crederet: quippe se id adniti, ut non solum a Deo, cui sua innocentia explorata sit, verum etiam ab hominibus, qui suspiciosi sint, integer judicetur. Contra h. l. *προνοούμενοι καλὰ οὐ μόνον ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ ἐνώπιον τοῦ θεοῦ* dicendum fuerat: *operam dantes, ut non solum hominum judicio* (qui saepe falluntur et virtutis simulationem cum virtute confundunt), *sed etiam Deo judice* (qui hominum *cogitata* perspicit, 8,27.) *sancte vivatis.*

V. 18. *Erasmus εἰ δυνατόν*, quod a *τὸ ἐξ ὑμῶν* sensu non differre credidisset, verbis praecedentibus junxit: *προνοούμενοι καλὰ ἐνώπιον πάντων ἀνθρώπων, εἰ δυνατόν· τὸ ἐξ ὑμῶν μ. π. ἀ. εἰρηνεύοντες.* Huic consilio et verborum *εἰ δυνατόν* collocatio et sententia obstat. Semper enim et ubique fieri potest, ut omnium hominum judicio honeste agere studeamus (v. *Meyerus* et *Rueckertus*). Imo *εἰ δυνατόν* verbis *τὸ ἐξ ὑμῶν* accuratius definitur. Pax mutua hominum concordia est. Servari pax nequit, tum si alii in pace nobiscum permanere noluerint (1 Cor. 7, 15.), tum si sanctiora officia (v. c. pietas et bonam famam tuendi studium), ut cum improbis hominibus pacem rumpamus postulaverint. Itaque P. hoc dicit: *si fieri potest* per homines, quibuscum in pace vivendum est et per officia concordiae studio majora, *quantum ex nobis fieri potest* cum omnibus hominibus (non solum cum Christianis, sed etiam cum Judaeis et paganis) pacem agitate h. e. operam date, ne *vos* temere apud alios offendatis neque coagmentatam pacem *ipsi* prius rumpatis, quam id sanctissima officia utique poposcerint. *Grotius*: „Omnium amici este, si fieri potest; si non potest utrimque, certe ex vestrâ parte amici este." *τὸ ἐξ ὑμῶν*] *quantum ex vobis fieri potest.* Haec formula raro legitur. Vide tamen Phalaridis epistolam quartam —

τὸ μὲν γὰρ ἐξ ἡμῶν προθυμίας οὐδ' ἡςτινος ἀπελείπετο, πλεῖν δὲ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ χειμῶνος οὐδὲ μετὰ τῶν ἐσχάτων τολμημάτων ἦν. Magis frequentantur formulae *τό γε ἐπ' ἐμοί* (*Ellendt.* ad Arrian. II, p. 45.), *τοὐπ' ἐμέ* (Soph. Antig. v. 880. *Herm.*, *Pflugk.* ad Eurip. Alcest. v. 666.), *τὸ εἰς ἐμέ* (*Matthiae* Ausf. gr. Gr. §. 283.), *τὸ κατ' ἐμέ* (v. not. ad 1, 15.). Romani dicere solent *quantum in me est* Cic. Phil. 2, 34, 87. pro Rosc. Am. c. 38. ad Alt. 5, 2. Liv. 2, 43. 5, 27.. *Casauboni* conjecturâ *τό γ' ἐξ ὑμῶν* non opus est.

V. 19. *μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες, ἀγαπητοί*] *non vosmet ipsos ulciscentes, carissimi.* Hoc Vulg. Boern. al sic enuntiarunt: non vosmet ipsos *defendentes*, carissimi. Nam ecclesiasticis scriptoribus *defendere se* significat *se ulcisci* (v. *Erasmum* et *Grotium*). *Ἀγαπητοί* Paulus adjecit more magistrorum, qui graves et quae a multis migrantur leges impositurі discipulos blande compellant, quo magis praeceptum in animos demittant (cf. *Erasmus* et *Calvinus*). *ἀλλὰ δότε τόπον τῇ ὀργῇ*] Structurae variatio pro *ἀλλὰ δόντες τόπον τῇ ὀργῇ.* Cf. *Pflugk.* ad Eur. Alcest. v. 165., *Bernhardyi* Wissensch. Syntax p. 473. et *Wineri* gr. p. 498.. *ἀλλὰ δότε τόπον τῇ ὀργῇ*] De horum verborum sententiâ valde dubitatum est ab interpretibus. Quae qualis sit, non dictio *τόπον διδόναι τινί*, quippe quae, ut Romanorum formula *locum dare alicui* pro locorum diversitate diversa denotet, sed contexta oratio declarat. Recte plerique interpretes (*Chrys.*, *Theodoret.*, *Theophyl.*, *Oecumenius*, *Erasmus*, *Beza*, *Calvin.*, *Wolf.*, *Wetst.*, *nuper Boehm.*, *Rueck.*, *Meyerus*, *dW.* al.) hunc l. sic enarrarunt: *sed date locum irae divinae* i. e. *Deo* vindictam permittite neque vindictae per vos exercendae studio Dei ultionem antevertite. *Chrysostomus*: — *ποίᾳ ὀργῇ; τῇ τοῦ θεοῦ.* — — *Συγχώρησον οὖν αὐτῷ, φησίν, ἐπεξελθεῖν· τοῦτο γάρ ἐστι Δότε τόπον τῇ ὀργῇ.* Ut Paulus *τῇ ὀργῇ τοῦ θεοῦ* scriberet non erat necesse. Nam *τὴν ὀργὴν* h. l. *Dei* iram dici proxima verba planum faciunt. Alias quoque vocabulo *τῆς ὀργῆς* nude posito *Dei* ira declaratur (vide 1 Thess. 1, 10. 2, 16. Rom. 5, 9.). Ceterum Ulfilam non legisse *τῇ ὀργῇ θεοῦ* (*Griesb.*) *de Gabelentzius* et *Loebius* ad hunc l. docuerunt. Deinde *τόπον διδόναι τῇ ὀργῇ locum dare Dei irae* h. e. pati, ut Dei ira ultionem ab adversariis exigat valere posse in promtu est. Rei enim vel personae, ut vim exerceat, *loco* opus est. Ephes. 4, 27. *μηδὲ δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ neque locum Satanae concedite* i. e. et aditu Satanam arcete, ne admissus vos per vestram atrocitatem (cf. v. 26.) ad peccatum pelliciat. Sirac. 38, 12. *καὶ ἰατρῷ δὸς τόπον et medicum admitte, ut tibi medeatur.* Denique explicationem

nobis probatam unice veram esse et antecedentia et sequentia verba evincunt. Opponi verba ἀλλὰ δότε τόπον τῇ ὀργῇ vocabulis μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες manifestum est. Itaque hoc P. dicit: nolite *vosmet ipsos* ulcisci, sed sinite, ut *Deus* poenas a vestris vexatoribus repetat. Hanc sententiam, neque ullam aliam, Dei vox idoneo argumento confirmat: ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω. Synops. Sohar. p. 95.: „Homo non debet properare, ut vindictam sumat (cf. v. μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες); melius est, si vindictam committit alii (Deo): cf. v. ἀλλὰ δότε τόπον τῇ ὀργῇ. *Pelagius, Schoettgenius, Morus, de Ammon* al. v. ἀλλὰ δότε τόπον τῇ ὀργῇ sic exposuerunt: sed locum date (h. e. cedite) *irae adversarii* (τῇ ὀργῇ scil. τοῦ ἐχθροῦ). Melius *iram* pro *homine irato.* (Liv. 1, 13.) cepissent, quo usu dolus pro doloso, et tyrannis pro tyranno (Soph. Antig. v. 502.) ponitur (cf. *Zegerus.*). Ita nostrum locum intellexit clerus Aegyptius in epistolâ ad Leonem Imperatorem de Proterio episcopo apud Evagrium H. E. 2, 8: οὐδὲν ἕτερον ἦν ποιεῖν τὸν μακάριον ἐκεῖνον (Proterium), ἢ τόπον δοῦναι τῇ ὀργῇ κατὰ τὸ γεγραμμένον καὶ τὸ σεπτὸν καταλαβεῖν βαπτιστήριον, φεύγοντα τῶν ἐπ' αὐτῷ τρεχόντων πρὸς φόνον τὴν ἔφοδον. Sententia, quam haec explicatio gignit, ab h. l. prorsus abhorret. Patet enim Paulum Romanos, ut pie atque honeste, non ut prudenter vivant h. l. hortari. At ut cedas irato adversario, ne acerbitatis virus in te evomat, prudentiae leges postulant. Praeterea haec sententia jejuna, ne dicam levis et impia, est: noli temet ipsum ulcisci, sed cede exacerbato adversario. Neque enim verendum est, ne nullas injuriarum tibi factarum poenas det, quum Deus *se* justas unicuique poenas inflicturum esse in sacro codice dixerit. Sed usum loquendi isti interpretationi obstare non equidem dixerim (v. *Reich.* et *Meyerus*). Possumus enim aliis eo locum dare, quod nostro loco cedimus. Luc. 14, 9. δὸς τούτῳ τόπον locum huicce da, np. primo loco, quem arroganter occupaveris, rellicto (cf. v. 8.). Jud. 20, 36. LXX — καὶ ἔδωκεν ἀνὴρ Ἰσραὴλ τῷ Βενιαμὶν τόπον (spatium locumque fugae Liv. 25, 31.), ὅτι ἤλπισαν ἐπὶ τὸ ἔνεδρον, ὃ ἔταξαν πρὸς τὴν Γαβαά. Omnino τόπον διδόναι τινί diversimode usurpatur. Saepe locum rei (v. c. virtuti aut vitio) *in animo suo* concedere denotat. Plutarchus De irâ cohibendâ p. 462. (VII, p. 811. *Reisk.*) — δεῖ δὲ μήτε παίζοντας αὐτῇ (τῇ ὀργῇ) διδόναι τόπον — μήτε κοινολογουμένους — μήτε δικάζοντας — μήτε παιδεύοντας — μήτε εὐτυχοῦντας — μήτε δυστυχοῦντας. Sirac. 16, 17. ἔλεγξον τὸν πλησίον σου πρὶν ἢ ἀπειλῆσαι καὶ δὸς τόπον νόμῳ ὑψίστου γινόμενος ἀμηνής (sic leg. ἀμη-

νις s. εὐμενής). (Joseph. A. J. 16, 11, 6.) Cf. *Gatakerum* ad Marc. Antonin. III, §. 6. *εἰ τούτου πάντα τὰ ἄλλα μικρότερα καὶ εὐτελέστερα εὑρίσκεις, μηδενὶ χώραν δίδου ἑτέρῳ κτλ..* Alias in dictione *τόπον διδόναι τινί* et similibus formulis *τόπος* metaphorice *occasionem*, *opportunitatem* significat. Philo De mut. nom. §. 48. fin. *τόπον διδόναι πρός τι.* Clemens Rom. I ad Cor. 7. *ἐν γενεᾷ καὶ γενεᾷ μετανοίας τόπον ἔδωκεν ὁ δεσπότης.* Act. 25, 16. Ignat. ad Philadelph. c. 2. fin.. *L. Bos*, *Semlerus*, *Cramerus*, *Reichius* al. hanc interpretationem ingressi sunt: sed date *spatium* irae (ut residat), i. q. sed differte vindictam. Provocarunt ad Romanorum usum: Liv. 2, 56. Darent irae spatium. 8, 32. Legati circumstantes sellam orabant, ut rem in posterum diem differret et irae suae spatium et consilio tempus daret. Seneca De irâ 3, 39. Lactant. De irâ 18. Ego vero laudarem, si, quum fuisset iratus, dedisset irae suae spatium, ut residente per intervallum temporis animi tumore haberet modum castigatio. In hujusmodi locis ira non ipsum animi, qui indignatione incaluerit, tumorem, sed facinus, quo irae ardorem expromas et *spatium temporis intervallum* denotat. At *temporis spatium τόπος* Graecis non significat. *γέγραπται γάρ*] Deut. 32, 35. *ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει κύριος*] *ad me* (non ad homines injuriis affectos) *pertinet vindicta*, *ego* (non homines injuriis laesi) *rependam*, *ait dominus* (Deus). *ἐμοι ἐκδίκησις*] Scil. *ἐστίν* (cf. formulam *τί δέ μοι; quid ad me?* in *Bernhardyi* Wissensch. Synt. p. 98. et 1 Cor. 5, 12.) *ad me vindicta* (Bestrafung) *pertinet*, *meum* est ulcisci, punire. Deut. 32, 35. in textu hebraico legitur לִי נָקָם וְשִׁלֵּם *ad me pertinet vindicta et remuneratio.* LXX verterunt *ἐν ἡμέρᾳ ἐκδικήσεως ἀνταποδώσω.* Pro לִי legerunt לְיוֹם (vide textum samaritanum) et pro וְשִׁלֵּם reddiderunt שִׁלֵּם *die vindictae remuneratio* np. *a me proficiscetur* i. q. die vindictae *remunerabor.* Alexandrinos interpretes Philo sequutus est sacrarum legum Alleg. l. III. §. 34. fin. — *ἐν ἡμέρᾳ γάρ, φησίν, ἐκδικήσεως ἐσφραγίσθαι τοὺς τῶν κακῶν θησαυροὺς κτλ..* Paulus collatâ LXX versione locum citatum partim e textu hebraico, partim ex Onkelosi paraphrasi transtulit et de suo *λέγει κύριος* adjecit. Verba hebraica לִי נָקָם sic convertit: *ἐμοὶ ἐκδίκησις.* Tum *ἐγὼ ἀνταποδώσω* ex Onkelosi paraphrasi hausit: קֳדָמַי פּוּרְעָנוּתָא וַאֲנָא אֲשַׁלֵּם hoc est: *coram me est vindicta et ego rependam.* Hanc sequutus est, ut Deus cum pondere diceret: *ego rependam* (non homines laesi), *ἐγὼ ἀνταποδώσω*: cf. verba *ἐμοὶ ἐκδίκησις.* Postremo *λέγει κύριος* (נְאֻם יְהוָֹה) ipse addidit, ne Deum loco allato loquentem induci lectores ignorarent.

Idem eodem consilio fecit Rom. 14,11. 1 Cor. 14,21. et 2 Cor. 6,17. *) Sed Paulum versionem LXX. contulisse ex eo apparere videtur, quod cum eâ in Substantivo ἐκδίκησις et verbo ἀνταποδίδωμι congruit. Variantes lectiones nullius pretii sunt, si unam exceperis. Non legit Ulfilas ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἵνα ἀποδιδῶ (*Griesb.*), sed vertit: *mihi vindicta rellinquatur* (*letaidau*); v. *de Gabelentzium* et *Loebium*. Itaque interpres verbum supplendum liberalius adjecit. Boern. aliique Latini (cf. *Sabatierium*) ἐμοὶ ἐκδίκησις verterunt: *mihi vindictam* (s. *defensam*). Nempe aut ἐκδίκησιν legerunt (v. Hebr. 10,30.), aut ἐκδικήσεις (cf. A. et G.) pro ἐκδίκησις vitiose scriptum Accusativum (ἐκδικήσεις) esse opinati sunt. Hoc vitium codicem, quo Syrus usus est, occupaverat. Praeterea ibi ἐμοί in εἰ μή depravatum erat, nisi forte Syrus ipse ἐμοί in εἰ μή mutavit, ne verba sensu destituerentur. Vertit enim Syrus: ܐܢ ܠܐ ܬܥܒܕ ܕܝܢܐ ܠܢܦܫܟ ܐܢܐ ܐܥܒܕ ܕܝܢܟ (si non feceris judicium tibi ipsi, ego judicium tuum faciam) h. e. (γέγραπται γὰρ) ὅτι εἰ μὴ ἐκδικήσεις ἐγὼ ἀνταποδώσω. Haec sententia praecedenti Pauli praecepto (μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες, ἀγαπητοί, ἀλλὰ δότε τόπον τῇ ὀργῇ) repugnat. Ita antiquissima subsidia critica haud raro foede corrupta sunt. ἐγὼ ἀνταποδώσω] καὶ ἐγὼ ἀνταποδώσω Copt. Syr. p. cum obelo. Arm. Boern. Tert. Cypr. Hilar. Ruf. alii. Placet haec lectio, quoniam cum Onkelosi paraphrasi con-

---

*) *Boehmius* et *Bleekius* ad Hebr. 10,30. scriptorem epistolae ad Hebraeos locum Deut. 32,35. e nostro Pauli loco transscripsisse, quoniam verba allata cum Paulinis prorsus concordarent (ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει κύριος) affirmarunt. Quod mihi parum credibile videtur. Primo enim verba λέγει κύριος in Pauli loco omnibus codicibus continentur et necessaria sunt. (Quippe iis omissis *Deum* Deut. 32,35. *loqui* lectores nescirent.). Contra vocc. λέγει κύριος Hebr. 10,30. non leguntur in D.* 17. 23.* 67.** Syr. Erp. Copt. Aeth. Vulg. Clar. Germ. ibique non solum supervacanea, sed etiam inepta sunt. Nempe Deum Deut. 32,35. loqui scriptor his verbis indicaverat: οἴδαμεν γὰρ τὸν εἰπόντα. Sunt igitur voces λέγει κύριος Hebr. 10,30. de *Millii*, *Bengelii* et *Griesbachii* sententiâ delendae, ut quas librarii ex ep. ad Rom. 12,19. temere addiderint. Itaque scriptor epistolae ad Hebraeos tantummodo in verbis ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω cum Paulo concinit. Hinc illum ab hoc pependisse non consequitur. Potest enim in eadem verba eo incidisse, quod ex iisdem cum Paulo fontibus hausisset, h. e. quod ἐμοὶ ἐκδίκησις e textu hebraico (לִי נָקָם) et ἐγὼ ἀνταποδώσω ex Onkelosi paraphrasi (וַאֲנָא אֲשַׁלֵּם) petiisset. Hûc adde, quod Paulus fortasse scripsit καὶ ἐγὼ ἀνταποδώσω, quam lectionem Hebr. 10,30. Syro excepto nullum subsidium habet.

gruit (וְאָנָא אֲשַׁלֵּם), et quâ P. hausit. Itaque eam recepissem, si melius testata esset.

V. 20. Postquam P. Romanos semet ipsos ulcisci vetuit eosque ut *Deo* vindictam permitterent adhortatus est (v. 19.) inimicorum injurias beneficiis repensandas esse monet (v. 20.).* Nam benignitate vexatorum iram placari (v. 20. *τοῦτο γὰρ ποιῶν κτλ.*). Versu 20. Ap. sacri codicis verba (Prov. 25, 21. 22. LXX.) in rem suam convertit. *ἐὰν οὖν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου*] Aptam sane sententiam fundit vocula *οὖν*, quae vulgatur: *igitur*, h. e. quum vos non vosmet ipsos ulcisci, sed Deo vindictam permittere deceat (v. 19.). Nihilominus Paulum *ἐὰν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου* (ita D.* F. G. 80. Germ. Boern. al.) scripsisse existimo duas ob causas. Docent enim variantes lectiones, librarios asyndeto offensos alios aliam copulam addidisse, ut recte judicavit *Millius* Proleg. §. 1287.. *Ἀλλὰ ἐὰν πεινᾷ κτλ.* praebent A. B. Vulg. Clar. Ruf. al., quod *Lachmannus* recepit, *ἀλλὰ καὶ ἐὰν πεινᾷ κ. τ. ἑ.* habet Pelagius, *ἐὰν δὲ πεινᾷ κτλ.* Syrus phil. et *ἐὰν γὰρ πεινᾷ* Didymus. *Ἀλλά* a *Lachmanno* susceptum illud est, quod in exhortationibus poni constat (v. *Hartungii* Lehre von den griech. Partikeln II, p. 35. sq.), neque praecedenti *ἀλλὰ* respondet (v. 19. *ἀλλὰ δότε τόπον τῇ ὀργῇ*), ut postulationem interdicto (v. 19. *μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες*) oppositam ducat (v. *Rueck.*). Credi hoc posset, si P. Plurali usus esset: *μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες, ἀλλὰ δότε τόπον τῇ ὀργῇ, ἀλλ' ἐὰν πεινᾷ ὁ ἐχθρὸς ὑμῶν, ψωμίζετε αὐτὸν —*. Praeterea Asyndeton in locum, quo abrupte P. loquitur, bene quadrat. Etiam versus 21. nullâ copulâ cum vs. 20. vinctus est. *De Wettius* librarios *molestam* vocem *οὖν*, quâ nemo offensus fuerit, partim expunxisse, partim aliâ copulâ in ejus locum substitutâ mutasse opinatus est. De formis *πεινᾷ* et *διψᾷ* consule *Lobeckium* ad Phryn. p. 61. et *Wineri* gr. p. 73.. Praecepto *esurientem inimicum cibo, sitientem potu recrea* haec generalis sententia illustratur: in inimicum inopiâ laborantem esto liberalis et beneficus (Matth. 25, 35.). Quonam consilio id faciendnm sit Paulus sacris verbis exprimit eodem sensu sumtis, quo Prov. 25, 22. (vide ibi *Ewaldum* et *Maurerum*) leguntur: *nam beneficiis tuis prunas in inimici caput coacervabis* h. e. nam tuâ benignitate gravissimos dolores inimico commovebis, nempe ex poenitentiâ injuriarum tibi inflictarum. Feri enim et immanes sint necesse est, quos non poeniteat eos laesisse, qui injurias beneficiis rependerint et quorum ira benignitate frangi nequeat. Non spectantur h. l. ipsi dolores (impie enim et inhumane ageret,

qui inimicum ureret, ut ei acutos dolores afferret), sed res, quae inimico dolores facturae sint, i. e. poenitentia injuriarum bono viro impositarum. Expende v. vs. 21. νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν (cf. *de Ammon*). Consentiunt in hâc interpretatione recentissimi explicatores (*Rueck.*, *Reich.*, *Koellnerus*, *Meyerus*, *Tholuccius*, *dW.* al.). Arabes *prunas cordis* et *ignem hepatis* pro rebus commemorare, quae gravissimos dolores efficiant animosque excrucient, ostendit Ven. *Gesenius* in libro: Biblisch-exeget. Repertorium, herausgeg. von *Rosenmueller* T. I, p. 140. sq.. *Wolfius*, *Kopp.*, *Reich.*, *Borger.*, aliique ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ i. q. ἐπ᾽ αὐτόν valere putarunt. At inimici caput ipsum ejus caput est, quo congestae prunae acutissimum ei dolorem faciant. Neque Act. 18, 6. τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν· Ps. 7, 17. et in similibus locis (cf. *Wetst.* II, 574.) ἡ κεφαλή τινος iners est hominis circumloquutio, sed hominis caput ibi illud hominis membrum spectatur, quod aliqua res (v. c. peccatum vel calamitas) opprimat. Male *Chrys.*, *Theodoret*, *Theophyl.*, *Photius*, *Beza*, *Estius*, *Grot.*, *Kopp.*, *Boehm.* al. nostrum locum sic enarrarunt: nam hoc faciens candentes carbones in ejus caput coacervabis, i. e. nam tuâ benignitate efficies, ut Deus prunas in ejus caput congerat, i. q. nam tuâ bonitate gravissimas Dei poenas ei contrahes, augebis poenarum procellam, quam Deus in eum effundat (v. *Theodoretum*). Similiter *Wetstenius*: „Carbones ignis significant fulmen [2 Sam. 22, 9.], i. e. vindictam divinam, de quâ comm. 19. sermo est." Gravium, quae aliquem vehementer urant, Dei poenarum notionem prunarum in alicujus caput acervatarum mentione a quoquam enuntiatam esse nemo demonstravit. Frustra ad 4 Esr. 16, 54. provocatum est: „Non dicat peccator se non peccasse, quoniam carbones ignis comburet (Deus, cf. v. 49. 53. 68.) super caput *ejus*, *qui* dicit: non peccavi coram domino Deo et gloriâ ipsius." Nam h. l. carbones ignis super alicujus caput comburere *certissimam perniciem alicui afferre* declarat. Dici autem extraordinarias Dei poenas non loquutio *carbones ignis in alicujus caput comburere*, sed res et contexta oratio ostendit (cf. 15, 41. 49. 61. sq. 16, 4. 6. 9. 15. 78.). Neque Ps. 140, 11. et 11, 5. rem comprobant. Illic optat poëta, ut improbos homines vel incendium, quod injectae prunae excitaverint, absumat, vel aquarum gurgites (al. terrae labes) perimant; hîc exstinguere Jehovam pro suâ sanctitate facinorosos homines jactis de coelo fulminibus et sulphure demisso, quibus suppliciis olim Sodoma everterit Genes. 19, 24., psaltes monet. Praeterea insana sententia est, idcirco inimicum beneficiis cumulandum esse, ut ei

quam maximus dolor inuratur tamque malignam hominis christiani benevolentiam eo apud Deum valituram esse, ut ejus vexatorem gravissime puniat. Hoc impius et qui alieno malo gaudeat homo dixerit, non Paulus, vir pius et humanus (cf. vs. 14. 17. 19. 21.). Vanis argutiis usi sunt interpretes, ut sententiae perversitatem tollerent. *Theodoretus*, *Theophyl.*, *Photius*, *Koppius* al.. Paulum idcirco inimicum cibo potuque reficiendum esse, ut benignitate ejus supplicia augerentur, dixisse negarunt, eum scripsisse quae scripsisset, tum ut se ad Romanorum iracundiam (*τὴν μικροψυχίαν*) componeret, quae inimicorum infortunio delectaretur (*Theophyl.*), tum ut eorum adversarios ab injuriis deterreret affirmarunt. At si illorum interpretatio vera esset, Romanis beneficia in inimicos *ideo* conferenda esse, *ut beneficiis affecti adversarii Deo gravissimas poenas dependerent* Paulus perspicuis verbis dixisset. Perverse etiam Paulus Romanos ad injurias constanter perferendas (*Kopp.*) iis verbis adducere studuisset, quae eorum iracundiam inflammassent. *Grotius* sententiam hanc esse putavit: nam tuâ bonitate efficies, ut inimico gravis poena a Deo impendeat, *nisi resipuerit*. Quasi vero non inhumanum et improbum sit, inimicum *idcirco* beneficiis prosequi, *quia, si beneficentiâ ad meliorem mentem revocari non potuerit*, futurum sit, ut Deus gravissimas poenas de eo capiat! *Tholuccius*, ὁ βαϑύνους, *Chrysostomi* interpretationem ita defendi posse perhibuit, ut eo sane consilio inimicum beneficiis ornandum esse, ut ejus ira molliatur, non ut ei pestis importetur, sed Dei tamen instituta (Rom. 2,5.) poscere, ut si in malitiâ perseveraverit gravissimas poenas Deo persolvat Paulum dixisse statuamus. Si haec sententia e Pauli verbis erui posset *Tholuccius* aliquid dixisset. Sed si eorum, qui Chrysostomi vestigiis ingressi sunt, interpretationem probaveris, Paulum hanc impuram sententiam: esto in inimicum liberalis, *quia hoc facto ei gravissimas Dei poenas contrahes* enuntiasse manifestum est. Ut *Vatabli* et *Schultensii* ad Prov. l. l. inventum refutem, non opus est: „candentes carbones in ejus caput congeres h. e. *incendes eum totum ad redamandum te.* Adde *Gloeckleri* commentum: nam beneficiis inimicum, crudo cibo assimilandum, mollem reddes, quo modo incocti cibi prunis ollae impositis percoquuntur!

V. 21. Nunc P. versu 19. et 20. dicta in summam confert. *Noli*, inquit, *vinci malo* (h. e. injuriâ ad vindictam abripi, cf. v. 19.), *sed vince malum bonitate* (i. e. frange inimici, qui tibi injuriam fecerit, iram benignitate, fac tibi

amicum ex inimico beneficiis, cf. v. 20.). Seneca De benef. 7,31.. Vincit malos pertinax bonitas, nec quisquam tam duri infestique erga diligenda animi est, ut etiam vi tractus bonos non amet —. De irâ 2,32.. Non enim ut in beneficiis honestum est merita meritis repensare, ita injurias injuriis: illic vinci turpe est, hîc vincere. Similes sententiae a *Gatakero* ad Anton. 6,6. et *Wetstenio* ad h. l. congestae sunt.

CAP. XIII.

ARGUMENTUM.

Unusquisque magistratibus pareat: omnes enim magistratus divinitus constituti sunt (v. 1.). Itaque qui homini magistratum gerenti reluctatur a Deo factae constitutioni renititur: quod qui faciunt in suam sibi perniciem sententiam ferent a Deo per magistratus, quos constituit (v. 2.). Nam magistratus non bene, sed male agenti formidandi sunt. Vis tu magistratuum poenâ vacare: recte fac et laudabunt te recte agentem magistratus (v. 3.): nam Dei ministri sunt probos homines pro suâ justitiâ tuentis; sin male agas, in metu esto: nam non temere magistratus gladium gestant: sunt enim Dei ministri, ultores, qui iram poenamque expromant, hominis malefici (v. 4.). Itaque necessum est obedire, non solum ut poena devitetur, sed etiam ne conscientia contaminetur (v. 5.). Nam ut magistratus Dei mandatu homines maleficos puniant proborumque saluti prospiciant etiam tributa penditis. Quippe sunt magistratus ministri Dei, hoc ipso consilio (ut Deo serviant) in munere suo assidui (v. 6.). Omnibus magistratibus reddite quae debetis (v. 7.). Nulli homini quidquam debete, nisi ut mutuum amorem vos debere existimetis. Nam qui alterum diligit, is Mosis legem, *quatenus ne injuriam alteri inferamus interdicit*, implevit (v. 8—10.). Hoc de mutuo amore praeceptum tanto diligentius facessite, quanto certius est nos eo tempore vivere, quod non somnolentiam, sed strenuitatem postulet (v. 11.). Ultima jam noctis pars est, mox (Christi) dies illucescet, qui industriam eamque honestam poscit. Itaque tanquam lux jam orta sit, quemadmodum homines strenuos et pudentes facere decet, et inertiae veternum excutiamus et libidine ex animis ejectâ honeste atque pie vivamus (v. 12—14.).

V. 1. *Πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασ-*
σέσθω· οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία εἰ μὴ ἀπὸ θεοῦ, αἱ δὲ οὖσαι
ὑπὸ θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν. 2. *Ὥστε ὁ ἀντιτασσόμενος τῇ*
ἐξουσίᾳ τῇ τοῦ θεοῦ διαταγῇ ἀνθέστηκεν, οἱ δὲ ἀνθε-
στηκότες ἑαυτοῖς κρίμα λήψονται. 3. *Οἱ γὰρ ἄρχοντες*
οὐκ εἰσὶ φόβος τῷ ἀγαθῷ ἔργῳ, ἀλλὰ τῷ κακῷ. Θέ-
λεις δὲ μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν· τὸ ἀγαθὸν ποίει,
καὶ ἕξεις ἔπαινον ἐξ αὐτῆς. 4. *Θεοῦ γὰρ διάκονός ἐστι,*
σοὶ εἰς τὸ ἀγαθόν. Ἐὰν δὲ τὸ κακὸν ποιῇς, φοβοῦ· οὐ
γὰρ εἰκῇ τὴν μάχαιραν φορεῖ· θεοῦ γὰρ διάκονός ἐστιν,
ἔκδικος εἰς ὀργὴν τῷ τὸ κακὸν πράσσοντι. 5. *Διὸ ἀνάγ-*
κη ὑποτάσσεσθαι, οὐ μόνον διὰ τὴν ὀργήν, ἀλλὰ καὶ
διὰ τὴν συνείδησιν. 6. *Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ φόρους τε-*

λεῖτε· λειτουργοὶ γὰρ θεοῦ εἰσὶν εἰς αὐτὸ τοῦτο προσκαρτεροῦντες. 7. Ἀπόδοτε πᾶσι τὰς ὀφειλάς, τῷ τὸν φόρον τὸν φόρον, τῷ τὸ τέλος τὸ τέλος, τῷ τὸν φόβον τὸν φόβον, τῷ τὴν τιμὴν τὴν τιμήν.

Copiose et graviter, ut magistratibus obediant, nunc P. Romanos hortatur v. 1—7.. Quae quidem admonitionis severitas et ubertas facit, ut idoneas fuisse causas suspicemur, quibus motus Ap. ne magistratibus reluctarentur Romanos accurate et instanter monendos esse duxerit. Praeterea quaeritur, cur hoc potissimum loco obedientiam magistratibus praestandam Romanis commendaverit. Neutra res expediri potest, nisi quidnam P. h. l. dixerit expenderimus. Absolvitur autem Pauli disputatio his sententiis: nemo non iis obtemperet, qui magistratus obtineant (v. 1.) et singulis exsolvat ipsis debita (v. 7.). Nam quicunque gerunt magistratus divinitus constituti sunt (v. 1.), ut probos homines tueantur (v. 3. 4. 1 Tim. 2,2.), improbos puniant (v. 3. 4. 1 Petr. 2,14.). Oportet igitur te magistratibus obedire, non solum ne poenam sustineas, verum etiam ut Deo satisfacias (v. 2. 5.). Male *Chrysostomus* *), *Theodoretus*, *Theophylactus*, *Clarius*, *Morus* aliique *munus*, quo magistratus fungantur, de Pauli sententiâ divinitus constitutum esse, non singulos homines, qui civitates imperio regant Deum creasse contenderunt, ut Pauli mentem hanc esse crederent: omnia imperia Deus constituit: vult enim, ut hominum societas bene temperata sit, nonnullos imperare, ceteros parere, quemadmodum filium patris, discipulum magistri disciplinâ contineri jussit. Scilicet ut *hominibus*, qui in magistratu essent debita officia praestarent Ap. Romanos h. l. adhortari debuit (v. 7.). Non igitur eos hâc observatione movisset: quotquot in vestrâ urbe *im-*

*) *Chrysostomus* ad v. 1.: — *Οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία, φησίν, εἰ μὴ ὑπὸ τοῦ θεοῦ. Τί λέγεις; πᾶς οὖν ἄρχων ἀπὸ τοῦ θεοῦ κεχειροτόνηται; Οὐ τοῦτο λέγω, φησίν· οὐδὲ γὰρ περὶ τῶν καθ᾽ ἕκαστον ἀρχόντων ὁ λόγος μοι νῦν, ἀλλὰ περὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος. Τὸ γὰρ ἀρχὰς εἶναι, καὶ τοὺς μὲν ἄρχειν, τοὺς δὲ ἄρχεσθαι, καὶ μηδὲ ἁπλῶς καὶ ἀνέδην ἅπαντα φέρεσθαι, ὥσπερ κυμάτων τῇδε κἀκεῖσε τῶν δήμων περιαγομένων, τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας ἔργον εἶναί φημι. Διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν· οὐ γάρ ἐστιν ἄρχων, εἰ μὴ ὑπὸ θεοῦ, ἀλλὰ περὶ τοῦ πράγματος διαλέγεται λέγων· Οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία, εἰ μὴ ὑπὸ θεοῦ —. — — — — Ἐπειδὴ γὰρ τὸ ὁμότιμον μάχην πολλάκις εἰςάγει, πολλὰς ἐποίησε τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ὑποταγάς, οἷον ὡς ἀνδρὸς καὶ γυναικός, ὡς παιδὸς καὶ πατρός, ὡς πρεσβύτου καὶ νέου, ὡς δούλου καὶ ἐλευθέρου, ὡς ἄρχοντος καὶ ἀρχομένου, ὡς διδασκάλου καὶ μαθητοῦ.*

peria sunt, ea Deus constituit (v. 1.). Recte enim respondissent: divina sunt nostra imperia, sed spurci et Deo inimici homines, qui magistratus apud nos gerunt. Et *τῆς ἐξουσίας* vocabulum v. 1. et 2. de *hominibus*, qui magistratum obtineant, dici e vs. 3. (*οἱ γὰρ ἄρχοντες* etc.) et 7. (*ἀπόδοτε οὖν πᾶσι τὰς ὀφειλάς, τῷ — τῷ* etc.) perspicuum est. Inepte igitur *Chrys.* sententiam suam veram esse ex eo intelligi ait, quod P. vs. 1. non *οὐ γάρ ἐστιν ἄρχων, εἰ μὴ κτλ.*, sed *οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία, εἰ μὴ κτἑ.* scripserit. Certum est igitur, Paulum; Christo Joh. 19, 11. assensum hanc sententiam professum esse: neminem non, cui imperium evenerit, in altum fastigium Deum pro suâ omnipotentiâ Luc. 1, 52. evexisse, ne crudelissimo quidem tyranno excepto. Quumque reges et principes Deum constituisse alii alio sensu dixerint *) Paulum eos ab omnipo-

---

*) Multorum numinum cultores suam cuique provinciam mandare soliti reges ab Jove satos dixerunt, non quod eos genus ab Jove ducere crederent, sed quod Jupiter homines quibus principatum dedisset tutaretur, regeret et observaret, quemadmodum Mars bellatores ab se inspiratos, Diana venatores, Apollo et Musae musicos et poëtas tuerentur (cf. *Passouii* Lex. s. v. *διογενής* et *διοτρεφής*). Hesiodus Theog. v. 94. *Ἐκ γὰρ Μουσάων καὶ ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος | ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν ἐπὶ χθόνα καὶ κιθαρισταί. | Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες.* Hom. Il. α, 277. — *μήτε σύ, Πηλείδη, ἔθελ' ἐριζέμεναι βασιλῆϊ | ἀντιβίην· ἐπεὶ οὔποθ' ὁμοίης ἔμμορε τιμῆς | σκηπτοῦχος βασιλεύς, ᾧτε Ζεὺς κῦδος ἔδωκεν.* β. 196. *θυμὸς δὲ μέγας ἐστὶ διοτρεφέος βασιλῆος· | τιμὴ δ' ἐκ Διός ἐστι, φιλεῖ δέ ἑ μητιέτα Ζεύς.* v. 204. *Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω, | εἷς βασιλεύς, ᾧ ἔδωκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω | σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θέμιστας, ἵνα σφίσιν ἐμβασιλεύῃ.* Callimachus Hymn. in Jovem 76. *Αὐτίκα χαλκῆας μὲν ὑδείομεν Ἡφαίστοιο· | τευχηστὰς δ' Ἄρηος· ἐπακτῆρας δὲ χιτώνης | Ἀρτέμιδος· Φοίβου δὲ λύρης εὖ εἰδότας οἴμους· | ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες· ἐπεὶ Διὸς οὐδὲν ἀνάκτων | θειότερον· τῷ καί σφι τεὴν ἐκρίναο λάξιν· | δῶκας δὲ πτολίεθρα φυλασσέμεν· ἵζεο δ' αὐτὸς | ἄκρῃς ἐν πτολίεσσιν, ἐπόψιος οἵ τε δίκῃσι | λαὸν ὑπὸ σκολιῇς, οἵ τ' ἔμπαλιν ἰθύνουσιν.* Neque tamen defuerunt, qui regum genus continuâ serie ab Jove repeterent, cf. Plato Alcibiad. I, p. 121. (c. 35.). Deinde inventi sunt, qui *bonos* tantummodo reges ab Jove constitutos esse arbitrarentur: cf. Dio Chrysostomus Or. I. (*περὶ βασιλείας*), p. 3. (p. 47. *Reisk.*) — *πάνυ γὰρ οὖν καλῶς σὺν ἄλλοις πλείοσιν Ὅμηρος* (Il. β. 205.), *ἐμοὶ δοκεῖν, καὶ τοῦτο ἔφη, ὡς οὐχ ἅπαντας παρὰ τοῦ Διὸς ἔχοντας τὸ σκῆπτρον, οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ταύτην, ἀλλὰ μόνους τοὺς ἀγαθούς.* Cic. De re publ. I, 41, 64.. Tum qui *fato* omnia regi putarunt principes *fatali necessitate* constitui affirmarunt. Cf. Suet. Tit. c. 9. Duos patricii generis, convictos in affectatione imperii nihil amplius, quam ut desisterent monuit (Titus), dicens *principatum fato dari* — —. — — Dicitur etiam cognitâ utriusque geniturâ *imminere ambobus periculum* affirmasse — —. Postremo exstiterunt, qui, ut Christus Joh. 19, 11. et Paulus Rom.

tenti Deo, *ut ipsius loco jus hominibus redderent* factos esse censuisse e vs. 3. et 4. elucet. Quamquam Paulus magistratus non quales multis locis sunt, sed quales eos esse *decet* h. l. spectavit (vs. 3—6.), tamen sententia ab eo dicta *omnes imperia adeptos homines*, *ut suo loco jus hominibus dent Deus constituit* (vs. 2. sq.) verissima est, siquidem Deum omnia moderari recte credimus et verum est, vix ullum inventum esse tyrannum legis divinitus sibi impositae tam immemorem, qui juris titulum non praetenderet injuriae. Humanos, frugales, clementes, sapientes, fortes principes nacti summam Dei in nos benignitatem pie veneremur (Jes. 1,26. Jer. 3,15.); superbis, luxuriosis, crudelibus, stultis et ignavis subjecti Deum nos non minus benevole severâ disciplinâ, ut robur animis nostris inseminetur (Hebr. 12,5. sq.) cohibere et acerbam nobis medicinam, ut persanemur, adhibere meminerimus (Jes. 3,4.). Christus et Apostoli has duras leges nobis scripserunt, ut hominibus privatis os ad contumeliam ultro praeberemus eorumque odia beneficiis rependeremus (Matth. 5,39. sqq. Rom. 12,14. 17. 19. sqq.); quanto magis illos flagitare, ut regum et magistratuum injurias aequo animo toleremus, consentaneum est? Non nobis, sed Deo principes factorum rationem reddituri sunt (Rom. 12,19.). Neque dubito, quin P. quaecunque magistratus nobis imperaverint enixe facienda esse statuerit, iis quidem postulatis exceptis, qui-

---

13,1. sq, *divinam providentiam* reges et magistratus constituere censerent. Joseph. B. J. 2,8,7. (de Esseniis) — *πρὶν δὲ τῆς κοινῆς ἅψασθαι τροφῆς ὅρκους αὐτοῖς ὄμνυσι* (rite exploratus et probatus, priusquam in Esseniorum consortium admittatur) *φρικώδεις* — — — *τὸ πιστὸν παρέξειν πᾶσι, μάλιστα δὲ τοῖς κρατοῦσιν· οὐ γὰρ δίχα θεοῦ περιγίνεσθαί τινι τὸ ἄρχειν.* Plinius Paneg. c. 1. Ac si adhuc dubium fuisset, forte casuque rectores terris, *an aliquo numine* darentur, principem tamen nostrum liqueret divinitus constitutum. Plinius hoc dicit: rectores terris Deorum providentiâ dari; Trajanum divinitus constitutum esse, et qui secundo omine Capitolium ascendisset (c. 5.) et in Capitolio, Jovis sede, electus esset (c. 1.). Personatus Salomo Sap. 6,3. Jehovam exteros reges, ut justitiam colerent, constituisse (cf. v. 10. et 5.), sed superbos et injustos eundem gravibus poenis affecturum (v. 5. sq.) esse affirmat. Scilicet Hebraei Jehovam, ut Israelitas coerceret, exteros populos et reges potentes reddere, potentiâ superbe abusos graviter punire autumarunt (Jes. 10,5. sq.). Male *Reich.* II, p. 444. locum Epicteti enchir. c. 29. addidit, in quo *de philosophiae studiosis*, non de regibus agatur et quem *Wetstenius*, ut Pauli verba Rom. 13,1. *αἱ δὲ οὖσαι ὑπὸ θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν* illustraret, attulerit. Epicteti verba haec sunt: — *σὺ δὲ* (scil. ὁ *τὴν φιλοσοφίαν ἐπιθυμῶν*) *ὀφρὺν μὲν μὴ σχῇς, τῶν δὲ βελτίστων σοι φαινομένων οὕτως ἔχου, ὡς ὑπὸ τοῦ θεοῦ τεταγμένος εἰς ταύτην τὴν τάξιν.* Idem vir doctus l. c. Callimachi verba Hesiodo tribuit.

bus *Dei* imperia oppugnentur (Act. 4,19. 5,29.); in quâ re haec cautio est, ne nostra commenta cum Dei praeceptis temere confundamus. Sane P. locum de principum et subditorum ratione et officiis hîc non absolvit. Neque enim singula magistratuum in cives officia posuit, neque leges scripsit civibus tum observandas, quum plures de principatus jure inter se contendunt. Nihilominus quae P. paucis verbis h. l. edixit ejusmodi sunt, ut, nisi forte rei publicae perturbatio inciderit, principum et civium vitam praeclare moderari videantur. Quicunque magistratum habeant, eos divinitus constitutos esse monuit v. 1.. Itaque Christiani, summum decus piâ injuriarum tolerantiâ parari memores (Matth. 5,39. sqq. Rom. 12,14. 17. sq.), citius se a regibus et magistratibus excarnificari patientur, quam civitatis otium turbent, seditionem concitent et res novas moliantur. Soph. Antig. v. 668. ἀναρχίας δὲ μεῖζον οὐκ ἔστιν κακόν. Lege v. sequentia. Principes autem, quos P. ut Dei loco jus civibus redderent divinitus constitutos esse dixerit (vs. 1—6.), si sanâ mente sunt, quum suum cuique tribuant, non quum potentiâ ad injuriam abutantur Dei se ministros esse existimabunt. Qui non nisi legitimos, probos et salutares magistratus a Deo constitutos esse Paulum h. l. docere opinati sunt (*Reichius* II, 445.), praeterquam quod generalia Apostoli verba v. 1. οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία, εἰ μὴ ἀπὸ θεοῦ, αἱ δὲ οὖσαι ὑπὸ θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν precario arctioribus limitibus circumscripserunt, christianae disciplinae neque pietatem (Luc. 1,52. Joh. 19,11.), neque severitatem (Matth. 5,39. Rom. 12, 14—21.) ponderasse videntur.

Multa sunt, quae Romanos, ut magistratibus obstreperent et debita jura denegarent, invitare possent. Judaei exteris magistratibus inviti paruerunt. Namque Moses Judaeis praeceperat, ut suae nationis virum neque extraneum regem sibi praeficerent (Deut. 17,15.). Praeterea paganos Satanam, ipsos Jehovam regere opinati sunt Luc. 4, 6. Joh. 12, 31. Eph. 6, 12.). Itaque Pharisaei, utrum Caesari tributum solvi lex divina permitteret, an vetaret, quoniam unus esset Israelitarum legitimus rex, Jehovah, Jesum percontati sunt Matth. 22, 17.: Judas, Galilaeus unum dominum et rectorem Deum habendum esse ratus cum suorum sectatorum catervâ a Romanis defecit (Joseph. A. J. 18, 1, 6. B. J. 2, 8, 1. Act. 5, 37.): circiter sex Pharisaeorum millia, se Caesaris et Herodis rebus fauturos esse non jurarunt (Joseph. A. J. 17, 2, 4.) et Judaeos assidue tumultuantes Claudius Româ expulit (Suet. Claud. c. 25. Act. 18, 2.). Quamobrem fieri potest, ut romani Christiani, qui olim Judaei fuissent, judaicis de Deo, uno Judaeorum rege

et Satana, gentilium rectore, opinionibus imbuti aut magistratibus romanis tum refragarentur, aut saltem P. ne id facerent metueret. Eos autem Christianos, qui aliquando gentiles fuissent, ut paganorum magistratus contemnerent, multa movere potuerunt, Pauli de Christianis per Christum in libertatem vindicatis doctrina male intellecta (1 Cor. 7, 23. Gal. 5, 1. cf. 1 Petr. 2, 16.), propinqua Christi de coelo reditus perque eum in homines a Christi sacris alienos imperii impetrandi spes (Rom. 13, 11. Hebr. 10, 25. 1 Cor. 6, 2 sq. 2 Tim. 2, 12. Apoc. 5, 10. 22, 5.) Pauli mandatum, ut Christiani lites inter se ortas ipsi potius dirimerent, quam causas ad gentilium magistratus deferrent 1 Cor. 6, 2 sqq. et romanorum imperatorum (Tiberii, Caligulae, Claudii, Neronis) nequitia, quae singula etiam eorum Christianorum, qui Judaei fuissent, animos irritare potuerunt. Quo malignius autem Christianos, quod totum orbem terrarum Christo in Caesaris locum suffecto turbarent, Judaei incusarunt (Act. 17, 6. 7.) quoque magis verendum erat, ne si Christiani Romae, quae orbi terrarum leges imponeret, magistratus contemsissent doctrina christiana magnum detrimentum acciperet, tanto impensius Romani ut magistratus honorarent a Paulo admonendi erant. Quamquam haec speciose disputari solent (cf. *Reich.* et *Rueck.*), tamen fatendum est, res, quae Romanos in magistratus contumaces fecerint, e Pauli verbis erui non posse, e quibus nihil nisi hoc cognoscatur, fuisse Romae, qui magistratibus tributa, vectigalia et reverentiam negarent (v. 7.) Paulum aut ex amicis audivisse (16, 3. sq.), aut ipsum suspicatum esse. Vener. *Baurus* (cf. Tübinger Zeitschrift für Theologie 1836. fasc. III. p. 130 sq.) Paulum, quod Romani Ebionitarum opinione imbuti magistratus *a Satana* constitutos esse putassent, eos *Deum* constituisse h. l. ostendisse statuit. Haec sententia vel si Pauli verba consideraveris parum probabilis videatur necesse est. Nam ut magistratus *non a Satana*, *sed a Deo* constitutos esse demonstraretur, non satis erat hoc dici *esse magistratus divinos*, *quoniam Dei loco jus hominibus dent*: hoc addi debuit: *qui justitiam exerceant*, *probos homines tueantur*, *improbos puniant eos Satanae ministros esse absurde existimari*. Minus etiam *Bauri* conjectura tum placuerit, quum Ebionitarum opinionem expenderis. Qui quum *Deum* Satanae *τὸν αἰῶνα τοῦτον*, Christo *τὸν μέλλοντα αἰῶνα* subjecisse putaverint *),

*) Epiphanius Haeres. 30, 16. — *δύο δέ τινας, ὡς ἔφην, συνιστῶσιν ἐκ θεοῦ τεταγμένους, ἕνα μὲν τὸν Χριστόν, ἕνα δὲ τὸν Διάβολον, καὶ τὸν μὲν Χριστὸν λέγουσι τοῦ μέλλοντος αἰῶνος εἰληφέναι τὸν Κλῆρον, τὸν δὲ Διάβολον τοῦτον πεπιστεῦσθαι τὸν αἰῶνα,*

in promtu est, de eorum opinione et Satanam et Christum regem *a Deo* constitutum esse. Proinde P. pravam Romanorum, qui magistratus Satanae imperio contribuissent, sententiam non hâc observatione refellisset: magistratus *a Deo* constituti sunt. Recte enim objecissent: Deus et Satanam et Christum regem fecit: potest igitur magistratus Deus in *Satanae* regno collocasse. Imo ut ista opinio refutaretur Paulo sic disputandum fuisset: Deum Satanae *τὸν αἰῶνα τοῦτον totum* attribuisse falsum est; nonnullas enim hujus mundi res vel suo vel Christi imperio subdidit, in his magistratus, propterea pie colendos, quoniam vel Dei vel Christi ministri sunt. Ultimum est, ut cur P. hoc potissimum loco Romanos ut magistratibus obtemperarent monuerit videamus. *Flattus*, *Olshausenus* et *Tholuccius* Paulum postquam ut Romani privatorum virorum vexationes aequo animo ferrent poposcisset 12, 14. 19. sq. etiam *magistratuum injurias* iis fortiter et pie patiendas esse c. 13, 1. sq. adjecisse crediderunt. Quae opinio absurda est propterea, quod Apostolus c. 13, 1—7. magistratus non promtos ad inferendam injuriam sed *justos et suum cuique tribuentes* finxit. *Borgerus* c. 13, v. 1. sqq. cum c. 12, vs. 19. sic cohaerere putavit: Deus injuriarum vobis factarum vindex erit (12, 19.) per magistratus, quos ut homines improbos poenis afficerent constituit (13, 4.). At superquam quod 13, 1. ad 12, 19. respici nihil indicio est, Paulus 13, 1. sq. neminem non magistratibus obedire jubet propterea, quod Deus eos, ut probos homines ornent, improbos puniant, constituerit, non Deum lectorum vexatores per magistratus ideo factos, ut de scelestis hominibus supplicia sumerent, puniturum esse exponit. Mihi Pauli disputatio 13, 1—7. non nisi laxiore vinculo cum c. 12. cohaerere videtur. Ubi quum P. quomodo Romanos in *viros privatos*, *qui a Christi disciplinâ abhorrerent*, animatos esse oporteret passim indicasset (v. 14. 17. sq.), aptissime quo eos animo in *ethnicorum magistratus* esse deceret explicuit 13, 1—7.

V. 1. *Πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω*] *unusquisque magistratibus praecellentibus obtemperet.*

ἐκ προσταγῆς δῆθεν τοῦ παντοκράτορος κατὰ αἴτησιν ἑκατέρων αὐτῶν. Clement. Homil. 15, 7. *ὁ τῆς ἀληθείας προφήτης παρὼν ἐδίδαξεν ἡμᾶς, ὅτι ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς καὶ θεὸς δυσίν τισιν ἀπένειμεν βασιλείας δύο, ἀγαθῷ τε καὶ πονηρῷ, δοὺς τῷ μὲν κακῷ τοῦ παρόντος κόσμου μετὰ νόμου τὴν βασιλείαν, ὥστ᾽ ἂν ἔχειν ἐξουσίαν κολάζειν τοὺς ἀδικοῦντας* [at non *τὸν μισθὸν ἀπονέμειν τοῖς δικαίοις*, cf. Rom. 13, 3.] *τῷ δὲ ἀγαθῷ τὸν ἐσόμενον ἀΐδιον αἰῶνα, ἕκαστον δὲ τῶν ἀνθρώπων ἐλεύθερον ἐποίησεν ἔχειν τὴν ἐξουσίαν ἑαυτὸν ἀπονέμειν ᾧ βούλεται, ἢ τῷ παρόντι κακῷ, ἢ τῷ μέλλοντι ἀγαθῷ.*

πᾶσα ψυχή] *unusquisque.* Cf. Levit. 17,12. כָּל־נֶפֶשׁ. Cujusque hominis una mens est, unum caput, unum corpus. Quot igitur hominum mentes, capita et corpora sunt, tot homines sunt. Quare non mirum est, mentes, capita et corpora, maxime ubi hominum numerus ineatur, pro hominibus commemorari. Cf. Exod. 1,5. שִׁבְעִים נֶפֶשׁ Act. 2,41. *ψυχαὶ ὡσεὶ τρισχίλιαι.* 1 Petr. 3,20. *ὀκτὼ ψυχαί.* Eurip. Androm. p. 612. — *ψυχὰς δὲ πολλὰς κἀγαθὰς ἀπώλεσας* —. Med. v. 247. — *ἡμῖν δ' ἀνάγκη πρὸς μίαν ψυχὴν βλέπειν.* Soph. Antig. v. 671. — *τῶν δ' ὀρθουμένων | σώζει τὰ πολλὰ σώμαϑ' ἡ πειϑαρχία.* Liv. 24,5. capita vilissima i. e. homines vilissimi. Argutati sunt, qui Paulum quod obedientia *a mente libertate praeditâ* proficiscatur *πᾶσα ψυχή* quam *πᾶς ἄνϑρωπος* ponere maluisse contenderunt (*Beng.*, *Meyerus* al.). *Chrysostomus*: *πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσϑω*] *κἂν ἀπόστολος ἦς, κἂν εὐαγγελιστής, κἂν προφήτης, κἂν ὁστισοῦν.* *Τῆς ἐξουσίας* vocabulum, quemadmodum Romanorum *magistratus* et munus potestatemque (Joseph. B. J. 2,8,7.) et *hominem*, qui magistratum gerit, significat (Tit. 3,1. Cic. Tusc. I,30,74. — Nec tamen illa vincla carceris ruperit (leges enim vetant.), sed tanquam *a magistratu, aut ab aliquâ potestate legitimâ*, sic a Deo evocatus atque emissus, exierit.). H. l. (v. 1—3.) vocabulum *τῆς ἐξουσίας homines*, qui magistratum obtineant, valere v. 3. (*οἱ γὰρ ἄρχοντες κτλ.*) 6. et 7. docent. *ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις*] Male *Carpzovius*, *Chr. Fr. Schmidius*, *Reichardus*, *Wilkius* s. v. *ὑπερέχω* aliique *summis magistratibus.* Hunc sensum vocabula haberent, si Ap. h. l. magistratus cum magistratibus contenderet. Nam qui inter magistratus eminent, aut summi, aut saltem majores magistratus sunt. At quum P. omnibus promiscue magistratibus debita officia praestare Romanos jusserit (v. 7.), magistratus cum viris privatis ab eo comparari apparet (cf. *Calvinus*). Est igitur *ὑπερεχούσαις* magistratuum epitheton, quod eorum reverentiam Romanis incuteret eosque auctoritate Christianos romanos superare indicaret (*praecellentibus* magistratibus h. e. magistratibus, qui dignitate vos antecedunt; non accurate *Lutherus*: Jedermann sei unterthan der Obrigkeit, die Gewalt über ihn hat). *Morus* loquutionem vernaculam eine hohe Obrigkeit contulit. Perperam *Beza*, *Bengel.*, *Meyerus*, *Rueck.* al. Paulum *duo* argumenta afferre, quibus motos magistratibus obedire Romanos oporteat dixerunt, unum voci *ὑπερεχούσαις* inclusum (esse magistratuum, quam subditorum altius fastigium), alterum proximis verbis *οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία, εἰ μὴ ἀπὸ ϑεοῦ κτλ.* enuntiatum, quod Apostolo *pietas* suppeditasset

(esse magistratus *divinitus* constitutos). Nam ut hoc diceretur hâc disputatione opus fuisset: *πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑποτασσέσθω, ὅτι ὑπερέχουσιν· οὐ γάρ ἐστιν ὑπερέχουσα ἐξουσία, εἰ μὴ ἀπὸ θεοῦ κ. τ. ἑ.*. Inepte vero *Wilkius* l. c. *ὑπερέχω* absolute positum h. l. et 1 Petr. 2,13. Sap. 6,5. Polyb. 28,4,9. *summus sum* declarare contendit. 1 Petr. 2,13. imperator cum ceteris hominibus collatus *ὑπερέχων* vocatur, quod subditis excellat: Sap. 6,5. reges *οἱ ὑπερέχοντες* dicuntur, quod subditis potentiores sint iisque antecellant (cf. *ἐν ὑπεροχῇ κεῖσθαι* 2 Macc. 3,11. et *ἐν ὑπεροχῇ εἶναι* 1 Tim. 2,2.) et Polyb. 28,4,9. vox *οἱ ὑπερέχοντες* significat *potentiores*. *ὑποτάσσεσθαί τινι se alicui subjicere*, *alicui parere* notat, non solum insitum et necessitate coactum (Rom. 8,20.), sed etiam ultro, officii memorem (Luc. 2,51. Tit. 2,5.). Frustra igitur *Erasmus* tyrannis quoque obsecundandum esse e verbo *ὑποτασσέσθω* extricare studuit: „Notavit *Chrysostomus ὑποτασσέσθω* [— *καὶ οὐχ ἁπλῶς εἶπε πειθέσθω, ἀλλ' ὑποτασσέσθω.*]. Non enim dixit *πειθέσθω*, quod est simpliciter *parete*, sed *subditi estote*. Nam *πείθεσθαι* dicuntur qui *persuasi parent*, h. e. dicto audientes sunt, quod unico verbo Graeci dicunt *πειθαρχεῖν*, sed *ὑποτάσσονται* et servi. Exigit igitur Apostolus a Christianis, ut tyrannis quoque obsecundent, et ferant: veluti quum tyrannus dicit, *i in carcerem*, eant; *pone cervicem*, ponant." *πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω*] D.* F. G. Clar. Boern. Harl. Iren. adv. Haer. 5,24,1. Tert. Scorp. c. 14. [Plane monet Romanos *omnibus* potestatibus subjici, quia non sit potestas, nisi a Deo etc.] Ambrosiast. Sedul. *πάσαις ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτάσσεσθε.* - Haec lectio ab omnibus Criticis recte spreta est. Nam iis debetur, qui quum *omnibus* magistratibus obediendum esse Paulum h. l. (cf. v. 1. fin. et v. 7.) docere vidissent idque lectoribus dicere constituissent, hanc sententiam primis statim hujus versus verbis nonnihil ab se mutatis enuntiavissent. Vulgatam scripturam Syrus, Germ., Vulg. aliique pervetusti auctores testantur. Ratio, cur magistratibus parendum sit, in eo cernitur, quod omnes magistratus divini sint h. e. a Deo constituti (*οὐ γάρ ἐστιν — — ὑπὸ θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν*). *εἰ μὴ ἀπὸ θεοῦ*] *εἰ μὴ ὑπ ὸ θεοῦ* A. D.** E.** F. 17. 47. Chrys. al., quod *Bengelio* et *Griesbachio* probatum male dedit *Lachmannus*. Nam *non esse magistratum, nisi divinum* Paulo hîc dicendum est. Constat autem *divinum esse* h. e. a Deo originem repetere graece dici *εἶναι ἀπὸ θεοῦ, εἶναι παρὰ θεοῦ* Joh. 9,33. cf. v. 30.) et *εἶναι ἐκ θεοῦ* (1 Joh. 4, 1. sq.), non *εἶναι ὑπὸ θεοῦ*. Ineptum *ὑπό* proxima verba

ὑπὸ θεοῦ τεταγμέναι εἰσὶν pepererunt. Nempe fuerunt antiquitus, qui verba αἱ δὲ οὖσαι ὑπὸ θεοῦ male consociarent (v. *Erasmum*). Unica lectionem εἰ μὴ ὑπὸ θεοῦ expediendi ratio haec est, ut e verbis sequentibus τεταγμένη suppleas. Sed sic inanis tautologia oritur: non enim est magistratus, nisi *a Deo constitutus*: quotquot autem (magistratus) sunt, *a Deo constituti sunt*. Vide librum meum Ueber die Verdienste Tholuck's u. s. w. p. 78. sq.. αἱ δὲ οὖσαι ἐξουσίαι] αἱ δὲ οὖσαι A. B. D.* F. G. Vulg. It. Iren. 5, 24. 1. et 4,36,6. Ambrosiaster, Pelag. al., quam lectionem *Millio* Prol. §. 1287. jure probatam *Griesbachius*, *Lachmannus* aliique exhibuerunt. Nempe ἐξουσίαι, vocem cogitatione supplendam, temere addiderunt librarii. ὑπὸ τοῦ θεοῦ] Recte *Griesb.*, *Knapp.*, *Lachm.* et alii ὑπὸ θεοῦ scripserunt A. D. E. F. G. aliosque sequuti. Hanc enim lectionem ἀπὸ θεοῦ commendat, quod praecedit. Sententiam Paulus primo per negationem exprimit: *non est qui magistratum gerat, nisi a Deo* (*nisi divinus*), deinde per affirmationem dilucidius enuntiat: *qui autem magistratum obtinent, a Deo constituti sunt.* Nempe ex eo, quod magistratus *divinae originis* sint, eos *a Deo constitutos* esse non consequitur. Recte enim tum quoque divini appellarentur, si non ipse eos Deus constituisset, sed ut ab hominibus constituerentur jussisset. Nullâ igitur hic locus tautologiâ laborat. Praeterea apparet, perverse *Erasmum* nonnullos Latinos sequutum verba sic distinxisse αἱ δὲ οὖσαι ὑπὸ θεοῦ, τεταγμέναι εἰσὶν et voc. τῆς ἐξουσίας toto versu unum idemque declarare. Erravit *Rueckertus*, vocabulum priore loco (οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία, εἰ μὴ ἀπὸ θεοῦ) *munus*, posteriore (αἱ δὲ οὖσαι scil. ἐξουσίαι etc.) *homines*, qui magistratibus fungantur, notare opinatus. Verba αἱ δὲ οὖσαι ὑπὸ θεοῦ τεταγμέναι εἰσὶν omittunt *Rufinus*, *Hieronymus* et *Sedulius*, ut ad sententiae integritatem non necessaria. Ceteri omnes ea habent. *Erasmus*: „Videri poterat adjecta (haec clausula) ab interprete quopiam, qui volens confirmare quod *omnis potestas sit a Deo*, asseveratione graduum sententiam eandem repetiverit, itaque *qui resistunt, Dei ordinationi resistunt*, faciens ad ea, quae mox sequentur." Verba non librarios, sed Paulum redolent, qui ut disputationem sonorum similitudine acueret, ejusdem stirpis vocabula cumulaverit (ὑποτασσέσθω, τεταγμέναι εἰσὶν v. 1. ὁ ἀντιτασσόμενος, τῇ διαταγῇ v. 2.). αἱ δὲ οὖσαι] Precario *Er. Schmidius quae enim legitimae potestates sunt* et *Chr. Fr. Schmid. magistratus, qui nunc sunt.* Imo hoc Paulus dicit: *qui autem magistratus gerunt*, sive majores sive minores (v. 7.), sive clementes sint; sive crudeles, *a Deo constituti sunt.* Vide quae supra disputavimus.

V. 2. Ὥστε — — — ἀνθέστηκεν] *Itaque* (h. e. quum magistratus a Deo constituti sint v. 1.) *qui homini magistratum gerenti reluctatur a Deo factae constitutioni renititur.* Ἀντιτάσσεσθαι, verbum a re militari ductum illustravit *Hemsterhusius* ad Luc. Dial. Mort. 19, 1.. Proprie ἀντιτάσσεσθαί τινι *adversam hosti aciem instruere* valet, deinde omnino *alicui resistere* declarat (Jac. 4, 6.). H. l. est *dictis factisque aliquem oppugnare*, i. q. paullo post ἀντιστῆναι (cf. Act. 18, 6. varr. lect.). Non recte *de Ammon vim privatam adversus aliquem dirigere* exposuit. Nisi Paulus h. l. paronomasiam de industriâ consectatus esset (cf. v. 1. ὑποτασσέσθω et τεταγμέναι εἰσίν), fortasse ὁ ἀντιλέγων (10,21.) pro ὁ ἀντιτασσόμενος et τῷ τοῦ θεοῦ νόμῳ pro τῇ τοῦ θεοῦ διαταγῇ (Act. 7, 53.) scripsisset. οἱ δὲ ἀνθεστηκότες ἑαυτοῖς κρίμα λήψονται] *qui autem* (sc. a Deo factae constitutioni, τῇ τοῦ θεοῦ διαταγῇ) *renituntur in suam sibi pestem* (ἑαυτοῖς est Dativus incommodi, cf. Rom. 2, 5. 2 Petr. 2, 1.; perverse *Koppius* ἑαυτοῖς explicuit *suâ culpâ*) *sententiam* (ut res docet, *quâ condemnentur*) *ferent* (Matth. 23, 14.), nempe *a Deo per magistratus divinitus constitutos*, id quod e vs. 3. manifestum est (vide *Meyerum*). Non impugnasset *Rueckertus* hanc interpretationem, ut si Paulus verba vs. 2. κρίμα λήψονται versu 3. munire voluisset ei versu 3. οἱ γὰρ ἄρχοντες φόβος εἰσὶ τῷ κακῷ ἔργῳ, non οἱ γὰρ ἄρχοντες οὐκ εἰσὶ φόβος τῷ ἀγαθῷ ἔργῳ, ἀλλὰ τῷ κακῷ dicendum fuisse contenderet, si totam sententiam vs. 2. οἱ δὲ ἀνθεστηκότες (scil. τῇ τοῦ θεοῦ διαταγῇ) ἑαυτοῖς κρίμα λήψονται versu 3. ab Apostolo corroborari reputasset, h. m.: qui autem *a Deo factae constitutioni* (i. q. *magistratibus a Deo constitutis*) renituntur, in suam sibi perniciem sententiam, quâ condemnentur, ferent (scil. *a Deo per magistratus, quos fecit*) v. 2. Nam magistratus non bene, sed male agenti formidandi sunt (v. 3.). Scilicet si principes bonis hominibus terrori essent, eos a sancto Deo constitutos justique numinis ministros esse temere crederemus. Non igitur haec Pauli mens est, qui magistratibus renitantur, eos Deum et dum vivant per magistratus puniturum et mortuos aeternis suppliciis affecturum esse (v. *Reich.* et *Olshaus.*). Bereschith R. 94, 8. R. Jodan dixit: quicunque faciem suam obfirmat contra *regem*, idem est ac si illam obfirmaret contra *majestatem divinam.*

V. 3. De ratione, quâ hic vs. cum vs. 2. cohaereat, diximus ad vs. 2.. οὐκ εἰσὶ φόβος] i. q. οὐκ εἰσὶ φοβεροί, *non sunt formidandi.* Est metonymia rei pro rei causâ. Cf. Menander apud Stobaeum serm. 71. p. 431. Ἔστι δὲ γυνὴ λέγουσα χρήστ᾽ ὑπερβάλλων φόβος. Justin. 3,

1, 1. Xerxes, rex Persarum, *terror antea gentium*, bello in Graeciam infeliciter gesto etiam suis contemtui esse coepit. et not. ad 7, 7. (II, p. 31.). *Οἱ γὰρ ἄρχοντες οὐκ εἰσὶ φόβος τῶν ἀγαθῶν ἔργων, ἀλλὰ τῶν κακῶν*] Haec conformationis receptae lectio et hoc significare: *nam principes non metum injiciunt propter bene, sed propter male facta*, et hanc vim habere potest: *nam principes non bene, sed male agentibus terrorem incutiunt* (v. *Oec.*). Recte vero *Lachmannus* ex A. B. D.* F. G. Copt. It. Vulg. Clem. Alex. Paed. I, 9. p. 147. Pott. Damasc. II, 49. Irenaeo adv. Haer. 4, 36, 6. Tertull. Scorp. c. 14. et nonnullis patribus latinis scripsit *οἱ γὰρ ἄρχοντες οὐκ εἰσὶ φόβος τῷ ἀγαθῷ ἔργῳ, ἀλλὰ τῷ κακῷ* (nam principes *non bene, sed male agenti* terrorem afferunt), lectionem *Grotio, Griesbachio, Reichio, Rueckerto, Meyero* aliisque jure probatam. (Cf. etiam librum meum Ueber die Verdienste Tholucks um die Schrifterklärung p. 79.) Continet enim exquisitius dicendi genus, quo *τὸ ἀγαθὸν* (*κακὸν*) *ἔργον* persona inducitur (i. q. *ὁ τὸ ἀγαθὸν* (*κακὸν*) *ἔργον ἐργαζόμενος*. Cf. Horat. epist. ad Pisones v. 360. Verum *operi longo* fas est obrepere somnum et Statius Theb. 8, 218. nox addita curas | obruit et facilis *lacrimis* irrepere somnus. Librarios, quoniam Dativum Singularis non intellexissent, *τῶν ἀγαθῶν ἔργων, ἀλλὰ τῶν κακῶν* correxisse non dixerim (*Meyerus*). Imo postquam iota adscriptum in *ν* abierat, scribae lectionis discrepantiam contuiti pro suo ingenio vulgare loquendi genus magis probarunt. Tralatitium est autem pro iota adscripto *ν* et pro *ν* iota adscriptum saepissime scribi. Cf. *Schaef.* Melet. p. 109., *Bremi* ad Aesch. II, p. 27. et 74., *Siebelis* annot. ad Pausan. 2, 30, 1. *F. V. Fritzsche* Quaest. Aristoph. p. 247. et *Ellendt.* ad Arrian. I, p. 187. E N. T. contende Matth. 10, 25. 31. Joh. 14, 9. 2 Cor. 1, 11. varr. lect.. *θέλεις δὲ μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν*] Male *Griesb.*, *Knapp.*, *Lachm.* aliique post *τὴν ἐξουσίαν* interrogationis signum posuerunt, quo nobilissimi philologi in finitimis locis saepe abusi sunt, ut *Schaeferus* ad Bosii ellips. p. 758. et ad Demosth. II, p. 351.. Scilicet non interrogatur h. l. (*vin' magistratuum metu vacare?*) ut ad interrogatum deinde respondeatur (*fac quod bonum est et laudem tibi magistratus tribuent*), sed ponitur aliquid (*pono autem, te velle magistratuum metu vacare*), deinde quidnam ex eo, quod positum fuerit, consequatur affertur (*recte fac et a magistratibus laudaberis*). Plena est igitur enuntiatio, ut ii erraverint, qui verbo *εἰ* mente addito ellipsin obtinere statuerunt: *εἰ δὲ θέλεις μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν, τὸ ἀγαθὸν ποίει κτλ.* (*Oecum.*). Usurpatur autem haec lo-

quendi ratio, ubi aliquid sumitur, fingitur et conceditur. Cf. *F. V. Fritzsche* ad Aristoph. Thesmoph. p. 48. sq., *Bernhardyi* Wissensch. Synt. p. 385. *Matthiaeus* ad Cic. Or. pro Sexto Rosc. Amerino 20, 55. (*Innocens est quispiam*; verumtamen quamquam abest a culpâ, suspicione tamen non caret.) et *Heindorf.* ad Hor. Sat. 1, 1, 45.. Aeschines de falsâ leg. c. 46.: *οὐκ ἤρεσκέ τισι τῶν ῥητόρων ἡ εἰρήνη· ἔπειτα οὐ τότε ἀντιλέγειν αὐτοὺς ἐχρῆν, ἀλλὰ μὴ νῦν ἐμὲ κρίνειν; κ. τ. ἑ..* adv. Ctesiph. c. 84. *κηρύττεταί τις ἐν τῷ θεάτρῳ, ὅτι στεφανοῦται ἀρετῆς ἕνεκα καὶ ἀνθραγαθίας καὶ εὐνοίας ἄνθρωπος ἀσχήμων ἐν τῷ βίῳ καὶ βδελυρός· ὁ δέ γε νεώτερος ταῦτ' ἰδὼν διεφθάρη.* Lege v. sequentia. Seneca ep. 26. *Junior es*: quid refert? non dinumerantur anni. E N. T. cf. 1 Cor. 7, 18. 27. Jac. 5, 13. 14. 2 Cor. 11, 22. 23. Rom. 14, 22.. *τὸ ἀγαθὸν ποίει, καὶ ἕξεις ἔπαινον ἐξ αὐτῆς*] *recte fac, et* (cf. de hoc *καί* not. ad Matth. p. 187.) *habebis laudem* (v. Soph. Antig. v. 811. *Herm.*) *ex magistratibus* h. e. — *et* (*boni civis*) *laude te magistratus afficient* (cf. *Chrys.*). *Grotius*: „Quum haec scriberet Paulus, non saeviebatur Romae in Christianos." Male *Loesnerus* aliique *ἔπαινον praemium* interpretati sunt. Hoc *ὁ ἔπαινος* non significat (v. not. ad 2, 29.). Locum Philonis De Vit. Mosis I, p. 626. C., ubi *ψόγοι* et *ἔπαινοι* invicem opponuntur, *Loesnerus* male explicuit. *Tholuccius* ut refutaret quod *Steigerus* (Comment. zum 1 Br. Petri p. 265.) non dixisset, antiquitus tantummodo magistratus bonos cives praemiis donasse verum non esse, quia nunc quoque principes *lemniscis* aliisque ornamentis cives bonos et praeclare meritos decorent acutissime observavit.

V. 4. Cohaerentia: laudabunt te recte agentem magistratus (v. 3.): nam *Dei* ministri sunt, probos homines pro suâ justitiâ tuentis (v. 4.). *θεοῦ γὰρ διάκονός ἐστι·* (scil. *ἡ ἐξουσία*) cf. v. 6. et Sap. 6, 4.. *σοὶ εἰς τὸ ἀγαθόν*] *tibi* (sp. si recte feceris) *in tuum emolumentum.* Quippe recte agentem laudabit (v. 3.), ab injuriis defendet ejusque vitam securam et tranquillam reddet 1 Tim. 2, 2. *Σοί* hanc vim habere: *σοὶ τὸ ἀγαθὸν ποιοῦντι* s. *ἐὰν τὸ ἀγαθὸν ποιῇς* ex vs. 3. et ex sententiâ oppositâ vs. 4. *ἐὰν δὲ τὸ κακὸν ποιῇς* patet. Paulum magistratus spectare, non quales saepe sint, sed quales esse eos oporteat jam supra monuimus. Male *Theophylactus*, *Oec.*, *Ambrosiaster* al.: nam Dei ministri sunt magistratus tibi *in virtutem* h. e. *ut te ad virtutem compellant.* Cf. vs. 3. et vs. 4. verba *θεοῦ γὰρ διάκονός ἐστιν, ἔκδικος εἰς ὀργὴν τῷ τὸ κακὸν πράσσοντι. ἐὰν δὲ —— φορεῖ*] *sin male agas, in metu esto: nam non*

temere (h. e. non ut in vaginâ condant, sed ut stringant) *magistratus gladium gestant* i. q. nam est magistratibus jus vitae et necis, non ut eo non utantur, sed ut eo utantur. Ἡ μάχαιρα, *gladius*, est insigne juris vitae et necis. Hinc Philostratus De vitâ Apollonii Tyanensis 7, 16. summos magistratus, qui gladii potestatem habent, τοὺς ἔχοντας ξίφη vocat. Ab eodem De vitis Sophistarum I, 25, 2. judex, cui sit gladii potestas, δικαστὴς ξίφος ἔχων dicitur. Antonius aptato sibi gladio aliisque rebus penes se unum esse dominatum demonstravit auctore Dione Cassio 42, 27. *Sturz.* — τῷ δὲ δὴ ξίφει, ὃ παρέζωστο, καὶ τῷ πλήθει τῶν συνόντων οἱ στρατιωτῶν τοῖς τε ἔργοις αὐτοῖς ὅτι μάλιστα τὴν μοναρχίαν ἐνεδείκνυτο (Antonius). *Grotius:* „In Talmudicis frequens illud est de rege hebraeo, *rex qui portat gladium.*" Non igitur P. imperatorum romanorum rationem duxit, qui pugionem, juris necis vitaeque civium insigne Tacit. Hist. 3, 68., aut a cervicibus dependentem ante pectus (Suet. Galba c. 11.), aut lateri aptatum (Suet. Vitell. c. 15. Tacit. Hist. 3, 68.) gestarunt. Neque praefectus praetorio, cui erat *pugio* (τὸ ξίφος) potestatis insigne (A. Victor de Caesar. 13. Philostratus de vitâ Apollonii 4, 42. Τιγιλλῖνος γάρ, ἐφ' ᾧ τὸ ξίφος ἦν τοῦ Νέρωνος, ἀπήλαυνεν αὐτὸν τῆς Ῥώμης —.), Apostolo obversatus est. De verbis φορεῖν et φέρειν cf. notam ad Matth. 11, 8. p. 399.. Ratio, cur magistratus *non temere* gladium gestent, in eo posita est, quod *Dei* ministri sint ad *maleficos puniendos* constituti (θεοῦ γὰρ — — πράσσοντι). ἔκδικος εἰς ὀργὴν] εἰς ὀργήν omittunt D.* F. G. Clar.* Boern. | εἰς ὀργὴν ἔκδικος praebent E. 39. 46. 80. al. Chrysost. et Theodoret.. Verba εἰς ὀργήν genuina esse vocabula vs. 5. οὐ μόνον διὰ τὴν ὀργήν, quibus ad εἰς ὀργήν vs. 4. respicitur evincunt. Accedit, quod sententia opposita σοὶ εἰς τὸ ἀγαθόν ea commendat. Temere *Millius* Prol. §. 1287. εἰς ὀργήν e vs. 5. intrusum, *Koppius* ut verbis εἰς τὸ ἀγαθόν responderet a librariis additum esse putavit. *Rinckius* Lucubr. crit. p. 130. εἰς ὀργὴν ἔκδικος probavit, quoniam εἰς ὀργήν post ἔκδικος collocatum redundaret: *de Wettio* εἰς ὀργὴν supervacaneum et molestum visum est. De industriâ vero P. ἔκδικος εἰς ὀργήν scripsit, et ut vocis ἔκδικος significatum accurate constitueret, et ut ἔκδικος εἰς ὀργήν, quod lectori 12, 19. dicta in mentem revocaret, ad v. εἰς τὸ ἀγαθόν concinne referretur. Nempe ἔκδικος, quemadmodum Romanorum *vindex*, non solum *punientem*, sed etiam *defendentem* declarat. Itaque ut *punientis* notio et perspicue et graviter exprimeretur P. ἔκδικος εἰς ὀργήν h. e. ἔκδικος εἰς τὸ ἐπιφέρειν ὀργήν (3, 5. cf. de notissimâ hâc breviloquentiâ

1, 5. 16, 26. Gal. 2, 8.) *ultor, qui poenas capiat* dixit. Syrus vertit: *et quidem ultor iratus*

(ܘܬܒܥܐ ܪܓܝܙܐ)

iis, qui male agunt. Quamquam fuerunt, qui ἔκδικος εἰς ὀργήν non intelligerent, ut *Zach. Peircius* apud *Wolfium*, *Rinckius* l. c. aliique, tamen librarios quod verbis ἔκδικος εἰς ὀργήν offensi essent partim εἰς ὀργήν delevisse, partim εἰς ὀργὴν ἔκδικος scripsisse non puto (v. *Meyerus*); credo potius scribas, ut structuram monstrarent, i. e. ut ἔκδικος εἰς ὀργήν intime, ut unam notionem contineant, cohaerere et Dativum τῷ τὸ κακὸν πράσσοντι ab ἔκδικος εἰς ὀργήν non ab εἰς ὀργήν pendere indicarent verborum ordinem invertisse εἰς ὀργὴν ἔκδικος, postea autem εἰς ὀργήν, incertae sedis vocabula in nonnullis codicibus intercidisse. Utique τῷ τὸ κακὸν πράσσοντι ab ἔκδικος εἰς ὀργήν scil. ὤν (cf. σοὶ εἰς τὸ ἀγαθὸν scil. ὤν) suspensum est h. m.: nam Dei ministri sunt magistratus, *ultores, qui iram poenamque expromant, hominis malefici.* Loquutionum ἔκδικός εἰμί τινι *sum alicui vindex* et εἰμί τινι εἰς τὸ ἀγαθόν *sum alicui emolumento* probitatem nemo negaverit. Errarunt igitur, qui (v. c. *Meyerus* et *Borgerus*) τῷ τὸ κακὸν πράσσοντι ab εἰς ὀργήν suspenderunt: nam Dei ministri magistratus sunt, *vindices*, qui *poenam malefico infligant.* Pessime *Wetstenius*: „ἔκδικος junge cum διάκονος. εἰς ὀργήν pendet a διάκονος: ut διάκονος εἰς ἀγαθόν."

V. 5. Argumentatur Apostolus non ex ultimis vs. 4. verbis, sed ex sententiâ vs. 1—4. expositâ: esse magistratus divinitus constitutos, ut homines maleficos poenis afficiant (*Rueck.*). *Hinc* (h. e. quoniam Deus magistratus constituit, ut de improbis hominibus poenas sumerent (vs. 1—4.) *necessum est obedire* (redit Ap. ad praeceptum vs. 1.), *non solum propter poenam* (h. e. ut poena devitetur vs. 4.: propter metum legibus parent homines mali), *sed etiam propter conscientiam* (i. e. ne a rectâ conscientiâ discedatur, ne conscientia contaminetur, ut officio satisfiat. Deus enim magistratus constituit, qui civibus imperarent, vs. 1. sq.). Vide 1 Petr. 2, 13. ὑποτάγητε πάσῃ ἀνθρωπίνῃ κτίσει διὰ τὸν κύριον cl. Eph. 6, 6.. Horat. ep. 1, 16, 52. Oderunt peccare *boni virtutis amore*: tu nihil admittes in te formidine poenae. Sit spes fallendi, miscebis sacra profanis. Cic. Paradox. 5. Quis igitur vivit, ut vult, nisi qui recta sequitur, qui *gaudet officio*, cui vivendi via considerata atque provisa est? qui legibus quidem *non propter metum* paret, sed eas sequitur atque colit, quia id

salutare maxime esse judicat —. Ἀνάγκη h. l. *officii* necessitatem significat, ut 1 Cor. 9, 16. Διὸ ἀνάγκη [scil. ἐστὶν] ὑποτάσσεσθαι] cf. Hebr. 9, 16. 23. et Aeschin. de falsâ leg. c. 48.. Perverse *Vatablus*: „*conscientiam*] *eorum*, *qui nondum credunt*: ne si viderint nos magistratui non obedire dicant Christianismum tantum valere ad seditiones excitandas." Διὸ ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι] D. E. F. G. It. Guelph. Iren. 4, 36, 6. [ideoque *subditi estote*], Ambrosiaster, Sedul. semel διὸ ὑποτάσσεσθε, quae lectio *Griesbachio* non displicuit. | Lect. 7. Vulg. (ideo *necessitate* subditi estote) *Augustin.*, *Beda* διὸ ἀνάγκῃ ὑποτάσσεσθε. Hanc scripturam *Lutherus* reddidit (So seid nun aus Noth unterthan), qui versionem vulgatam non ita raro temere sequutus est. Cf. v. c. Hebr. 4, 1. et librum: Wie Tholuck die h. Schrift erklärt, wie er beten lehrt und dichtet p. 68.. (In Xenophontis Cyrop. 1, 6, 18. ἀνάγκῃ πείθεσθαι et ἑκόντας πείθεσθαι invicem opponuntur.) Lectio, quae vulgatur, sanissima est. Nam postquam ὑποτάσσεσθαι in ὑποτάσσεσθε abierat (cf. not. ad 12, 2.) librarii ἀνάγκη aut delere (διὸ ὑποτάσσεσθε), aut in ἀνάγκῃ mutare (διὸ ἀνάγκῃ ὑποτάσσεσθε, quae lectio absurda sane est) debuerunt. Fortasse etiam nonnulli scribae ἀνάγκη sustulerunt, quod hoc voc. ultimis verbis ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν συνείδησιν repugnare temere credidissent: v. librum meum Ueber die Verdienste Tholuck's um die Schrifterklärung p. 79..

V. 6. *Flattus*, *Meyerus*, *Rueckertus* aliique verba διὰ τοῦτο γὰρ καὶ φόρους τελεῖτε ad sententiam versu 5. enuntiatam referunt h. m.: *nam idcirco* (scil. quia magistratibus non solum propter metum, sed etiam propter conscientiam obedientiam praestandam esse ipsi intelligitis vs. 5.) *etiam tributa solvitis* i. q. nam quod decere nos non solum metu, verum etiam pietate ductos magistratibus obedire dixi vs. 5. vos approbare eo declaratis, quod etiam tributa solvitis. At Romanos, quoniam magistratibus pietate, non solum metu obtemperandum esse intellexissent, tributa pendere P. dicere non potuit, quem veritum esse apparet, ne Romani magistratibus obsequium impie denegarent. Itaque ne hoc facerent esse magistratus ut innocentes tuerentur, maleficos punirent a Deo constitutos copiose h. l. exposuit. Praeterea tributa conferuntur, ut res publica a magistratibus recte administrari possit. Tacit. Hist. 4, 74. Nec quies gentium sine armis, nec arma sine stipendiis, nec stipendia sine tributis haberi queunt. Proinde iis assentior, qui (*Calvinus*, *dW.*, *Tholucc.* al.) διὰ τοῦτο, quemadmodum διό vs. 5., ad primariam vs. 1. — 4. sententiam, esse magistratus ut improbos puniant, probos

tueantur a Deo constitutos, referendum esse arbitrati sunt: *nam idcirco* (h. e. ut magistratus Dei mandatu homines maleficos puniant, proborum saluti prospiciant vs. 1. — 4.) *etiam tributa penditis* i. q. nam facere magistratus quod faciunt ipsi vultis, quippe qui in id, ut improbos mulctent, vos tueantur impensam faciatis. Non accurate *Lutherus*: Derhalben müsset ihr auch Schoß geben. καὶ φόρους τελεῖτε] *etiam tributa facitis* h. e. non solum magistratus reveremini, verum etiam tributa penditis (οὐ μόνον φοβεῖσθε τοὺς ἄρχοντας, ἀλλὰ καὶ φόρους τελεῖτε). Cf. *Hartung*. Lehre von den Partikeln der gr. Spr. I, p. 133 sq. et *Wunderi* notam ad Soph. Antig. v. 720.. Matth. 3, 10. (Luc. 3, 9.) Ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται (i. q. ἤδη δὲ οὐ μόνον τὸ κλαδευτήριον, ἀλλὰ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται) *jam vero vel securis* (quae *arboribus* exitium minitatur), non solum falx putatoria (quâ *stolones* resecantur) admota est ad arborum radicem: bereits ist aber gar die (die Bäume bedrohende) Axt (nicht etwa nur das den Wurzelschößlingen gefährliche Messer) an die Wurzel der Bäume gelegt: um die Existenz der Bäume handelt es sich: die Bäume sind in der größten Gefahr. Non debueram in commentariis ad Matth. 3, 10. p. 131. sq. καὶ ad ἡ ἀξίνη pertinens ad totam enuntiationem ἡ ἀξίνη — κεῖται referre. Neque a *de Wettio* hic locus recte expositus est. Bene plerique interpretes (antiquitus v. c. Irenaeus adv. Haer. 4, 36, 6., *Syrus* et *Chrysostomus*) τελεῖτε *Indicativum* esse viderunt; perverse pauci (non plerique, ut *Reichius* ait) τελεῖτε *Imperativum* esse statuerunt (*Heum.*, *Morus*, *Paulus*, *Beneckius*, *Reich.*, *Koelln.* al.). Nam γάρ Indicativum esse τελεῖτε evincit (*Meyerus*, *Rueck.*). Accedit, quod P. *proximo* versu tributi pensionem Romanis injungit. Munit Ap. verba διὰ τοῦτο γὰρ καὶ φόρους τελεῖτε proximis vocabulis λειτουργοὶ — — προςκαρτεροῦντες h. m.: ut magistratus Dei jure malos puniant vosque tueantur etiam tributa penditis. Recte. Namque principes ministri sunt Dei, hoc ipso consilio (ut Deo serviant) in munere suo assidui. λειτουργοὶ γὰρ θεοῦ εἰσίν] Subjectum, οἱ ἄρχοντες, cogitatione addendum est; cf. vs. 3.. εἰς αὐτὸ τοῦτο προςκαρτεροῦντες] Et Lexicographi N. T. (*Schleusn.*, *Wahl.*, *Bretschneider.*, *Wilkius*) et hujus l. interpretes εἰς αὐτὸ τοῦτο arcte cum verbo προςκαρτεροῦντες consociarunt (εἰς αὐτὸ τοῦτο προςκαρτεροῦντες i. q. αὐτῷ τούτῳ προςκαρτεροῦντες.). At fuisse, qui προςκαρτερεῖν εἴς τι pro προςκαρτερεῖν τινι (12, 12.) struerent, nemo ostendit. Sunt igitur verba εἰς αὐτὸ τοῦτο sui juris *in id ipsum* h. e. *ut id ipsum faciant* declarantia (εἰς αὐτὸ τοῦτο

scil. τὸ λειτουργεῖν τῷ Θεῷ s. ἵνα λειτουργῶσι τῷ Θεῷ, cf. Eph. 6, 22. Col. 4, 8. et *Pflugk.* ad Eurip. Androm. v. 41. καὶ νῦν κατ' οἴκους ἔστ' ἀπὸ Σπάρτης μολὼν | ἐπ' αὐτὸ τοῦτο) et ad Participium προςκαρτεροῦντες supplendam esse *muneris* notionem (προςκαρτεροῦντες scil. τῇ ἐπιμελείᾳ s. τῇ λειτουργίᾳ) res docet. Sunt principes, inquit P., ministri Dei, in id ipsum ut Deo serviant in munere perseverantes, neque illud temere derelinquentes (Jud. 6.). Male εἰς αὐτὸ τοῦτο sic exponas: ἵνα τελῶνται οἱ φόροι (*in id ipsum* scil. ut tributa pendantur) cf. v. c. *Boehm.*, *Kopp.*, *Reich.*, *Koelln.* et *Meyerus.* Nam quum non de tributorum exactoribus, sed de magistratibus h. l. agatur (λειτουργοὶ γὰρ Θεοῦ εἰσὶν scil. οἱ ἄρχοντες) et verba διὰ τοῦτο γὰρ καὶ φόρους τελεῖτε hanc vim habere certum sit: *nam idcirco etiam tributa penditis np. magistratibus*, τοῖς ἄρχουσι, εἰς αὐτὸ τοῦτο alio nisi ad Praedicatum λειτουργοὶ Θεοῦ referri nequit. Incredibilis *Reichii*, *Koellneri* et *Olshauseni* εἰς αὐτὸ τοῦτο προςκαρτεροῦντες Subjectum et λειτουργοὶ Θεοῦ εἰσιν Praedicatum esse opinatorum error est: *nam qui tributorum exactioni assiduam operam navant Dei ministri sunt* i. e. οἱ γὰρ τῇ εἰςπράξει τῶν φόρων προςκαρτεροῦντες λειτουργοὶ Θεοῦ εἰσιν. Nihilo melius *Koppius* λειτουργοί Subjectum et Θεοῦ εἰσιν Praedicatum fecit, ita ut vocem λειτουργοί *portitores* temere explicaret: *nam portitores Dei sunt* (cf. 3, 29. i. e. ad Deum pertinent, quia nempe a Deo constituti sunt), *in hâc ipsâ re* (tributorum exactione) *assidue versantes* h. e. Θεοῦ γάρ εἰσιν οἱ τελῶναι τῇ εἰςπράξει τῶν φόρων προςκαρτεροῦντες.

V. 7. Aptissime Paulus hunc locum his verbis concluderet: ἀπόδοτε οὖν πᾶσι τὰς ὀφειλάς *quae quum ita sint* (v. 1—6.) *reddite omnibus magistratibus quae debetis.* Sed quum οὖν A. B. D.*67.** Damascenus, *Cyprianus*, *Ruf.* et nonnulli alii non habeant et *Theodoretus* τοίνυν pro eo legat, Paulum per asyndeton ante dicta in summam contulisse arbitror, ut 12, 21.. Damnavit οὖν *Millius* Prol. §. 1287. et *Meyerus*, expunxit *Lachmannus.* πᾶσι] Perperam *Estius*, *Reichius* aliique *omnibus hominibus.* Redarguit enim eos vocis πᾶσι expositio τῷ τὸν φόρον, τὸν φόρον, τῷ τὸ τέλος, τὸ τέλος κτλ.. Decepit eos vs. 8.. Quippe verbis vs. 8. μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε id ipsum per negationem dici, quod vs. 7. per affirmationem (ἀπόδοτε πᾶσι τὰς ὀφειλάς) Ap. enuntiasset falso putarunt. Transit enim P. vs. 8. ab officiis magistratibus praestandis ad officia omnibus hominibus debita, ita ut verbis μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε ad vocabula vs. 7. ἀπόδοτε πᾶσι τὰς ὀφειλάς respiciat.

Est igitur *πᾶσι omnibus* h. e. *et magistratuum ministris et ipsis magistratibus*. Expende verba sequentia. *τῷ τὸν φόρον* (scil. *ἀπαιτοῦντι*, non *αἰτοῦντι*) *τὸν φόρον*] np. *ἀπόδοτε tributum jure poscenti* (dicitur quaestoris minister) *tributum persolvite*. Quum Participium ad v. *τῷ τὸν φόρον* supplendum verbo *ἀποδιδόναι*, quod est *dare quod debeas* (v. *Chrysost*. ad h. l. et *Schaeferi* Apparat. ad Demosth. IV, p. 564.) respondere debeat, apparet non *αἰτοῦντι*, sed *ἀπαιτοῦντι* cogitatione adjiciendum esse. Nam *ἀπαιτεῖν jure poscere* denotat. Est autem Participium *ἀπαιτοῦντι* eo usu omissum, quo tum praetermitti solet, quum cujusmodi Participium supplendum sit e positis verbis manifestum est. Cf. *L. Bosii* Ellipses gr. p. 166. ed. *Schaef.*, *Bernhardyi* Wissensch. Synt. der gr. Spr. p. 119. et *Wineri* gr. p. 529., ubi e Luciani Tyranno c. 4. *ὁ τὸ ξύλον* et similia (2 Cor. 8, 15.) allata videbis. Qui *ὀφείλετε* post *τῷ τὸν φόρον* supplendum esse dixerunt (v. c. *Koellnerus*) Articulum *τῷ* cum *ᾧ*, Pronomine relativo, confuderunt. Magis etiam lapsi sunt, qui post *τῷ τὸν φόρον* suppletum voluerunt *ὀφείλεται* (*Luther.*, *Grot.* al.). *Lutherus*: So gebet nun Jedermann, was ihr schuldig seid: Schoß, dem der Schoß gebühret u. s. w. h. e. *ᾧ ὁ φόρος ὀφείλεται, τὸν φόρον* np. *ἀπόδοτε*. *τῷ τὸ τέλος*, scil. *ἀπαιτοῦντι, τὸ τέλος*] np. *ἀπόδοτε*. *vectigal jure postulanti* (dicitur portitor, publicani minister) *vectigal persolvite*. *Grotius*: „*Vectigalia* (*τὰ τέλη*) pro mercibus dantur, *tributa* (*οἱ φόροι*) pro solo aut capite." Vide Thomam M. p. 900. ed. *Bern.* ejusque interpretes et *Kypkium* ad h. l. II, p. 183 sq.. Nunc P. de ipsis magistratibus loquitur: *τῷ τὸν φόβον* (scil. *ἀπαιτοῦντι*) *τὸν φόβον* (np. *ἀπόδοτε*), *τῷ τὴν τιμὴν* (np. *ἀπαιτοῦντι*) *τὴν τιμὴν* scil. *ἀπόδοτε* (magistratui) *reverentiam* (die Ehrfurcht) *exigenti reverentiam habete*, *observantiam* (die Hochachtung) *jure poscenti observantiam praestate*.

V. 8. *Μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε, εἰ μὴ τὸ ἀλλήλους ἀγαπᾶν. Ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον νόμον πεπλήρωκε.*
9. *Τὸ γὰρ Οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, οὐ κλέψεις, οὐκ ἐπιθυμήσεις, καὶ εἴ τις ἑτέρα ἐντολή, ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται, ἐν τῷ Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν.*
10. *Ἡ ἀγάπη τῷ πλησίον κακὸν οὐκ ἐργάζεται· πλήρωμα οὖν νόμου ἡ ἀγάπη.*

V. 8. Non repetit P. sententiam vs. 7. positive expressam ita ut eam vs. 8. per negationem enuntiet (*Borgerus* al.), sed ab officiis, quae *magistratibus* debentur vs. 7., ad

officia *nemini non* praestanda transgreditur vs. 8. suumque praeceptum μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε ad v. vs. 7. ἀπόδοτε πᾶσι τὰς ὀφειλάς accommodat (*Grot.*, *Rueck.* al.). Qui Apostolum de mutuo *Christianorum* amore h. l. disputare crediderunt, τὴν ἀγάπην cum τῇ φιλαδελφίᾳ confuderunt (cf. 12, 9. 10.). εἰ μὴ τὸ ἀγαπᾶν ἀλλήλους] Recte *Griesbachius*; *Knappius* et *Lachmannus* ex A. B. D. F. G. 80. Orig., *Chrysost.*, *Theodoreto*, *It.*, *Vulg.* multisque aliis subsidiis criticis εἰ μὴ τὸ ἀλλήλους ἀγαπᾶν ediderunt. μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε, εἰ μὴ τὸ ἀλλήλους ἀγαπᾶν] Plerique interpretes hoc *acute dictum* sic explicandum esse censuerunt: *nulli homini quidquam debete praeter mutuum amorem*; *qui quum omnibus semper debeatur*, *in promtu est amoris debitum nunquam a vobis dissolvi.* Nititur acumen verbo ὀφείλετε duplici sensu posito. Nam quo loco ab Apostolo collocatum est (μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε) Romanis *facienda* praecipit (*nemini quidquam debete* i. q. *omnibus hominibus omnia persolvite*, *quae iis debetis*): quo loco suppleri debet, h. e. post ἀγαπᾶν, ad Romanorum *opinionem* refertur: *nisi ut mutuum amorem vos debere existimetis.* In hâc Pauli voce acumen agnosco, *joci*, quem *Tholuccius* deprehendit, nullum vestigium video. Atque illam, quam plerosque explicatores Pauli dicto subjecisse dixi, sententiam alii aliis verbis enuntiarunt. *Chrysostomus*: — καί φησι (Paulus) καὶ αὐτὴν (τὴν μητέρα τῶν ἀγαθῶν, h. e. τὴν ἀγάπην) ὀφείλημα εἶναι, οὐ μὴν τοιοῦτον, οἷον τὸν φόρον, οἷον τὸ τέλος, ἀλλὰ διηνεκές. Οὐδέποτε γὰρ αὐτὴν ἀποδίδοσθαι βούλεται· μᾶλλον δὲ ἀποδίδοσθαι μὲν ἀεὶ βούλεται, οὐ μὴν πληροῦσθαι, ἀλλ' ἀεὶ ὀφείλεσθαι. Τοιοῦτον γάρ ἐστι τὸ χρέος, ὡς καὶ διδόναι καὶ ὀφείλειν ἀεί. *Theodoretus*: μηδενὶ — — ἀγαπᾶν] οὐχ ἵνα μὴ ἐκτίνωμεν τῆς ἀγάπης τὸ χρέος (τοῦτο γὰρ ἐκτίνειν προςήκει πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων), ἀλλ' ἵνα αὔξωμεν τῇ ἐκτίσει· ἡ γὰρ ἀπόδοσις πολυπλασιάζει τὸ χρέος· θερμοτέραν γὰρ τὴν ἀγάπην ποιεῖ. *Pelagius*: „*nisi ut invicem diligatis*] Hoc solum semper debet manere, quod nunquam persolvi potest." *Grotius*: „Est autem argute dictum. Cetera debita solvuntur nec manent; dilectionis debitum semper et solvitur et manet." Confer etiam *Wolfium*, *Carpzovium*, *Morum*, *de Ammonem*, qui *Fenelonii* vocem citavit: „*amorem sequere ceteraque tibi remissa sunto officia*", *Rueckertum*, *Meyerum* multosque alios. Ineptis sane argumentis *Reichius* eorum, qui ὀφείλετε Imperativum esse recte judicassent, explicationem evertere conatus est. Qui quum ex eâ hanc *absurdam* sententiam: *nemini quidquam debete excepto mutuo amore* i. e. *omnia omnibus hominibus*

debita persolvite praeter mutui amoris debitum, quod persolvere nolite exire obtenderet, non reputavit ὀφείλετε quo loco mente addendum est ad Romanorum *opinionem* referendum esse (v. supra). Nihilo sapientius docere Paulum vs. 9. et 10. quae ratio inter amorem et cetera officia, quae hominibus debeantur, intercedat, non eum exponere, quousque homines amore prosequi vel possimus vel debeamus *Reichius* objecit. Est enim perspicuum, Apostolum vs. 9. et 10. sententiam vs. 8. ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον νόμον πεπλήρωκε firmare firmatamque ut ex allato argumento recte collectam repetere πλήρωμα οὖν νόμου ἡ ἀγάπη (vs. 10.). Vitio tamen vulgatam verborum μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε, εἰ μὴ τὸ ἀλλήλους ἀγαπᾶν expositionem laborare *Reichius* sensit. Quod salse dictum qui sic exposuerunt: *nemini quidquam debete, nisi ut mutui amoris debitores vos esse existimetis, quum amoris omnibus hominibus semper debiti debitum nunquam dissolvi possit*, non cogitarunt, se sententiam a Paulo non dictam (dilectionis debitum nunquam totum dissolvi posse), quâ sententiosam ejus loquutionem munirent, temere mente adjecisse, sententiae ab eo dictae et quâ ipse argutam vocem corroborasset (ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον νόμον πεπλήρωκε) nullam rationem habuisse. Itaque ista expositio ferri posset, si Paulus pro ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον νόμον πεπλήρωκε scripsisset: οὐδέποτε γὰρ τὸ τῆς ἀγάπης ὀφείλημα τῷ ἑτέρῳ ἀποδώσετε. Nunc causa, cur Romanos mutuum amorem se hominibus debere existimare oporteat, ea ipsa est, quam P. vs. 8—10. reddidit: *multum profecisse, qui alterum diligat, quoniam qui homines amet ab se non impetret, ut iis injurias inferat Mosis lege vetitas.* Quum *Erasmus* dubitasset, utrum ὀφείλετε Imperativus an Indicativus esset, *Heumannus, Semlerus, Koppius, Flattus, Reichius* aliique ὀφείλετε Indicativum esse foedo errore statuerunt: *nemini quidquam debetis praeter mutuum amorem* i. e. omnia vestra in omnes homines officia mutuo amore continentur. Id enim his verbis dicendum fuisset: οὐδενὶ οὐδὲν ὀφείλετε, quemadmodum est in Platonis testamento apud Diogenem Laertium 3, 30. [43.] ὀφείλω δ' οὐδενὶ οὐδέν. Frustra *Reichius*, ut μηδενὶ μηδέν commento non obstare ostenderet, ex *Wetstenii* N. T. loca transscripsit, in quibus μηδείς cum Participio aut Infinitivo legitime junctum est. Philemon apud Lucianum pro lapsu inter salutandum c. 6. εἶτ᾽ ὦ δ' ὑγείαν πρῶτον, εἶτ' εὐπραξίαν, τρίτον δὲ χαίρειν, εἶτ' ὀφείλειν μηδενί. Anthol. I, 15, 6. εὐδαίμων πρῶτον μὲν ὁ μηδενὶ μηδὲν ὀφείλων, εἶτα δ' ὁ μὴ γήμας, τὸ τρίτον ὅστις ἄπαις. Vide *Wineri* gr. p. 469.. Ceterum

male P. nihil Romanos hominibus praeter amorem debere eo loco dixisset, quo eos ut *Dei reverentiâ* magistratibus redderent quae iis deberentur hortatus esset vs. 1—7.. Praecepti *mutuum amorem vos hominibus debere censete* causam et rationem Paulus ipse aperit verbis ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον νόμον πεπλήρωκε, *nam qui alterum diligit legem mosaicam implevit*, quatenus nempe Mosis lex ne injuriam alteri inferamus interdicit (cf. vs. 9. et 10.). Ὁ ἕτερος, quemadmodum Romanorum *alter*, est homo quivis, i. q. ὁ πλησίον vs. 9. et 10.. Perfecti πεπλήρωκε haec vis est: qui alterum diligit legem mos. *implevit*, quoniam *certissimum* est qui alterum diligat ei injurias Mosis lege vetitas non facturum esse (Joh. 3, 18. Rom. 14, 23.). Certissime rem peracturus jam peregisse, utique fortunam subiturus jam subiisse et cogitatur et dicitur. Πληροῦν, ἐκπιμπλάναι (Philo De Abrahamo §. 43.) τὸν νόμον et *implere legem* non legi *plane* satisfacere (*Reich.*, *Borger.* al.), sed legi satisfacere et πλήρωμα νόμου vs. 10. legis observationem, non *exactam* legis observationem notare jam supra monuimus II, p. 473.. Male *Grotius* νόμον πεπλήρωκε enarravit *legem supplevit* et vs. 10. πλήρωμα νόμου *legis supplementum*. „νόμον πεπλήρωκε] Is adjecit quod legi Mosis deest. Nam qui Mosis tantum praecepta exsequitur, ei adhuc aliquid deest, Matth. 19, 20. sq." Interpretes νόμον vs. 8. et 10. Mosis legem dici, *quatenus officia hominibus praestanda commendet* (*Erasmus*, *Calvinus*, *Kopp.*, *Morus*, *Flatt.* al.) observant. At νόμον Mosis legem dici, quatenus nobis, *ne alterum injuriâ afficiamus* interdicat, Pauli disputatio vs. 9. et 10. demonstrat (v. not. ad vs. 10.). Saepenumero νόμος sine Articulo in Pauli epistolis Mosis legem declarat (2, 12. 23. 3, 31. Gal. 2, 21.). Temere igitur *Carpzovius*, quod P. νόμον, non τὸν νόμον πεπλήρωκε scripsisset, hoc eum dixisse opinatus est: nam qui alterum diligit *aliquam* legem implevit i. e. interdicta in secundâ decalogi tabulâ (cf. Philo De decalogo §. 12.) perscripta: οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ κλέψεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις, οὐκ ἐπιθυμήσεις.

V. 9. Munit P. sententiam vs. 8. ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον νόμον πεπλήρωκε. Τὸ alienae sententiae, quam afferunt, Graeci praeponunt (cf. *Matthiae* Ausf. gr. Gr. §. 280.): *nam vox*, *noli adulterium committere* etc. Male igitur *Koppius*: τὸ γὰρ *scil.* γεγραμμένον ἐν τῷ νόμῳ. et *Borgerus* „τὸ γὰρ] scil. γεγραμμένον vel γέγραπται." F. G. Boern. et Ambrosius in Psalmum 118. γέγραπται γάρ· οὐ μοιχεύσεις — — οὐκ ἐπιθυμήσεις· καὶ εἴ τις ἑτέρα ἐντολὴ ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ (F. G. ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ) ἀνακεφαλαιοῦται κτέ. Quam futilis haec lectio sit nemo non videt.

Incisorum οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, οὐ κλέψεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις, οὐκ ἐπιθυμήσεις ordinem propter τὸ ὁμοιόαρκτον et τὸ ὁμοιοτέλευτον in codicibus perturbatum eandemque ob causam aliud et aliud incisum a librariis omissum esse non mirum est (v. LXX Exod. 20, 13 sq. et Deut. 5, 18. sq. varr. lect. apud *Holmesium*). Οὐ μοιχεύσεις om. Erp. et post οὐ φονεύσεις ponunt Syrus, Clemens Alex. Strom. IV, p. 568., Orig. in Matth. 19, 19., Dial. c. Marcion. p. 66. et Ruf. in comment. Οὐ ψευδομαρτυρήσεις non habent A. B. D. E. F. G. 17. 39. 46. 47. 48. Mt. b. d. e. f. l. q. al. Syr. codices lat. Clemens Al. l. c. et VII. p. 897. aliique patres et graeci et latini. Post ἐπιθυμήσεις collocat Syr. p. et post φονεύσεις 87. Οὐκ ἐπιθυμήσεις praetermittit 54. Clemens semel, Orig. bis et Chrys., etiam in Mt. 3. 8., neque attingit Ruf. in comment.. Verba οὐ ψευδομαρτυρήσεις *casu* in plurimis subsidiis criticis intercidisse non est verisimile. Irrepserunt igitur haec verba non quidem ex Matth. 19, 18. (*Mill.* Prol. §. 806.), sed ex decalogo Exod. 20, 17. Deut. 5, 20.. Condemnarunt verba οὐ ψευδομαρτυρήσεις *Mill.* l. c., *Beng.*, *Reich.*, *Rueck.*, *Meyerus*, *dW.* al., expunxerunt *Griesb.* *Lachmannus* aliique. Qui οὐ φονεύσεις ante οὐ μοιχεύσεις locarunt Paulum correxisse videntur, ut interdicta eum locum occuparent, qui iis in hebraico decalogi textu Exod. 20, 13. sq. Deut. 5, 17. sq. et a Matthaeo 19, 18. (οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ κλέψεις) assignatus esset. Concedimus igitur, Paulum sextum decalogi praeceptum prius quam quintum commemorasse (οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, οὐ κλέψεις). Idem fecit Lucas 18, 20., Marcus 10, 19. et Philo De decalogo §. 12. — Ἡ δὲ ἑτέρα πεντὰς τὰς πάσας ἀπαγορεύσεις περιέχει, μοιχειῶν, φόνου, κλοπῆς, ψευδομαρτυριῶν, ἐπιθυμιῶν. ibid. §. 32. — Τῆς δὲ ἑτέρας (scil. πεντάδος) πρῶτόν ἐστι κεφάλαιον τὸ κατὰ μοιχῶν — — —. Δεύτερον δὲ κεφάλαιον ἡ τοῦ μὴ ἀνδροφονεῖν ἀπαγόρευσις — —. Τρίτον δὲ τὸ περὶ τοῦ μὴ κλέπτειν — —. Τέταρτον δὲ τὸ περὶ τοῦ μὴ ψευδομαρτυρεῖν — —. Πέμπτον δὲ τὸ ἀνεῖργον τὴν τῶν ἀδικημάτων πηγὴν ἐπιθυμίαν — —. Adde De decal. §. 24. 25. et de specialibus legibus §. 10. et 15.. Quinto autem loco, quod in textu hebraico sextum locum occupavit, praeceptum οὐ μοιχεύσεις Lucas, Paulus, Philo aliique posuerunt, quoniam in suis versionis alexandrinae codicibus hunc verborum ordinem invenissent: οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, οὐ κλέψεις. Nam quum propter incisorum similitudinem singula membra in translationis alex. codicibus diversis locis posita sint, tum permulti codices Exod. 20, 13. 14. et Deut. 5, 18. 19. οὐ μοιχεύσεις ante οὐ φονεύσεις collocant (v. *Holmesium*).

Eichhornius in l.: Allgem. Bibl. der bibl. Liter. T. V. p. 890., *Meyerus* aliique Rabbinos, quod sextum praeceptum quinto gravius esse putassent, sexto quinti, quinto sexti locum dedisse eosque Paulum, Philonem aliosque Rabbinorum disciplinae assuetos sequutos esse conjectarunt. At sextum praeceptum Rabbinis quinto gravius visum esse nemo ostendit neque id ex his Philonis De decalogo §. 24. verbis sequitur: *Τὴν δὲ ἑτέραν* (scil. *πεντάδα*) *ἀναγραψόμενος περιέχουσαν ἀπαγορεύσεις τῶν πρὸς ἀνθρώπους ἀπὸ μοιχείας ἄρχεται, μέγιστον ἀδικημάτων τοῦτ' εἶναι ὑπολαβών.* Apparet enim Philonem non ut Rabbinorum commentum nescio quod corroboraret, sed ut probabilem rationem afferret, cur in translatione alex., quam sequutus est, adulterii interdictio prima secundae decalogi tabulae lex esset adulterium de legislatoris sententiâ summum scelus esse exposuit: nam adulterii fontem esse libidinem, quae corpora enervet, mentes obtundat, animos corrumpat pestemque adulteria afferre maritis et liberis. *καὶ εἴ τις ἑτέρα ἐντολή*] scil. *ἐν τῷ νόμῳ ἐστίν* et *si quod aliud praeceptum Mosis lege continetur.* Dicitur praeceptum ejusdem generis, quo *ne alteri injuriam inferamus* prohibeamur, v. c. *οὐ ψευδομαρτυρήσεις* Exod. 20, 16., *οὐ κακῶς ἐρεῖς κωφόν* Levit. 19, 14.. Praecepta, quibus officia nobis injunguntur hominibus praestanda, v. c. *τίμα τὸν πατέρα σου* (*Grot.*, *Beng.*, *Rueck.* ad v. 10.) Paulo non obversata esse ejus et oratio ostendit et disputatio. *ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ*] *hâc sententiâ*, *hoc dicto* (Joh. 4, 37.). *Lachm.* et *Tischendorf.* ex B. D. E. F. G. 45. et Origene l. c. ediderunt *ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ voce hâc*, *dicto hoc*. *ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται*] *hoc dicto summatim comprehenditur* (*Erasm. Grot.* al. *Ἀνακεφαλαιόω partes disjectas in unum corpus*, *κεφάλαιον*, *colligere* h. l. *notat*). Non ita Patres graeci hunc l. interpretati sunt, sed *ἀνακεφαλαιοῦσθαι* hîc *ἐν κεφαλαίῳ πληροῦσθαι breviter et summatim perfici* i. e. *eo perfici*, *quod paucorum verborum lex Levit.* 19, 18. *impleatur* valere finxerunt. *Chrysost.*: *Οὐκ εἶπε πληροῦται ἁπλῶς, ἀλλ' ἀνακεφαλαιοῦται, τουτέστι συντόμως καὶ ἐν βραχεῖ πᾶν ἀπαρτίζεται τῶν ἐντολῶν τὸ ἔργον· καὶ γὰρ ἀρχὴ καὶ τέλος τῆς ἀρετῆς ἡ ἀγάπη.* *Oecum.*: — *ὅτι, φησί, πᾶσαι αἱ ἐντολαὶ διὰ τῆς ἀγάπης πληροῦνται. Ἀλλ' οὐκ εἶπε πληροῦνται ἁπλῶς, ἀλλ' ἀνακεφαλαιοῦνται, τουτέστι συντόμως καὶ ἐν βραχεῖ λόγῳ τὸ πᾶν γίνεται καὶ ὅλον πληροῦται τῶν ἐντολῶν τὸ ἔργον διὰ βραχέων.* Schol. Matth.. *ἀνακεφαλαιοῦται*] *ἤτοι διὰ βραχέων καὶ συντόμως ἀναπληροῦται.* *Ambrosiaster* vertit *consummatur*, i. e., ut adjecta explicatio docet, *imple-*

tur, perficitur. Ven. *Thilo* ad Protev. Jacobi min. c. 13. *Μήτι εἰς ἐμὲ ἀνεκεφαλαιώθη ἡ ἱστορία Ἀδὰμ* —; in cod. apocrypho N. T. T. I. p. 223., *Harlessius* Comm. über den Brief P. an die Eph. p. 42. et *Meyerus* ad hunc l. *ἀνακεφαλαιοῦται* enarrarunt *summatim repetitur* (v. Lexica gr.), hoc Paulum dicere rati: praecepta Levit. 19, 13—18., quibus alteri injuriam imponere vetemur, Levit. 19, 18. hâc voce summatim repeti: diliges alterum aeque ac temet ipsum. Posset haec sententia plausibilis videri, si Paulus praeceptorum, quae alteri injuriam facere nos prohiberent, exempla ex Levit. 19, 13. sq. petiisset. At *οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, οὐ κλέψεις, οὐκ ἐπιθυμήσεις* ex Exod. 20, 13. sq. hausit. Quamquam nostro loco hoc dici nihil refert, *Mosen* alicubi interdicta *οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, οὐ κλέψεις, οὐκ ἐπιθυμήσεις* hoc praecepto summatim repetiisse: *ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν.* Illud hîc monendum est, inter dicta *οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις κ. τ. λ.* hoc praecepto summatim comprehendi: *ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν,* quandoquidem qui alterum ament non laedant quem ament (v. 10.). Vulgatus vertit: *in hoc verbo instauratur.* (Sedulius: *restauratur*). Nimirum *ἀνακεφαλαιοῦσθαι* h. l. *renovari* significare putavit (v. Lexica graeca). Male *Millius* Proleg. §. 551. „In hoc verbo *instauratur*] — Visum interpreti, hoc per vocem ipsius aetate haud dubie receptissimam (?) exprimere; utcunque jam in nostro hoc sensu non occurrat, nisi in Chartulariis aliisque id genus monumentis sequiorum temporum. Est enim *staurum*, quod monet doctissimus glossator (*Carol. du Fresne*, vocibus *Staurum* et *Instaurum*), quidquid conducit ad vitae necessaria: *Instaurum* autem, aliquanto strictius, omne id quod ad agriculturam, vel ad praedii instrumenta et supellectilem pertinet, ut sunt animalia, pecora, servi etc. Hinc *instaurare*, supellectile agrariâ praedium vel domum rusticam instruere. Deductâ hinc metaphorâ, dicit interpres, universum corpus et quasi *instaurum* legis, seu quidquid ad illam pertinet, in uno hoc de dilectione proximi praecepto inveniri (!) Staurum, instaurum, stauramentum et estoramentum (i. q. Gallorum Estoirement et Estorement) vocabula sunt a gallico verbo estorer (i. q. meubler) medio aevo formata et in latinam linguam translata (cf. Glossarium novum ed. Carpentier v. *Estoramentum.*) Instaurare quo tempore libri s. in latinam linguam conversi sunt nondum significavit stauro instruere. *ἐν τῷ*] Absunt haec v. a B. G. It. Vulg. et Patr. lat. Itaque ea cancellis circumdedit *Lachmannus*. Omissa sunt quia deesse potuerunt. Eandem ob causam verba *ἐν τῷ* Gal. 5, 14. in D.* F.

G. aliisque neglecta sunt. ἀγαπήσεις κ.τ.λ. σ. ὡς ἑαυτόν] cf. Lev. 19, 18. ἑαυτὸν] cf. Wineri gr. p. 143. et Eurip. Alc. v. 461. τὸν αὑτᾶς (i.e. σεαυτῆς) πόσιν. ἑαυτὸν] σεαυτὸν A. D. E. 18. 33. al., quod *Beng.* in gnom. probavit librarios sigma unum pro duobus scripsisse ratus, *Lachm.* recepit. Possunt vero etiam librarii duo sigmata pro uno exarasse (cf. not. ad Marc. p. 541.). Optio difficilis est, quum praesertim Levit. 19, 18., qui locus a Paulo affertur, eadem codicum discrepantia sit (v. *Holmesium*). Converte: Nam vox, noli adulterium committere, noli occidere, noli furtum facere, noli concupiscere et si quod aliud (ejusdem naturae) praeceptum Mosis lege continetur *hoc dicto* summatim comprehenditur, *nempe voce* (nempe *hoc* Mosis, cf. Cic. Tusc. 4, 23, 51.): diliges proximum tuum aeque ac temet ipsum. (cf. Epiphan. Haeres. 30, 2. — ὡς καὶ ἤδη ἡμῖν προείρηται, ὅτι (Ebion) τὰ ἴσα τοῖς ἄλλοις ἐν ἅπασι φρονῶν ἐν τούτῳ μόνῳ διεφέρετο, ἐν τῷ, τῷ νόμῳ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ προςανέχειν κατὰ σαββατισμὸν καὶ κατὰ τὴν περιτομὴν —.) Ὁ πλησίον, qui Mosi fuerat quivis Judaeus, Paulo est quivis homo.

V. 10. Nunc Paulus sententiam vs. 9. paucis verbis complectitur: ἡ ἀγάπη τῷ πλησίον κακὸν οὐκ ἐργάζεται *amor alteri malum non infert* i. q. *qui amant alteri non malefaciunt*, non solum adulterio, caede, furto, cupiditate eum non violant, verum etiam nullam omnino injuriam ei faciunt. Personam Apostolus τὴν ἀγάπην inducit, ut 1 Corinth. 13, 4 sq. Cic. Tusc. V, 28, 80. Dabit, dabit, inquam, se in tormenta *vita beata* etc.. Vulg., Augustin., Ambrosiaster al. *dilectio proximi* (i. e. ἡ ἀγάπη τοῦ πλησίον), quae lectio *Millio* Proleg. §. 1107. probata non explet sententiam. Neque enim alterius amantes *nihil mali perpetrare*, sed amantes *alteri malum non inferre* Paulo hîc enuntiandum est (cf. v. 8.). Graeci struunt ἐργάζεσθαί τινά τι, Paulus dixit ἐργάζεσθαί τινί τι, cf. Luc. 6, 27. καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς. Postremo Apostolus ex ante dictis v. 9. et 10. id consequi monet, quod demonstrare constituisset (v. 8. ὁ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον νόμον πεπλήρωκε): πλήρωμα οὖν νόμου ἡ ἀγάπη *observatio est igitur legis mosaicae amor* i. e. *observant* igitur Mosis legem (nempe quatenus ea, ne *injuriâ* alterum afficiamus vetat) *qui amant*. Rursus male *Grot.* πλήρωμα *supplementum* explicuit: „Plus — (amor) continet, quam lex. Est everriculum omnis injuriae." Cf. not. ad v. 8.. Pauci pro οὖν vel δέ, *autem* (D.* F. G. It.) vel γάρ (Mt. d. 8.) male habent. Scilicet qui Pauli disputatione parum perceptâ ultimis v. 10. verbis praecedentem sententiam ἡ ἀγάπη τῷ

πλησίον κακὸν οὐκ ἐργάζεται vel firmari (*γάρ*), vel illustrari (*δέ*) putarunt *οὖν* temere mutarunt. At qui alterum diligunt non solum ei non malefaciunt, verum etiam ei benefaciunt quantum possunt. Non nescivit hoc P., quippe qui 1 Cor. 13, 4. *ἡ ἀγάπη χρηστεύεται* scripserit. At hoc l. satis ei fuit ostendere multum profecisse qui alterum diligat, *quoniam is legi mosaicae injurias alteri inferre nos vetanti certissime satisfacturus sit.* Eandem sententiam P. Gal. 5, 14. 15. professus est. Quâ re non intellectâ interpretes gravissimis erroribus implicati sunt. *Reichius* Paulum ex ante dictis conclusisse, quae ex iis non consequerentur perhibuit. Sequi enim ex Pauli argumentatione, ut qui diligant alteri nullam injuriam faciant, non sequi, quod Paulus *sequi dixisset πλήρωμα οὖν νόμου ἡ ἀγάπη* (sic!), ut qui ament *omnia* officia Mosis lege imperata faciant. Itaque nonnullos librarios, ut Pauli peccatum corrigerent pro *οὖν* vel *δέ* vel *γάρ* exarasse. *Rueckerto* memorabile visum est, quod verba *ἡ ἀγάπη τῷ πλησίον κακὸν οὐκ ἐργάζεται* in A. praetermissa sunt. Nam quum Paulus vocabulis v. 9. *καὶ εἴ τις ἑτέρα ἐντολή* haud dubie non solum legis mos. interdicta, sed etiam praecepta dixerit, recte te eo offendi, quod versus 10. initio *amantem alteri non malefacere* tantummodo observaverit ex eaque sententiâ *satisfacere legis mos. et interdictis et praeceptis qui diligant* collegerit. Melius sane Pauli argumentationem procedere, si verba *ἡ ἀγάπη τῷ πλησίον κακὸν οὐκ ἐργάζεται* deleveris. Superquam quod V. D. v. v. 9. *καὶ εἴ τις ἑτέρα ἐντολή* male enarravit, futilem codicis A. lectionem temere admiratus est. Nam exciderunt v. *ἡ ἀγάπη τῷ πλησίον κακὸν οὐκ ἐργάζεται*, quod librarius *H* ante *ἀγάπη* cum *Πλήρωμα* confudit. *Chrysostomus*, *Theophylactus* aliique Paulum qui diligant eos *toti* Mosis legi satisfacere h. l. ostendere et ipsi opinati eos qui diligant tum a dedecore se abstinere (*ἡ ἀγάπη τῷ πλησίον κακὸν οὐκ ἐργάζεται*), tum honestati operam dare (*πλήρωμα νόμου ἡ ἀγάπη*) Mosis legi obsequentes Apostolum hic exponere affirmarunt. *Chrysostomus*: *Εἶδες πῶς ἑκατέρας ἔχει* (*ἡ ἀγάπη*) *τὰς ἀρετάς, τήν τε τῶν κακῶν ἀποχὴν* (*κακὸν γάρ, φησίν, οὐκ ἐργάζεται*), *καὶ τὴν τῶν ἀγαθῶν ἐργασίαν· πλήρωμα γὰρ νόμου, φησίν, ἐστὶν κ. τ. ε.*. Haec opinio absurda est. Conficit enim Paulus verbis *πλήρωμα οὖν νόμου ἡ ἀγάπη* quae e praecedente sententiâ *ἡ ἀγάπη τῷ πλησίον κακὸν οὐκ ἐργάζεται*, quâ ante dicta (vs. 9.) complexus est necessario consequantur, non novam rem adjungit, quam amantes, ut Mosis legem observent, faciant. Certum est igitur Paulum hoc dixisse: qui diligant legi mosaicae eatenas satisfacere, quatenus

alteri nullas injurias inferant, quas ei fieri Mosis lex noluerit. *Usterius* in l.: Comment. über den Brief Pauli an die Galater p. 182. sq. et in l.: Entwicklung des Paulinischen Lehrbegr. p. 254.. Photium apud Oecum. aliosque sequutus, qui alterum diligat *totam* Mosis legem, quatenus *ethica* et interdicta et praecepta contineat, observare recte dici propterea censuit, quod qui homines vere diligat idem Deum vere diligat et revereatur (1 Joh. 4,20. 21. 5,1. 2.), ii autem qui et Deum et homines sincere diligant ad obedientiam omnibus Mosis et prophetarum praeceptis praestandam proclives sint (Matth. 22,40.).' Quamquam hoc verissimum est, tamen ad hunc l. nihil pertinet. Neque enim Paulus ex hujusmodi sententiâ: ἡ ἀγάπη τὰ τοῦ νόμου ποιεῖ, sed ex his verbis ἡ ἀγάπη τῷ πλησίον κακὸν οὐκ ἐργάζεται argumentatus est: πλήρωμα οὖν νόμου ἡ ἀγάπη. Non igitur nisi ea legis mosaicae praecepta spectavit, quae nobis ne alterum injuriâ laedamus interdicunt.

V. 11. *Καὶ τοῦτο, εἰδότες τὸν καιρόν, ὅτι ὥρα, ἤδη ἡμᾶς ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι· νῦν γὰρ ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία, ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν·* 12. *Ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν. Ἀποθώμεθα οὖν τὰ ἔργα τοῦ σκότους καὶ ἐνδυσώμεθα τὰ ὅπλα τοῦ φωτός.* 13. *Ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατήσωμεν, μὴ κώμοις καὶ μέθαις, μὴ κοίταις καὶ ἀσελγείαις, μὴ ἔριδι καὶ ζήλῳ·* 14. *ἀλλ' ἐνδύσασθε τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίας.*

Praeceptum vs. 8. *nemini quidquam debete, nisi ut mutuum amorem vos debere putetis* hoc argumento v. 8. sq. firmatum *qui alterum diligat, eum Mosis legem implevisse* Paulus nunc hâc novâ ratione munit, *poscere tempus, quo Romani vivant, non socordiam, sed strenuitatem* (v. 11.). Tum adjungit, non minus temporis rationes postulare, ut Romani missâ dictorum factorumque impuritate sancte vivant (v. 12—14.). Haec praecepta Apostolus pulcerrimae allegoriae inclusit. Nempe sempiternam felicitatem, quippe quae quo die Christus de coelo rediisset (ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου 1 Thess. 5,2.) esse inciperet, luci et diei assimilavit. Jam quum et Christi de coelo reditum et aeternae beatitatis initia prope abesse existimaret, tempus, quo Romanis epistolam scripsit, ultimae noctis parti, quam aurora excipit, respondere ei visum est. At strenui homines, quia iis antelucana industria curae cordique est, ante lucem evi-

gilant et surgunt, pudentes simul primo diluculo experrecti sunt non libidinose facta meditantur, quae noctu impune committantur, sed ad diem honeste transigendum se comparant. Hinc Romanos, qui paullo ante lucem vivant, et excusso somno alacres et libidine ex animo ejectâ sobrios et honestos esse oportere Ap. argumentatur v. 11—14..

V. 11. *καὶ τοῦτο*] Usurpant Graeci *καὶ τοῦτο* (1 Cor. 6,6. 8. Eph. 2,8.) et frequentius etiam *καὶ ταῦτα* (Hebr. 11, 12.), quemadmodum Germani voces und dieses. Scilicet istis formulis aut singula verba, aut plura vocabula, aut totae enuntiationes memorabilis rei adjectione accuratius constituuntur recteque illae vertuntur *idque* (Cic. De offic. I, 1.), *et quidem*, *praesertim*. Cf. Vigerum p. 176. sq., *Devarium* de graecae linguae particulis ed. *Reusmann*., *Kruegerum* ad Xen. Anab. p. 38. et *Matthiae* Ausf. gr. Gr. §. 470. 6. p. 872.. H. l. *καὶ τοῦτο* ad praeceptum versu 8. propositum *μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε, εἰ μὴ τὸ ἀλλήλους ἀγαπᾶν· ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον νόμον πεπλήρωκε*, quod Apostolus vs. 9. et 10. corroboravit, refertur h. m.: **nemini quidquam debete, nisi ut mutuum amorem vos debere existimetis**, *quoniam qui alterum diligit Mosis legem implevit*, **praesertim** (s. **idque**) **quum tempus notum habeatis** etc.. Quamobrem post *καὶ τοῦτο* nihil omnino supplendum est. Qui vel *ποιῶμεν* (*Carpz.*), vel *ποιεῖτε* (*Beng.*, *Morus*, *Flatt.*) cogitando adjecerunt (et hoc, nempe ut invicem nos diligamus, *τὸ ἀλλήλους ἀγαπᾶν*, *faciamus*, *facite*), illius, quem paullo ante diximus, usus vocum *καὶ τοῦτο* et *καὶ ταῦτα* immemores fuerunt. Idem de his supplementis valet pro arbitrio constitutis: *καὶ τοῦτο* (*τὸ ἀλλήλους ἀγαπᾶν*) **ὀφείλετε** *et hoc* (mutuum amorem) *vos debere existimatote* (*Wolf.*, *Boehm.*), *καὶ τοῦτο* (*τὸ ἀλλήλους ἀγαπᾶν*) **μᾶλλον ὀφείλετε** (*de Ammon*) *καὶ τοῦτο* (*τὸ ἀλλήλους ἀγαπᾶν*) **τοσούτῳ μᾶλλον** (Hebr. 10,25.) **ὀφείλετε** (*Reichius*). * *εἰδότες*] *ἰδόντες* A.* F. G.** Saepenumero librarii *εἰδὼς* et *ἰδὼν* confundunt, v. Joh.

---

*) Totius loci Syntaxin non percepit *Lutherus*. Qui versu 11. et 12. integram periodum contineri opinatus vs. 11. v. *καὶ τοῦτο εἰδότες* male consociavit, *τὸν καιρὸν* appositionem vocis *τοῦτο* et vocabula *ὅτι ὥρα ἡμᾶς ἤδη ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι* appositionis explicationem fecit, verba *νῦν γὰρ — — ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν* uncis inclusit et *ἀποθώμεθα* v. 12. primarium periodi verbum esse judicavit: „Und weil wir solches wissen, nehmlich die Zeit, daß die Stunde da ist, aufzustehen vom Schlaf (sintemal unser Heil jetzt näher ist, denn da wir es glaubten; die Nacht ist vergangen, der Tag aber herbeigekommen:), so laßt uns ablegen die Werke der Finsterniß u. anlegen die Waffen des Lichts. (!!) Simili modo hunc locum *Carpzovius*, *Beneckius*, *Gloecklerus* et nonnulli alii insulte perverterunt.

18, 4. Act. 2, 31. varr. lect. et not. ad Marcum p. 519. sq., εἰδότες τὸν καιρὸν] Clemens Alex. Strom. l. IV. c. 22. (p. 628. *Potter.*) εἰδότες τὸν κύριον (sic). Cf. not. ad 12, 11.. εἰδότες τὸν καιρὸν] *quoniam tempus notum habetis.* Οἶδε τὸν καιρόν cui quonam anno, mense, die et quotâ diei noctisve horâ vivat exploratum est. Cf. Plutarchi C. Jul. Caesar c. 59. *Οὐ γὰρ μόνον ἐν τοῖς παλαιοῖς πάνυ χρόνοις τεταραγμέναις ἐχρῶντο Ῥωμαῖοι ταῖς τῶν μηνῶν πρὸς τὸν ἐνιαυτὸν περιόδοις, ὥστε καὶ θυσίας καὶ τὰς ἑορτὰς ὑποφερομένας κατὰ μικρὸν εἰς ἐναντίας ἐκπεπτωκέναι τοῖς χρόνοις ὥρας, ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν τότε οὖσαν ἡλιακὴν οἱ μὲν ἄλλοι παντάπασι τούτων ἀσυλλογίστως εἶχον, οἱ δ' ἱερεῖς μόνοι τὸν καιρὸν εἰδότες ἐξαίφνης καὶ προῃσθημένου μηδενὸς τὸν ἐμβόλιμον προςέγραφον μῆνα Μερκηδόνιον ὀνομάζοντες* —. H. l. Paulus Romanos tempus novisse fassus scire eos se eo noctis tempore, quo exacto dies illucescat, h. e., si ab allegoriâ discesseris, paullo ante Christi de coelo reditum et aeternae felicitatis auspicia vivere dixit. Documento sunt vs. 11. et 12. verba, quibus mentem suam exposuit. Proximis verbis ὅτι ὥρα ἡμᾶς ἤδη ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι vocabula εἰδότες τὸν καιρόν illustravit h. m.: *quoniam tempus notum habetis, h. e. tempus esse nostis, ut e somno expergiscamini.* Cf. Plato Apol. Socratis p. 42. *ἀλλὰ γὰρ ἤδη ὥρα ἀπιέναι ἐμοὶ μὲν ἀποθανουμένῳ, ὑμῖν δὲ βιωσομένοις.* (Hunc locum Cicero Tusc. I, 41, 99. sic convertit: Sed *tempus est jam hinc abire me*, ut moriar; vos, ut vitam agatis.) Polyb. I, 13, 1. *Ἀφεμένους δὲ τούτων λέγειν ὥρα περὶ τῶν προκειμένων* —. Genes. 29, 7. LXX. *ἔτι ἐστὶν ἡμέρα πολλή, οὔπω ὥρα συναχθῆναι τὰ κτήνη.* Imperite igitur *Koppius* „alterutrum, inquit, sive *καιρός* sive *ὥρα* redundat: pro εἰδότες τὸν καιρὸν (τὴν ὥραν) ἤδη εἶναι: *ὥρα* et *καιρός* mere synonyma." Neque non inepte *Bengelius*: „*ὥρα, hora*) sc. est. *Arctum* temporis spatium definit. *Horae* ratio habetur ad surgendum." Item *Lutherus* male vertit: daß die Stunde da ist. Ἤδη h. l. denotat *jam*, non *tandem aliquando* (*Meyerus*: v. *Hartungii* Lehre von den Partikeln der gr. Spr. I, 238.). Neque enim sero, sed mature de somno expergiscitur, qui luce nondum ortâ evigilat. ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι] nempe tempus esse, ut jam *e somno evigilemus.* Noli vertere, ut *e somno excitemini.* Ἐξ ὕπνου ἐγείρειν *e somno excitare*, ἐξ ὕπνου ἐγείρεσθαι *e somno evigilare* declarat. Plato Polit. I, c. 5. p. 330. fin. *Ὁ μὲν οὖν εὑρίσκων ἑαυτοῦ ἐν τῷ βίῳ πολλὰ ἀδικήματα καὶ ἐκ τῶν ὕπνων, ὥσπερ οἱ παῖδες, θαμὰ ἐγειρόμενος δειμαίνει καὶ ζῇ μετὰ κακῆς ἐλπίδος.* Aoristus ἐγερθῆναι rem cito transeuntem indicat (v. *Hermannum* ad Vig. p. 772.

et *Wineri* gr. p. 306.). Indocte igitur *Flattus* aliique ἐγερθῆναι *evigilasse* interpretati sunt. Dormitare (καθεύδειν) dicuntur qui socordiâ torpent (Eph. 5,14. 1 Thess. 5,14.), vigilare (γρηγορεῖν), qui alacres sunt (1 Thess. 5,6.). Evigilant igitur e somno qui impigri esse incipiunt. *Chrysost.*: *Τί δέ ἐστιν ὅ φησιν, Ὥρα ἡμᾶς ἤδη ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι; Τουτέστιν ἐγγὺς ἡ ἀνάστασις, ἐγγὺς ἡ κρίσις ἡ φοβερά, — — καὶ δεῖ λοιπὸν ἡμᾶς ἀπαλλαγῆναι τῆς ῥαθυμίας.* Falso *Erasmus*, *Drusius*, *dW.*, *Meyerus* al. somno vitam *improbam et in vitiis actam* assimilari crediderunt. Ac ne cui mirum videatur, quod Paulus Romanos, homines renatos et qui in pietate christianâ multum profecerint, tanquam somnolentos ad vigilantiam h. l. vocaverit, Paulum Christianis absolutam pietatem perfectamque virtutem recte injungere tenendum est. Ita mutuum Romanorum amorem, non eum quidem remissum, sed minime tamen summum, *torporem* et mediocrem eorum vigilantiam *somnum* bene interpretatus est (v. *Meyerum*). Quod si *Reichius* considerasset, neque somnum Christianorum in terrarum orbe viventium conditionem, in quâ positi aeternam felicitatem tantummodo sperent (8,24.), neque expergisci praesentis* felicitatis sibi plane conscium fieri temere explicuisset. Variantes lectiones partim leves, partim ejusmodi sunt, ut sententiam minime mutent. Ἡμᾶς unus omittit Rufinus. Clemens Alex. l. c. ὅτι ὥρα ὑμᾶς ἤδη ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι et 37. (non item A, qui habet ἤδει [ἤδη] ἡμᾶς, ut *Griesb.*, *Rueck.* et *Tischend.* perhibuerunt) legit ὅτι ὥρα ἤδη ὑμᾶς ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι. Quamquam ὑμᾶς aptam sententiam fundit (idque quum tempus notum habeatis, nempe tempus esse sciatis, ut e somno *expergiscamini*), tamen nemo non ἡμᾶς probaverit proximis Pauli verbis motus νῦν γὰρ ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία κτλ.. Postremo A. C. D. E. [37. ἤδη ὑμᾶς] Damasc. Vulg. Clar. Germ. Hieronymus, Ambrosiaster, Sedulius et Beda praebent ὅτι ὥρα ἤδη ἡμᾶς ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι. Haec lectio, quam *Lachmannus* et *Tischend.* receperunt, impense *Rueckerto* placuit, vulgatam scripturam ineptam esse opinato. Nam si ὅτι ὥρα ἡμᾶς ἤδη ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι (nempe tempus esse, ut *aliquando* e somno evigilemus) retinuerimus, temere Romanis inertiam exprobrari, quod ne nunc quidem e somno evigilaverint (at ἤδη *jam*, non *tandem aliquando* hic notare supra monui); sin ὅτι ὥρα ἤδη ἡμᾶς ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι *Lachmannum* sequuti susceperimus, ἤδη cum ὅτι ὥρα scil. ἐστίν cohaerere et apte hoc dici: nempe *jam* (postquam multa facta sunt) tempus esse, ut —. Non debuerat *de Wettius* hanc *Rueckerti* observationem probare. Nam si P. *jam*

tempus esse dicere voluisset, ὅτι ἤδη ὥρα (scil. ἐστὶν) ἡμᾶς ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι scripsisset. Cf. Plato Apol. Socratis p. 42.. Itaque sive vulgatam sive Lachmannianam lectionem sequutus fueris, constructio haec est: ὅτι ὥρα (scil. ἐστὶν), ἡμᾶς ἤδη (ἤδη ἡμᾶς) ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι neque quidquam discriminis video, nisi quod in vulgatâ scripturâ ἡμᾶς (tempus esse, ut *nos Christiani* jam expergiscamur), in *Lachmannianâ* ἤδη (tempus esse, ut *jam* nos Christiani evigilemus) ponderosum est. Jam quum sequentia verba νῦν γὰρ ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία κτλ. (neque enim P. ἐγγύτερον γὰρ ἡμῶν νῦν ἡ σωτηρία κτλ. scripsit) Apostolum *hoc* dixisse docere videantur, et ipse ὅτι ὥρα, ἤδη ἡμᾶς ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι, lectionem bene testatam, exhibui. Perperam *Carpzovius*, *Griesbachius* aliique verba νῦν γὰρ ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία, ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν· ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν uncis inclusit. Superquam enim quod his verbis vocabula ὅτι ὥρα, ἤδη ἡμᾶς ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι stabiliuntur, Paulum verbis v. 12. ἀποθώμεθα οὖν τὰ ἔργα τοῦ σκότους κτλ. non e vocabulis v. 11. καὶ τοῦτο, εἰδότες τὸν καιρόν, ὅτι ὥρα, ἤδη ἡμᾶς ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι, sed ex sententiâ v. 12. ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν, argumentari apparet. Neque haec verba νῦν γὰρ ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία, ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν, in parenthesin abjicienda sunt (*Olshausenus*). Nam duo membra νῦν γὰρ ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία, ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν· ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν· *conjuncta* idoneam rationem continent, quae *tempus esse*, ut *jam e somno Romani expergiscantur* ostendat, *propius nunc ab iis salutem messianam abesse*, quam quum Christiani fierent (νῦν γὰρ ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία, ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν) et esse messianae salutis tempus *luci ac diei* comparandum (ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν). Si Paulus verba ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν praetermisisset, cur Romanorum inertiam *somnum*, *e quo jam iis evigilandum sit*, vocarit, nesciremus. νῦν γὰρ ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία] *It.*, *Vulg.*, *Lutherus*, nuper *Boehm.*, *Reich.*, *Rueck.* multique alii ἡμῶν ab ἡ σωτηρία regi putarunt (nunc enim propius abest *nostra salus*, cf. 14, 16.), *Erasmus* contra, *Beng.*, *Meyerus*, *dW.* et alii ἡμῶν ab ἐγγύτερον suspenderunt (nunc enim *propius nos est* messiana salus). Cf. 10, 8. ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν. Praefero posteriorem rationem ut simpliciorem et aptiorem. Recte dici ἡμῶν ἡ σωτηρία *nostra salus*, quod h. l. esset *nobis destinata* salus, patet Eph. 1, 13. Phil. 2, 12.. Sed hîc nihil ad rem confert, si salus messiana *Christianis destinata* salus appelletur; hoc enuntiari jure exspectaveris, messianam salutem nunc propius a Chri-

stianis abesse, quam tum abesset, quum ad Christi sacra accederent. *Reichius* Adverbium ἐγγύτερον Substantivum esse putavit: nam nostra salus, *res propior* (ein Näheres) est. ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν] *quam tum, quum fidem animis concepimus.* (Act. 19,2. 1 Cor. 3,5. 15,2. Gal. 2,16. al.). Xenoph. Cyrop. 8,4,13. — *εἰπέ μοι, ἔφη* [ὁ *Κῦρος*], *ὦ Γωβρύα, νῦν ἂν δοκοίης ἥδιον τῷνδέ τῳ τὴν θυγατέρα δοῦναι, ἢ ὅτε τὸ πρῶτον ἡμῖν συνεγένου;* Hic locus olim nonnullos induxit, ut τὸ πρῶτον ante ἐπιστεύσαμεν supplendum esse opinarentur (v. *Wolf.*). Male *Lutherus*: denn da wir es glaubten, i. e. aut ἢ ὅτε αὐτὴν (τὴν σωτηρίαν) ἐπιστεύσαμεν. (1 Joh. 4,16.), aut ἢ ἐπιστεύσαμεν (nam *Lutheri* verba ambigua sunt). Perverse *Er. Schmidius* edidit ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν quam *interdum* credidimus. Putarunt Apostoli, Christum proxime de coelo in terrarum orbem rediturum esse, ut impios ad sempiterna supplicia daret, piis aeternam salutem largiretur (1 Cor. 1,7. 15,51. 16,22. Phil. 4,5. 1 Thess. 4,17. Hebr. 10,25. 37. Apoc. 22,12.). Quippe Jesum sanctissime asseverasse, se priusquam omnes sui aequales e vitâ excessissent ut Messiae regnum conderet de coelo rediturum esse Evangelistae referunt (Matth. 16,28. 24,34. Marc. 13,30. Luc. 9,27. 21,32.). Praeterea haec natura hominum est, ut res exoptatas proxime eventuras esse sibi facile persuadeant (*Tholuck.*). Adhortantur alias Apostoli Christianos, ut istâ spe freti mala fortiter perferant virtutique et pietati adhaerescant (Phil. 4,5. Hebr. 10,25. 37.), mox Christum, qui pietatem summis praemiis remuneretur, affuturum esse cogitantes; h. l. P. Romanis eadem spe nixus vigilantiam commendat, ne inertes atque incautos Christus opprimat judex (Matth. 25,13.).

V. 12. Ἡ νὺξ προέκοψεν] *nox processit, progressa est*, h. e. multum noctis effluxit. Cf. Joseph. B. J. 4,4,6: *Καὶ δὴ τῆς νυκτὸς προκοπτούσης — κοιμίζει· μὲν τοὺς ἐπὶ τῇ στοᾷ φρουρούς, τοῖς ζηλωταῖς δὲ ἐπίνοιαν ἐμβάλλει, τῶν ἱερῶν αἴροντας πριόνων ἐκτεμεῖν τοὺς μοχλοὺς τῶν πυλῶν.* Chariton 2,4. *Ἐπεὶ δὲ προέκοπτε τὰ τῆς νυκτὸς* — —. 2,3. *Προκοπτούσης δὲ τῆς ὥρας* — —. et *Alberti* Observ. ad h. l.. Eodem modo Romani *procedere* usurpant. Liv. 28,15. — et *procedente jam die* vires etiam deficere Hasdrubalis exercitum coeperant — —. Sallust. Jugurtha c. 52.. Itaque *multum diei processerat*, quum etiam tum eventus in incerto erat. c. 21. Ubi *plerumque noctis processit*, obscuro etiam tum lumine, milites Jugurthini signo dato castra hostium invadunt —. c. 109. Sed ubi plerumque noctis *processit* Sulla a Boccho occulte arcessitur —. Recte Boern. vertit: *nox processit.* Sed

Clar., Germ., Vulg., Rufinus, Augustinus, Ambrosiaster al. habent *nox praecessit* h. e. antecessit, ergo praeteriit. *Erasmus* prae*cessit* e pro*cessit* corruptum esse putavit. Quod quamquam confidenter negare nolo, fieri tamen potest, ut illi verbo *praecessit* parum accurate προέκοψεν transtulerint. Nempe fuerunt, qui sententiam a Paulo verbis ἡ νὺξ προέκοψεν expressam, *plerumque noctis exactum esse*, si quis *popularem* loquendi consuetudinem sequi statuerit, sic enuntiari posse dicerent: *nox praeteriit. Theophylactus*: *ἡ νὺξ προέκοψεν] τουτέστι πρὸς τῷ τέλει ἐστὶν ἡ νύξ· οἷον ὡς ἐπὶ ὑποδείγματος. Δώδεκα ὡρῶν θῶμεν εἶναι τὴν νύκτα· ὅταν αἱ δέκα διέλθωσι, λέγομεν ὅτι προέκοψεν ἡ νὺξ ἀντὶ τοῦ παρῆλθε, πρὸς τῷ τέλει ἐστί.* Itaque multi προέκοψεν *praeteriit* negligenter converterunt: Syrus: ܠܠܝܐ ܥܒܪ ܠܗ Cyprianus de zelo et livore p. 600. (ed. Venet. 1758 fol.): *nox transivit*, *Grot.*: *προέκοψεν*, *cursum suum peregit.* Absonam hanc interpretationem esse, si *praeteriit* subtiliter sumseris, verba *ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν dies autem in propinquo est* ostendunt. Nam peractâ nocte dies *est*, non *instat*. Paullo liberius *ἡ νὺξ προέκοψεν* Hilarius in Ps. 133. (T. I. p. 524. ed. Veron. 1730. f.) transtulit: *nox enim jam proficiscitur* i. e. *abit*. Ut verba *ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν* recte intelligamus, duo nobis consideranda sunt: unum, ea posita esse, partim ut antecedens sententia (v. 11. *ὅτι ὥρα, ἤδη ἡμᾶς ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι*) confirmaretur, partim ut novae adhortationis (*ἀποθώμεθα οὖν — — τὰ ὅπλα τοῦ φωτός*) rationem contineret: alterum, vim verborum *ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν* propriam a figuratâ, quae Paulo cordi fuit, bene distinguendam esse. Ac primo quidem quatenus verbis *ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν* praegressa v. 11. sententia munitur, nox pro tempore quietis, dies pro tempore vigilantiae commemoratur. Noctu enim homines somno indulgent (1 Thess. 5,7.). At viri impigri ante lucanam industriam quaerentes luce nondum ortâ expergiscuntur. Sed si similitudinem ad rem a Paulo dictam transferas, nox tempus, quod ante Christi de coelo reditum est (*τὸν αἰῶνα τοῦτον*), dies tempus, quo Christus de coelo revertetur et quod piis hominibus *τὴν σωτηρίαν* feret (*τὴν ἡμέραν κυρίου* 1 Thess. 5,2. 2 Petr. 3,10.) declarat. Cum nocte igitur P. *τὸν αἰῶνα τοῦτον* comparavit, quod eo tempore homines socordes procul abesse Christum judicem rati inertiae se dederent, diei tempus, quo Christus de coelo rediturus esset, assimilavit, quoniam quum venisset homines industrios esse et occupatos oporteret. Vae illis, quos Christus de coelo reversus segnes

deprehenderit! Et adjicienda fuisse verba ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν, ut vocabula v. 11. ὅτι ὥρα, ἤδη ἡμᾶς ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι firmata essent, apparet. Nam iis omissis, cur P. v. 11. ὅτι ὥρα, ἤδη ἡμᾶς ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι dixisset, obscurum esset. Nunc Apostoli disputatio bene sic procedit: tempus est, ut jam *e somno expergiscamur*: nunc enim propius nos est *messiana salus*, quam olim, eamque nobis *dies Domini apportabit industriam postulans.* Quatenus autem verba ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν novae adhortationis (ἀποθώμεθα οὖν τὰ ἔργα τοῦ σκότους κτλ.) causam complectuntur, nox tempus, quo impuri homines flagitiis indulgeant 1 Thess. 5,7. (nam nox vacat pudore), dies tempus, quo honeste vivendum sit, notat, h. e. si similitudinem ad rem, quam P. enuntiatam voluit, traduxeris ὁ αἰὼν οὗτος nocti assimilatus tempus, quo perversi homines procul abesse extremi judicii diem arbitrati spurce vivant, Domini dies cum luce et die collatus tempus, quod honestatem poscat, denotat. Miser enim erit, quem Christus male agentem offenderit (Matth. 24,48. sq.). Itaque P. h. l. τὸν αἰῶνα τοῦτον noctem dixit, quoniam hoc tempore homines pigri inertiae, improbi dedecori se dederent, diem Domini lucem vocavit, quoniam *industriam* eamque *honestam* posceret. Hinc eorum interpretum opinio a Pauli disputatione abhorret, qui τὸν αἰῶνα τοῦτον noctem dici, quoniam manca et imperfecta sit nostra Christo nondum reverso rerum divinarum hominumque cognitio et misera vitae conditio (1 Cor. 13,12. 4,5. Rom. 8,18.), τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα diem vocari, quia in illo constitutis et splendida futura sit conditio (Matth. 13,43.) et absoluta tum rerum divinarum sapientia tum patefactis hominum consiliis humanae virtutis et impuritatis scientia (v. v. c. *Theophylactum* et *Meyerum*). Permulti interpretes (*Erasmus*, *Beng.*, *Morus*, *Flatt.*, *Meyerus* al.) Paulum tempus diei, quo Christus rediturus esset, vicinum *diluculum* animo informasse suspicati sunt. Mihi haec suspicio inanis esse videtur, quum Pauli verbis minime commendetur. Is enim tempus esse dixit, ut jam e somno evigilemus, quia *nox progressa sit*, *dies instet*. At instat dies maximâ noctis parte exactâ priusquam diluxerit et homines gnavi ante diluculum sibi evigilandum esse facile concedunt. Minus moveor hâc *Reichii* observatione, quum P. diem Domini subito et inopinato venturum esse credidisset (1 Thess. 5,2.), temporis momento atque ita eum exoriturum esse, ut nullum diluculum nocti atque diei interjiceretur, Apostolum existimare debuisse. Constat enim, non id scriptores omni vi agere, ut in allegoriâ summa sit sententiarum constan-

tia et subtilitas. ἀποθώμεθα οὖν τὰ ἔργα τοῦ σκότους] *deponamus igitur* (h. e. quoniam instans Christi dies non solum ut e somno expergiscamur, verum etiam ut experrecti honeste vivamus poscit, v. 11. et 12.) *opera tenebrarum*. τὰ ἔργα τοῦ σκότους] h. e. non *opera*, *quae tenebrae peragunt* (*Meyerus*), sed *facta tenebris accommodata*, *facta*, *quae in tenebris eduntur*. (Eph. 5,11. τὰ ἔργα τὰ ἄκαρπα τοῦ σκότους), v. *Rueck*. Quaerunt enim homines improbi noctem et tenebras, quae ipsorum maleficia tegant. Conferri τὰ ἔργα τοῦ σκότους cum *vestimentis*, quae deponantur, ex eo apparere, quod ἐνδύεσθαι verbo ἀποτίθεσθαι opponatur, *Harlessio* (Commentar über den Brief P. an die Ephesier, p. 416.) et *Meyero* non concedo. Deponimus non solum vestes (Act. 7,58.), sed etiam quaecunque possidemus, ut vitia (Col. 3,8. Arrian. Epict. 4,4.), imperia (Raphel. Annot. ex Polybio et Arriano ad h. l.), labores (Cic. pro Murena 4,8.). Et recte haec oratio comparata est: *deponamus* igitur (missa igitur faciamus) opera tenebrarum et induamus nobis arma lucis. Dispar est conditio loci Eph. 4, 22. 24. propterea, quod τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον *exuere* et τὸν καινὸν ἄνθρωπον *induere* loquutiones sunt Paulo sollemnes (Col. 3,9. 10.). *Reichius* ἀποθώμεθα cum ἀπωθώμεθα (Ezech. 43,9.) confudit. Idem ante eum *Pareus* et *Pasor* (*trudamus a nobis*) fecerant a *Wolfio* notati. καὶ ἐνδυσώμεθα] ἐνδυσώμεθα δέ A. B. C.* D.* E. Copt. Sahid. Clemens Alex. l. c. et Damascenus. Haec lectio *Griesbachio* probata a *Lachmanno* et *Tischend.* recepta est plaudente *Rueckerto*, qui eam melius, quam vulgatam scripturam testatam esse putavit. At vulgata lectio multo plures et graviores auctores habet, in his Syrum interpretem, *De Wettio* ἐνδυσώμεθα δέ, quam καὶ ἐνδυσώμεθα *elegantius* visum est. Neutrum vero a majore elegantiâ commendationem habet, sed utrumque pariter et rectum est et usitatum. Καὶ ἐνδυσώμεθα valet *et induamur*, ἐνδυσώμεθα δέ *induamur autem* (Eph. 4,23. Rom. 14,3.). *Meyerus*, quem *Borgerus* sequutus est, verborum ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν invitatu librarios ἐνδυσώμεθα δέ pro καὶ ἐνδυσώμεθα scripsisse suspicatus est. καὶ ἐνδυσώμεθα τὰ ὅπλα τοῦ φωτός] *et induamus nobis arma* (non *instrumenta*, *Morus*) *lucis*. *Arma* enim induuntur, non *instrumenta* (LXX Jes. 59,17. Sap. 5, 19. Eph. 6,11. 1 Thess. 5,8. Liv. 30,13. *arma alicui induere*). Accedit, quod Paulus Christianis imperandam industriam non cum opificio, quod ut bene exerceas artis instrumentis sollerter tibi utendum sit, sed cum militiâ contulit, quam ita facias, ut idoneis armis captis pietatem Satanam, Satanae satellites et omnes Christi adversarios

oppugnando fortiter tuearis (Ephes. 6,11. sq. 1 Thess. 5,8. 2 Cor. 6,7. 10,4. sq. 1 Tim. 1,18.). *Beza*, *Vatablus*, *Kopp.*, *Flatt.*, al. τὰ ὅπλα *vestes* explicuerunt adversante usu loquendi. Vestem notat כְּלִי (Deut. 22,5.) et σκεῦος (LXX Deut. 22,5.), non ὅπλον. τὰ ὅπλα τοῦ φωτός] Male *Grot.*, *Carpz.* al. exposuerunt *fulgentia arma* (Matth. 17,5. νεφέλη φωτός. Virgil. Aen. 2,749 et cingor *fulgentibus armis.*). Nam verba τὰ ἔργα τοῦ σκότους hanc interpretationem stabiliunt: *arma luci accommodata*, *arma interdiu ferenda*. Non recte *Meyerus*: *arma*, *quae lux* (honestas) *porrigit*. τὰ ὅπλα τοῦ φωτός] τὰ ἔργα τ. φ. A. D. E. 32. Clar. Germ.. Hanc lectionem ab omnibus Criticis recte rejectam neque librariorum vocabulum modo exaratum temere repetentium negligentiae, neque correctoribus (*Rueck.*), sed glossatoribus attribuo. Nam quum interpretes totam loquutionem ἐνδύεσθαι τὰ ὅπλα τοῦ φωτός explicare debuissent, ut indui armis lucis capere arma luci accommodata, *quibus Romani pietatem christianam tuerentur*, significare monerent exstiterunt tamen nonnulli, qui hâc observatione acquiescerent, τὰ ὅπλα τοῦ φωτός ab Apostolo dici τὰ ἔργα τοῦ φωτός. Theodoretus: — ὅπλα δὲ φωτὸς (ὁ Παῦλος καλεῖ) τῶν ἀγαθῶν τὴν ἐνέργειαν. schol. Matth. τὰ ὅπλα] ἤγουν τὰ τῆς δικαιοσύνης κατορθώματα. (Et reconditam videlicet rationem addit) Ἀσφαλίζεται γὰρ ἅμα καὶ λαμπρύνει. Pelagius: et arma lucis, h. e. *luminis opera* induamur. Patres graeci more suo abstrusas rationes excogitarunt, quibus motus P. tum τὰ ὅπλα post τὰ ἔργα commemorasset, tum ἀποθώμεθα οὖν τὰ ἔργα τοῦ σκότους καὶ ἐνδυσώμεθα τὰ ὅπλα τοῦ φωτός scripsisset. *Chrysost.* ad v. 14. Οὐκέτι εἶπεν ἔργα, ἀλλὰ μειζόνως αὐτοὺς ἀνέστησεν. Ὅτε μὲν γὰρ περὶ τῆς κακίας ἔφησεν, ἔργα ἔλεγεν, ὅτε δὲ περὶ τῆς ἀρετῆς, οὐκέτι ἔργα, ἀλλ' ὅπλα, δεικνὺς ὅτι ἐν πάσῃ ἀσφαλείᾳ καθίστησιν ἡ ἀρετὴ τὸν ἔχοντα αὐτὴν καὶ ἐν πάσῃ λαμπρότητι. Theophylactus: — ἐν δὲ τῷ εἰπεῖν ἀποθώμεθα καὶ ἐνδυσώμεθα τὴν εὐκολίαν ἀμφοτέρων ἐδήλωσε (P.), τῆς τε ἀποφυγῆς τῶν πονηρῶν πράξεων καὶ τῆς πρὸς τὴν ἀρετὴν νεύσεως. Ὥσπερ γὰρ εὔκολόν ἐστιν ἀποθέσθαι ἱμάτιον καὶ ἕτερον ἐνδύσασθαι οὕτω καὶ κακίαν ἀποφυγεῖν καὶ ἀρετὴν ἑλέσθαι. Addo inanes *Bengelii* argutias: — „Loquitur P., ut ad expergiscentes, *qui non statim capiunt confinium noctis et diei*. (sic). Qui pridem expergefactus est, ipse novit, *quota hora sit*. (At v. 11. ὥρα *tempus*, non horam declarat). Sed cui demum dici debet, *non amplius nox est* (προέκοψε *processit* valet, non *praeteriit*), dies appropinquavit, is intelligitur spectari ut talis, qui nunc demum

expergiscitur. *ἔργα, opera*) quae *vel jacentes* patrant (hoc subobscoenum), *armorum* nomine indigna. Accedit, quod *opera* ab internis veniunt: *arma* aliunde suppeditantur. Nox *ne vestes quidem* habet; dies *etiam arma*" (!!)

V. 13. Dilucidat P. v. 13. et 14. *) praeceptum versu 12. datum *ἀποθώμεθα οὖν τὰ ἔργα τοῦ σκότους κτλ.*. Ὡς h. l. rem *opinione* informatam notare (v. 1 Cor. 4,18. et not. ad 9,32. II,360.) e verbis v. 12. *ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν* cognoscitur: *ὡς ἐν ἡμέρᾳ* (scil. *περιπατοῦντες*) *εὐσχημόνως περιπατήσωμεν*) *tanquam interdiu viveremus* (at in ultimâ noctis parte constituti sumus v. 12.), *decore vivamus*. Nam homines, qui non jam praemortui

---

*) *Augustinus* Ambrosii concionibus eo adductus, ut inter duo consilia trepidans utrum Manichaeos an Catholicos sequeretur non satis sciret (Confess. l. V. c. 11—14.), versu 13. et 14. hujus capitis, ut susceptâ sacrâ lotione se ecclesiae catholicae addiceret, permotus est (Confess. l. VIII. c. 12. et l. IX. c. 6.). Namque se voce divinitus admonitum esse opinatus, ut quum sacrum codicem evolvisset locum, quem primum invenisset, divinum oraculum continere putaret, explicato sacro volumine in locum Rom. 13, 13. 14. oculos primo conjecit. Cf. Augustini Confessiones VIII, 12, 28. sq. — Ego sub quadam fici arbore stravi me nescio quo modo et dimisi habenas lacrymis — —. Jactabam voces miserabiles: quamdiu? quamdiu? Cras et cras? Quare non modo? quare non hâc horâ finis turpitudinis meae? (§. 29.) Dicebam haec et flebam amarissimâ contritione cordis mei. Et ecce audio vocem de vicinâ domo cum cantu dicentis et crebro repetentis: *tolle, lege, tolle, lege*, statimque mutato vultu intentissimus cogitare coepi, utrumnam solerent pueri in aliquo genere ludendi cantitare tale aliquid, nec occurrebat omnino audivisse me uspiam: repressoque impetu lacrimarum surrexi nihil aliud interpretans *nisi divinitus mihi juberi, ut aperirem codicem et legerem quod primum caput invenissem*. Audieram enim de Antonio, quod ex evangelicâ lectione, cui forte supervenerat, admonitus fuerit, *tamquam sibi diceretur quod legebatur*: „vade, vende omnia quae habes et da pauperibus et habebis thesaurum in coelis, et veni, sequere me (Matth. 19,21)" et tali *oraculo* confestim ad Te esse conversum. Itaque concitus redii ad eum locum, ubi sedebat Alypius: ibi enim posueram *codicem Apostoli*, cum inde surrexeram. Arripui, aperui et legi in silentio capitulum, quo primum conjecti sunt oculi mei: „Non in comissationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et impudicitiis, non in contentione et aemulatione, sed induite dominum Jesum Christum et carnis providentiam ne feceritis in concupiscentiis (Rom. 13, 13. 14.)." Nec ultra volui legere, nec opus erat. Statim quippe cum fine hujusce sententiae quasi luce securitatis infusâ cordi meo *omnes dubitationis tenebrae diffugerunt*. (§. 30.) Tum interjecto aut digito aut nescio quo alio signo codicem clausi et tranquillo jam vultu indicavi Alypio. At ille quid in se ageretur, quod ego nesciebam, sic indicavit: petit videre quid legissem: ostendi, et attendit etiam ultra quam ego legeram, et ignorabam quid sequeretur. Sequebatur vero: *infirmum autem in fide recipite* (Rom. 14, 1.). Quod ille ad se rettulit mihique aperuit."

pudoris sint; ortâ luce se gerunt verecundius suosque mores ad hominum judicia accommodant. Ovid. Amor. 1,5, 59. 60. *Nox* et Amor nihil moderabile suadent. | *Illa pudore vacat*, Liber Amorque metu. Recte ὡς explicuit *Photius* apud Oecumenium: ὡς ἤδη παρούσης, ὡς ἐνεστηκυΐας τῆς ὅσον οὔπω παρεσομένης ἡμέρας, οὕτω πολιτευσώμεθα εὐσχημόνως. Male *Chrys.*, *Theophylactus*, *Rueckertus* al. ὡς *congruentiam* h. l. declarare opinati (v. *Matthiae* Ausf. gr. Gr. §. 628. p. 1283. et *Kuehneri* Gr. II, p. 571.) hanc interpretationem ingressi sunt: *ut luce ortâ* h. e. *ut, quoniam dies illuxit* (at cf. v. 12.) *fieri par est, decore vivamus.* Temere igitur *Rueckertus* Paulo inconstantiam exprobravit, quâ quem diem *instare* modo dixerit v. 12., eundem *exortum* esse hîc affirmet. εὐσχημόνως περιπατήσωμεν] *decore*, h. e. ita ut homines pudentes et verecundos non offendamus, *vivamus* (1 Thess. 4, 12. 1 Cor. 14, 40. Aristoph. Vesp. 1211.). Contende proxima verba μὴ κώμοις — — ζήλῳ, quibus εὐσχημόνως exponitur. Paulum hoc dicere, Romanis decenter vivendum esse pietate, non solum famae pudore adductis, quicunque summi Apostoli ingenium noverint et v. v. 14. ἀλλ' ἐνδύσασθε τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστόν expenderint, facile concedent. Nam qui Christi ingenium induerint, et Deum diligunt et Dei reverentiâ moti honestatem propter se expetendam esse sentiunt. μὴ κώμοις καὶ μέθαις — — μὴ ἔριδι καὶ ζήλῳ] scil. περιπατήσωμεν *non comissationibus aut ebrietati* etc. *vitam consecremus* (indulgeamus) i. q. μὴ κώμοις καὶ μέθαις — μὴ ἔριδι καὶ ζήλῳ ζήσωμεν (Rom. 7,9.). Nam h. l. περιπατεῖν τινι idem valere quod ζῆν τινι ex eo intelligitur, quod quum P. verba proxime praecedentia ὡς ἐν ἡμέρᾳ, εὐσχημόνως περιπατήσωμεν scriberet non *incedendi*, sed *vivendi* notionem cogitavit. *Winerus* gr. p. 189. πορεύεσθαι ὁδῷ, πορεύεσθαι σοφίᾳ, πορεύεσθαι τῷ φόβῳ τοῦ κυρίου, περιπατεῖν τῇ ἁπλότητί τινος, τοῖς ἔθεσι περιπατεῖν, πορεύεσθαι τοῖς ὑπό τινος λεγομένοις et alias formulas, quas similes putasset, inde explicuit, quod scriptores verbis πορεύεσθαι, περιπατεῖν et στοιχεῖν notionem verbi ἕπεσθαι subjecissent, ut ὁδῷ, σοφίᾳ πορεύεσθαι esset *viam*, *sapientiam sequi*. Erravit vir doctissimus. Nam neque subest illis verbis notio *sequendi* et dissimillima loca V. D. commiscuit. Dicitur et ἐν ὁδῷ πορεύεσθαι (1 Reg. 16, 26. LXX Sirac. 5, 2.) et ὁδῷ πορεύεσθαι (cf. Lucian. Tim. c. 5. ὁδῷ βαδίζειν). Itaque Dativus *loci* (v. I, p. 225. sq.) in hujus generis locis obtinet: Tob. 4, 5. — καὶ μὴ πορευθῇς ταῖς ὁδοῖς τῆς ἀδικίας. Jud. v. 11. Οὐαὶ αὐτοῖς, ὅτι τῇ ὁδῷ τοῦ Κάϊν ἐπορεύθησαν. Act. 14, 16. — ὃς — εἴασε πάντα τὰ ἔθνη

πορεύσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν. Hinc elucet, qui factum sit ut codices hujusmodi in locis saepe fluctuent, aliis Dativum aliis ἐν praebentibus. 1 Sam. 15,20. *Breiting.* — καὶ ἐπορεύθην ἐν (alii ἐν omittunt) τῇ ὁδῷ (hebr. וָאֵלֵךְ בַּדֶּרֶךְ) ᾗ ἀπέσταλκέ (al. ἀπέστειλέ) με κύριος —. Ps. 81,14. *Breit.* Ἰσραὴλ ἐν (alii ἐν praetermittunt) ταῖς ὁδοῖς μου εἰ ἐπορεύθη (hebr. יִשְׂרָאֵל בִּדְרָכַי יְהַלֵּכוּ — לוּ). Ad hanc normam πορεύεσθαι ἐν ἀσελγείαις (1 Petr. 4,3.) et πορεύεσθαι τῷ φόβῳ τοῦ κυρίου (Act. 9,31.) explicandum esse alicui in mentem veniat: nam πορεύεσθαι ἐν ἀσελγείαις idem valere, quod πορεύεσθαι ἐν ὁδοῖς ἀσελγειῶν (Matth. 21,32. ἦλθε γὰρ πρὸς ὑμᾶς Ἰωάννης ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης —) neque differre πορεύεσθαι τῷ φόβῳ τοῦ κυρίου a πορεύεσθαι τῇ ὁδῷ τοῦ φόβου τοῦ κυρίου. Sed hujusmodi in locis nullam notionis *eundi* rationem haberi, sed unice spectari quae demtâ metaphorâ verbis πορεύεσθαι et περιπατεῖν subest, notionem *vivendi* mihi verum videtur, ut πορεύεσθαι ἐν ἀσελγείαις idem quod ζῆν ἐν ἀσελγείαις (cf. I, p. 357.) et πορεύεσθαι τῷ φόβῳ τοῦ κυρίου idem quod ζῆν τῷ φόβῳ τοῦ κυρίου (1 Petr. 2, 24.) declaret. (Ps. 1,1. μακάριος ἀνήρ, ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν —. Ps. 26,1. — ὅτι ἐγώ, ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπορεύθην. Dan. 4,34. — καὶ πάντας τοὺς πορευομένους ἐν ὑπερηφανίᾳ δύναται ταπεινῶσαι. Luc. 1,6. — πορευόμενοι ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι τοῦ κυρίου ἄμεμπτοι. Act. 9,31. — καὶ πορευόμεναι τῷ φόβῳ τοῦ κυρίου. Rom. 13,13. περιπατεῖν κώμοις, μέθαις, κοίταις, ἀσελγείαις, ἔριδι καὶ ζήλῳ. Fabric. Pseudepigr. V. T. II,627. — τῇ ἁπλότητι τοῦ πατρὸς ὑμῶν περιπατήσατε.) Haec interpretatio non solum simplicitatis commendationem habet, verum etiam eo corroboratur, quod nonnullis in locis verbo περιπατεῖν haud dubie *vivendi* notio subest. De nostro loco supra diximus. Adde Eph. 4,17. τοῦτο οὖν λέγω καὶ μαρτύρομαι ἐν κυρίῳ, μηκέτι ὑμᾶς περιπατεῖν, καθὼς καὶ τὰ [λοιπὰ] ἔθνη περιπατεῖ ἐν ματαιότητι τοῦ νοὸς αὐτῶν —. Quamquam nonnullis locis a cogitatione *incedendi* ad notionem *vivendi* subito transitur. Cf. 1 Reg. 16,26. *Breit.* καὶ ἐπορεύθη ἐν πάσῃ τῇ ὁδῷ Ἱεροβοὰμ — καὶ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις αὐτοῦ. Hic verbo πορεύεσθαι scriptor primo *incedendi* (καὶ ἐπορεύθη ἐν πάσῃ τῇ ὁδῷ Ἱεροβοάμ), deinde *vivendi* (καὶ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις αὐτοῦ) notionem subjecit. Ejusdem generis locus est 2 Cor. 12,18. οὐ τῷ αὐτῷ πνεύματι περιεπατήσαμεν; οὐ τοῖς αὐτοῖς ἴχνεσι; Ibi τῷ αὐτῷ πνεύματι περιπατεῖν idem notat, quod τῷ αὐτῷ πνεύματι ζῆν, Dativus autem τοῖς αὐτοῖς ἴχνεσι *locum* (v. I, p. 225. ad c. 4, v. 12.) declarat: *nonne* (ego, Titus et Titi comes) *eidem sancto spiritui vitam dica-*

vimus? nonne iisdem vestigiis ingressi sumus? Male *Meyerus* enarravit: nonne *cum* eodem sancto spiritu vivimus? comparans πλήθει, στρατῷ ἔρχεσθαι et alia dissimilia, quae *Kuehnerus* l. c. II, p. 236. sq. commemoravit. Venio ad ea loca, in quibus Dativus *normam* enuntiat: v. *Matthiae* Ausf. gr. Gr. §. 399. not. 2., qui Hom. Il. ό, 194. citavit τῷ ῥα καὶ οὔτι Διὸς βέομαι φρεσίν·, et *Wineri* gr. p. 193.. Cf. Act. 21, 21. τοῖς ἔθεσι περιπατεῖν. 1 Macc. 6, 23. Ἡμεῖς εὐδοκοῦμεν δουλεύειν τῷ πατρί σου καὶ πορεύεσθαι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ λεγομένοις καὶ κατακολουθεῖν τοῖς προστάγμασιν αὐτοῦ. Adde Gal. 6, 16. τῷ αὐτῷ κανόνι στοιχεῖν. 5, 25. πνεύματι στοιχεῖν. Phil. 3, 16. τῷ αὐτῷ στοιχεῖν. Quippe στοιχεῖν non solum *ordine incedere*, sed etiam *incedere* (i. q. στείχειν) Rom. 4, 12. et metaphorice *vivere* Act. 21, 24.) significat. Metaphorica loquutio στοιχεῖν τινι, quemadmodum vernacula nach etwas gehen (sich richten) *se accommodare ad aliquid* denotat. Contende Polyb. 28, 5, 6. Ῥηθέντων δὲ τούτων οἱ περὶ τὸν Γάϊον —— βουλόμενοι στοιχεῖν τῇ τῆς συγκλήτου προθέσει — ἀπῆραν ἐπὶ Λαρίσσης πρὸς τὸν ἀνθύπατον. et loca Eustathii, quae *Valckenarius* ad Act. 21, 21. attulit, ad Il. ά. 93, 10. ἄλλοι δὲ τῇ τοῦ Ζηνοδότου γραφῇ στοιχοῦντες —, ad Od. λ, 441, 3. στοιχεῖν τοῖς κριθεῖσι. Dubia est interpretatio loci Gal. 5, 16. πνεύματι περιπατεῖτε, quod et *spiritui divino vitam consecrate* (2 Cor. 12, 18.) et *ad divini spiritus regulam* (i. q. κατὰ πνεῦμα Rom. 8, 4.) *vitam instituite* valere possit. Item de loci Gal. 5, 25. εἰ ζῶμεν πνεύματι, πνεύματι καὶ στοιχῶμεν explicatione valde dubitatum est. Ego eorum ratione repudiatâ, qui εἰ ζῶμεν πνεύματι exposuerunt *si vivimus per spiritum s.*, *si vitam spiritui divino debemus*, sic interpretor: *si vitam nostram ad spiritum s. referimus* (Rom. 14, 6—8.), *ad spiritum s. etiam dirigamus vitam*. Christiani, qui τὴν σάρκα simul cum affectibus et cupiditatibus crucis supplicio affecerint (v. 24.), non vitam degunt ad τὴν σάρκα pertinentem, sed quae ad spiritum divinum spectet. Restant loca quum ab hâc disputatione alienissima essent tamen a viris doctis hûc relata. 1 Macc. 13, 31. ὁ δὲ Τρύφων ἐπορεύετο δόλῳ μετὰ Ἀντιόχου — καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν valet δόλῳ *dolose* (i. q. δολερῶς) et Prov. 28, 26. LXX. — ὃς δὲ πορεύεται σοφίᾳ (וְהוֹלֵךְ בְּחָכְמָה, v. Col. 4, 5. ἐν σοφίᾳ περιπατεῖτε πρὸς τοὺς ἔξω et *Wineri* gr. p. 400.), σωθήσεται. non differt σοφίᾳ a σοφῶς, cf. *Kuehneri* gr. II, p. 254. sq.. 2 Petr. 2, 10. — μάλιστα δὲ τοὺς ὀπίσω σαρκὸς ἐν ἐπιθυμίᾳ μιασμοῦ πορευομένους —. integra loquutio est, ὀπίσω σαρκὸς πορεύεσθαι et verba ἐν ἐπιθυμίᾳ μιασμοῦ significant *dum libidinem, quae polluit, concupiscunt*, bei Be-

gierde nach Befleckung. 2 Sam. 15,11. *Breiting.* καὶ μετὰ Ἀβεσσαλὼμ ἐπορεύθησαν διακόσιοι ἄνδρες ἐξ Ἱερουσαλὴμ κλητοὶ καὶ πορευόμενοι ἐν (al. omittunt ἐν) τῇ ἁπλότητι αὐτῶν καὶ οὐκ ἔγνωσαν πᾶν ῥῆμα. H. l. πορεύεσθαι μετά τινος *cum aliquo ire, proficisci* declarat et ἐν τῇ ἁπλότητι αὐτῶν est in ihrer Einfalt (hebr. וְהֹלְכִים לְתֻמָּם pro suâ simplicitate). — *Κοῖται* sunt *concubitus* (v. not. ad 9,10. II. p. 291.) et *ἀσέλγειαι lasciviae*, ut spurce dicta, indecori corporis motus et impudicae marium feminarumque contrectationes. *Ζῆλος* neque *invidiam* (*βασκανίαν*, *Photius*), neque *rivalitatem* (*ζηλοτυπίαν*, *Theophylactus*), sed *iram* h. l. declarat, rixarum et jurgiorum matrem (v. 2 Cor. 12,20. Gal. 5,20. 1 Cor. 3,3.). Concubitus, lascivias, contentionem et iram pro rebus commemorari, quas nocturnae comissationes et compotationes pariant, planum est. Namque Veneris impotentia et rixandi studium delicata et in multam noctem producta convivia comitantur. Unde nescio quid *Rueckerto* in mentem venerit, qui Paulum verbis μὴ ἔριδι καὶ ζήλῳ ab allegoriâ descivisse perhibuit, quoniam ἔρις et ζῆλος non sint opera noctis (ἔργα σκότους v. 12.)!

V. 14. ἀλλ' ἐνδύσασθε τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστόν] *sed domini Jesu Christi* (cujus et optima mens et integerrima vita fuit 1 Petr. 2,21 sq.) *ingenium induite* i. q. sed Christi sanctitatem aemulamini. Potuisset P. hanc sententiam sic enuntiare: ἀλλὰ μιμηταὶ γίνεσθε τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ (1 Cor. 11,1.). Fortasse verborum v. 12. καὶ ἐνδυσώμεθα τὰ ὅπλα τ. φ. invitatu ἀλλ' ἐνδύσασθε τὸν κύριον Ἰ. Χρ. dicere maluit. Formula ἐνδύεσθαί τινα non uno semper eodemque significatu ponitur. Potest *natura* et *forma* ejus spectari, qui induatur. Tum ἐνδύεσθαί τινα *alicujus naturam et formam sibi induere* h. e. *in alicujus naturam mutari* designat. Cf. Luc. Gallus c. 19. *MIK.* Ἀποδυσάμενος δὲ τὸν Πυθαγόραν τίνα μετημφιάσω μετ' αὐτόν; *ΑΛΕΚ.* Ἀσπασίαν τὴν ἐκ Μιλήτου ἑταῖραν. 1 Cor. 15,53. 54.. Potest vero etiam tum *mentis* atque *morum*, tum *splendoris* et *dignitatis* eorum ratio haberi, qui induantur. Illud ubi fit ἐνδύεσθαί τινα *alicujus ingenium, mentem et mores sibi induere* significat (cf. Dionys. Hal. A. R. 11,5,5. Θᾶττόν με ἀναγκάσετε, Ἄππιε, τοὺς χαλινοὺς διαῤῥῆξαι οὐκέτι μετριάζοντες, ἀλλὰ τὸν Ταρκύνιον ἐκεῖνον ἐνδυόμενοι, οἵ γ' οὐδὲ λόγου τυχεῖν ἐᾶτε τοὺς περὶ σωτηρίας τῶν κοινῶν βουλομένους λέγειν. Tacit. Annal. 16,28. — nisi proditorem palam et hostem induisset. Rom. 13,14. Ephes. 4,24. Col. 3,10. et not. ad 6,6. I, p. 376.); hoc ubi obtinet ἐνδύεσθαί τινα *alicujus dignitatem et jura sibi assumere* valet. Cf. Euseb. De vitâ Constantini prooem. —

οἱ (Constantini filii) *καισάρων μὲν ἔτι πρότερον μετεῖχον τιμῆς, νυνὶ δ' ὅλον αὐτὸν ἐνδυσάμενοι θεοσεβείας ἀρετῇ αὐτοκράτορες, αὔγουστοι σεβαστοί, βασιλεῖς, τοῖς τοῦ πατρὸς ἐμπρέποντες καλλωπίσμασιν, ἀνεδείχθησαν.* et Gal. 3, 27. *ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε Χριστὸν ἐνεδύσασθε* (Christi, *Dei filii* 4, 4. *dignitatem et jura* per sacram lotionem accepistis, *quippe Dei filii* facti, v. v. 26. et supra II, p. 83.). *) Errarunt, qui loquutionem *ἐνδύεσθαι τὸν κύριον Ἰ. Χρ.* ex *hebraicâ* linguâ explicandam esse putarunt. Nam לָבַשׁ צֶדֶק Job. 29, 14. Hom. Il. 20, 381. — *φρεσὶν εἱμένος ἀλκήν* et hujus generis alia, quae *Koellnerus* contulit, alienissima esse apparet. Dictio autem, quae primo obtutu similis videatur, Jud. 6, 34. רוּחַ יְהוָה לָבְשָׁה אֶת־גִּדְעוֹן (cf. 1 Chron. 12, 18. 2 Chron. 24, 20.) hanc vim habet: *Jehovae spiritus Gideonem induit*, h. e. *intimam cum Gideone societatem coivit, Gideonem inspiravit.* Adde formulam Ephraemi Opp. syr. II, 504. 505. a *Gesenio* (Lex. man. hebr. et chald. p. 522.) allatam ܠܒܫܟ ܣܛܢܐ *Satanas te induit* (incitavit). — Loquutio *πρόνοιαν ποιεῖσθαί τινος, rei providentiam agere* (Dionys. Hal. A. R. 5, 46. Polyb. 4, 6, 11.), quae sensu a *προνοεῖσθαί τινος, rei providere, prospicere* (Thucyd. 6, 9.) non differt, a *Wetstenio* et *Kypkio* II, p. 187. multis exemplis illustrata est. Variantes lectiones nullius pretii sunt. *εἰς ἐπιθυμίας*] A. 1. Athan. II, 317, Cyrill. Damasc. *εἰς ἐπιθυμίαν* (Gal. 5, 16.) — F. G. It. Vulg. Hieronymus, Augustinus et alii Patres latini *ἐν ἐπιθυμίαις*. Ambrosius *ἐν ἐπιθυμίᾳ*. Recte *ἐν ἐπιθυμίαις* omnes Critici spreverunt. Nam latini interpretes *εἰς* idem quod *ἐν* valere arbitrati saepe *εἰς* verterunt per *ἐν*. Sic 14, 1. *εἰς διακρίσεις*, quod omnes codices graeci tenent, transtulerunt *in disceptationibus* (dijudicationibus). Scripsit tamen *ἐν ἐπιθυμίαις Tischendorfius* in eâ N. T. editione, quam archiepiscopo Parisiensi dica-

---

*) *Chrysostomus* suo tempore aliquem induisse *amore et consuetudine intime alicui junctos* vulgo dictos esse annotavit. Quamquam nullum hujus usus exemplum mihi innotuit, tamen rem credibilem reddit loquendi consuetudo Hebraeorum Jud. 6, 34. (v. supra). *Chrysostomus* (T. IX. p. 767. ed. Montf. Paris. 1837. 4.): — *Ἵν' οὖν ταῦτα διαφύγωμεν ἅπαντα, τὸν Χριστὸν ἐνδυσώμεθα καὶ μετ' αὐτοῦ διηνεκῶς ὦμεν· ἐπεὶ καὶ τοῦτό ἐστιν ἐνδύσασθαι, τὸ μηδέποτε αὐτοῦ ἀπολειφθῆναι —. Οὕτω καὶ ἐπὶ φίλων λέγομεν, ὁ δεῖνα τὸν δεῖνα ἐνεδύσατο, τὴν πολλὴν ἀγάπην λέγοντες καὶ τὴν ἀδιάλειπτον συνουσίαν· ὁ γὰρ ἐνδυσάμενος ἐκεῖνο φαίνεται, ὅπερ ἐνδέδυται.* (Ineptâ sane ratione quem dixit loquendi usum *Chrysostomus* firmavit.)

tam Parisiis 1842. publicavit, non quod ἐν ἐπιθυμίαις verum putasset, sed quod a pontificiis gratiam initurus Clementis VIII.. Vulgatam quotiescunque ejus lectiones in graecis codicibus invenisset graece exhibere constituisset. εἰς ἐπιθυμίας] εἰς h. l. eventum, rem consequentem declarare patet (v. 6,16. Gal. 2,8. et *Matthiae* Ausf. gr. Gr. p. 1145.). Illud quaeritur, quae ratio inter verba εἰς ἐπιθυμίας et praecedentia vocabula intercedat. Longe plerique interpretes (v. c. *Chrysost.*, *Theodoret.*, *Theophyl.*, *Erasmus*, *Grotius*, *Wolf.*, nuper *Boehm.*, *de Ammon*, *Rueck.*, *Olshaus.*, *dW.*), verba εἰς ἐπιθυμίας interdictum καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε *limitibus circumscribere* putarunt h. s.: *et corporis curam nolite ita gerere, ut pravae cupiditates irritentur* (male *Beza* et *Grot.*, ut cupidines *expleatis*: turpe est enim cupiditatibus ardere, non solum eas explere) i. q. prospicite corpori ad necessitatem, non ad voluptatem. *Theodoretus*: „ οὐ γὰρ ἀπηγόρευσε (Paulus) τὴν τοῦ σώματος ἐπιμέλειαν, ἀλλὰ τὴν τρυφὴν καὶ τὴν ἀκρασίαν ἐξέβαλεν· Οὐ γὰρ εἶπε μὴ ποιεῖσθε τῆς σαρκὸς πρόνοιαν, ἀλλ᾽ εἰς ἐπιθυμίας μὴ ποιεῖσθε, ἀντὶ τοῦ, μὴ σκιρτᾶν αὐτὴν παρασκευάζετε διὰ τῆς τρυφῆς. *Theophylactus*: Οὐ τὸ προνοεῖσθαι τῆς σαρκὸς κωλύει (P.), ἀλλὰ τὸ εἰς ἐπιθυμίας. Πρὸς ὑγίειαν, φησιν, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἀσέλγειαν ἐπιμελοῦ τῆς σαρκός. Eandem sententiam *Lutherus* paullo liberius sic expressit: und wartet des Leibes, doch also, daß er nicht geil werde (πρόνοιαν μὲν ποιεῖσθε τῆς σαρκός, ἀλλὰ μὴ εἰς ἐπιθυμίας). Non obstare huic interpretationi μή verbo ποιεῖσθε praepositum concedi debet, quamquam Paulo etiam sic scribere licuerat: καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν ποιεῖσθε μὴ εἰς ἐπιθυμίας, cf. 14,1. Eurip. Med. v. 773. δέχου δὲ μὴ πρὸς ἡδονὴν λόγους. (Ambiguum esset καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν εἰς ἐπιθυμίας μὴ ποιεῖσθε, quod et *carnis providentiam, quae cupiditates pariat*, agere nolite, et carnis curam *ita, ut cupiditates irritentur gerere nolite* notare posset). Nam si verbis in periodi finem conjectis εἰς ἐπιθυμίας interdictum τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε *limitari* censueris, sane haec sententia oritur: modicam carnis curam habete, non nimiam, quâ cupiditates excitentur. Absurdam esse hanc, de quâ disputamus, explicationem e vocabulo τῆς σαρκός intelligitur, quod non *corpus*, sed *libidinosam carnem* (v. I, p. 380.) h. l. significare interpretes vel ex eo suspicari potuissent, quod Paulus τῆς σαρκός, ut lectores vocabuli pondus sentirent, statim post καί collocavit: *et libidinosae carnis curam gerere nolite* etc.. *Moderatam* libidinosae carnis (Gal. 5,13. 16. sq.) curam lectoribus commendare Paulus non magis potuit,

quam eos monere, ut *modice* aut *intra modum* vitam ad *impurae* carnis studia accommodarent (Rom. 8, 12. sq. Gal. 5, 16. sq.). Quippe provida libidinosae carnis cura lautitiâ continetur sensus titillante, quo v. c. comissationes et compotationes (v. 13.) pertinent. Accedit, quod susceptâ impurae carnis curâ pravae cupiditates necessario irritantur. Quî enim libidinosa caro, quam foveris, integritatem et continentiam pariat? Quamobrem absona est haec sententia: libidinosae carnis curam *ita* suscipite, *ut ne pravae cupiditates excitentur.* — Quae quum ita sint, verba *εἰς ἐπιθυμίας* rem *ἐκ τοῦ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν ποιεῖσθαι*, e providâ luxuriosae carnis curâ, quam geri Paulus vetat, consequentem designant: *et libidinosae carnis providentiam agere nolite, quae pravas cupiditates irritat* (cf. 6, 16.). Cur Paulus *καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν εἰς ἐπιθυμίας μὴ ποιεῖσθε* non scripserit supra indicavimus. Senserunt verum *Reichius* et *Meyerus*, sed non satis dilucide de h. l. disputarunt.

CAP. XIV.

ARGUMENTUM.

Nostri de mutuo amore praecepti (13,8—10.) memores mentis sententiâ infirmum in vestrum contubernium recipite, ita ut nulla de cogitatis judicia faciatis (v. 1.). Nam non una eademque omnium hominum firmitas est; sunt potius praeter firmos, qui quibuslibet vescuntur, etiam infirmi, qui olusculis vitam sustentant (v. 2.). Illos hos non contemnere ut stultos et superstitiosos, hos illos non impietatis insimulare decet, in Deum, qui non abstinentes caritate complexus est, intuitos (v. 3.). Non solum *stulte* facit abstinens, qui non abstinentis censorem agit, quia quum Christo, ejus hero, multo infirmior sit, Christi servum suae censurae per injuriam summittere *frustra* conatur, sed etiam *injuste*, quoniam judicium de servo exercendi jus in unum herum, Christum, competit. Sustinebitur autem, ut opinor, a lapsu Christi servus: potis est enim Deus eum stabilire (v. 4.). — Sunt, qui alternos dies eximios putent, sunt etiam, qui unumquemque diem probent: quisque id faciat, quod pium esse ipse secum firmiter statuerit (v. 5.). Et qui certos quosdam hebdomadis dies prae ceteris celebrat et qui omnibus hebdomadae diebus parem sanctitatem tribuit pietate erga Christum ducitur: item et qui carnibus abstinet et qui omnibus promiscue cibis vescitur pietate erga Christum impellitur: nam et abstinens et non abstinens pro suâ coenâ gratias agit Deo (v. 6.). Quippe nemo nostrûm tam impius est, ut vitam suam aut mortem ad *suas* res referat (v. 7.); referimus enim vitam nostram et mortem ad *Christum*, quare sive vivamus, sive moriamur Christi arbitrio nos subjectos esse arbitramur (Dei institutis congruenter v. 8.). Nam hoc ipso consilio Christus (moderante Deo) mortuus et (post mortem) vitâ gavisus est, ut et mortuorum et vivorum dominus (divinitus) declararetur (v. 9.). Quum autem Christiani et reverentiâ, quam Christo tribuant, inter se pares et arctissimo caritatis vinculo secum copulati sint alterum ab altero aut ut superstitiosum sperni aut ut impium in judicium vocari nefas est propterea, quod omnes *Deum* judicem suum habituri sunt (v. 10. et 11.). Itaque ergo quilibet nostrûm de *suâ* vitâ rationem dabit Deo (v. 12.). Ne igitur alteri alterorum judices sedeamus; imo hoc potius vobis judicatum sit, nullam homini, qui fratris loco vobis colendus sit, offensionem facere (v. 13.). Nulli sane cibi *naturâ* immundi sunt; atqui nonnullos cibos impuros esse *putat*, eum sane polluunt (v. 14.). Si autem propter cibum frater tuus in tristitiam conjicitur, illico amorem ex animo ejecisti: noli tuo cibo illum perdere, pro quo *Christus mortem* occubuit (v. 15.). Ne convitiis igitur vestrâ, firmi Romani, culpâ proscindatur nostra, in quâ haud mediocre bonum inest, Christianorum libertas (ab imbecillis Romanis v. 16.). Neque enim regnum divinum a cibo et potu, sed ab honestate, concordiâ et hilari animo dependet, quem spiritus s. gignit (v. 17.), quandoquidem qui *his rebus* Christum colit gratus Deo est et acceptus hominibus (v. 18.). Itaque ergo ea, quae

concordia poscit, consectemur et quae animorum exstructio flagitat, quam alteros nostrûm alteris afferre decet (v. 19.). Noli propter cibum destruere Dei opus. Omnes cibi (naturâ) mundi sunt, largior; at peccat, qui cum alterius offensione omnibus promiscue cibis vescitur, honeste agit, qui a cibo potuque abstinet, quo alter aut offendatur aut pro suâ *infirmitate* offendi possit (v. 20. et 21.). Tibi *firmum* mentis judicium (de omnium ciborum puritate) est, concedo: tuâ ipsius mente id reconde conscio Deo. Beatus est, qui in re, quam probat, non haesitat! (v. 22.). Qui vero (de cibi puritate) dubitat, si ederit, condemnatus est, quoniam non e certâ mentis sententiâ editi: quidquid autem non firmo mentis judicio peragitur, in eo peccatur (v. 23.).

V. 1. *Τὸν δὲ ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προςλαμβάνεσθε, μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν.* 2. *Ὃς μὲν πιστεύει φαγεῖν πάντα, ὁ δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει.* 3. *Ὁ ἐσθίων τὸν μὴ ἐσθίοντα μὴ ἐξουθενείτω καὶ ὁ μὴ ἐσθίων τὸν ἐσθίοντα μὴ κρινέτω· ὁ θεὸς γὰρ αὐτὸν προςελάβετο.* 4. *Σὺ τίς εἶ ὁ κρίνων ἀλλότριον οἰκέτην; τῷ ἰδίῳ κυρίῳ στήκει ἢ πίπτει· σταθήσεται δέ· δυνατὸς γάρ ὁ θεὸς στῆσαι αὐτόν.* 5. *Ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ᾽ ἡμέραν, ὃς δὲ κρίνει πᾶσαν ἡμέραν· ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορείσθω.* 6. *Ὁ φρονῶν τὴν ἡμέραν κυρίῳ φρονεῖ, καὶ ὁ μὴ φρονῶν τὴν ἡμέραν κυρίῳ οὐ φρονεῖ· καὶ ὁ ἐσθίων κυρίῳ ἐσθίει· εὐχαριστεῖ γὰρ τῷ θεῷ· καὶ ὁ μὴ ἐσθίων κυρίῳ οὐκ ἐσθίει καὶ εὐχαριστεῖ τῷ θεῷ.* 7. *Οὐδεὶς γὰρ ἡμῶν ἑαυτῷ ζῇ καὶ οὐδεὶς ἑαυτῷ ἀποθνήσκει.* 8. *Ἐάν τε γὰρ ζῶμεν, τῷ κυρίῳ ζῶμεν, ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν, τῷ κυρίῳ ἀποθνήσκομεν. Ἐάν τε οὖν ζῶμεν, ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν, τοῦ κυρίου ἐσμέν.* 9. *Εἰς τοῦτο γὰρ Χριστὸς καὶ ἀπέθανε καὶ ἔζησεν, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ.* 10. *Σὺ δὲ τί κρίνεις τὸν ἀδελφόν σου; ἢ καὶ σὺ τί ἐξουθενεῖς τὸν ἀδελφόν σου; πάντες γὰρ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ θεοῦ.* 11. *Γέγραπται γάρ Ζῶ ἐγώ, λέγει κύριος, ὅτι ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται τῷ θεῷ.* 12. *Ἄρα οὖν ἕκαστος ἡμῶν περὶ ἑαυτοῦ λόγον δώσει τῷ θεῷ.* 13. *Μηκέτι οὖν ἀλλήλους κρίνωμεν, ἀλλὰ τοῦτο κρίνατε μᾶλλον, τὸ μὴ τιθέναι πρόςκομμα τῷ ἀδελφῷ ἢ σκάνδαλον.* 14. *Οἶδα καὶ πέπεισμαι ἐν κυρίῳ Ἰησοῦ, ὅτι οὐδὲν κοινὸν δι᾽ αὐτοῦ· εἰ μὴ τῷ λογι-*

ζομένῳ τι κοινὸν εἶναι, ἐκείνῳ κοινόν. 15. Εἰ δὲ διὰ βρῶμα ὁ ἀδελφός σου λυπεῖται, οὐκέτι κατὰ ἀγάπην περιπατεῖς· μὴ τῷ βρώματί σου ἐκεῖνον ἀπόλλυε, ὑπὲρ οὗ Χριστὸς ἀπέθανε. 16. Μὴ βλασφημείσθω οὖν ἡμῶν τὸ ἀγαθόν. 17. Οὐ γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ βρῶσις καὶ πόσις, ἀλλὰ δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη καὶ χαρὰ ἐν πνεύματι ἁγίῳ. 18. Ὁ γὰρ ἐν τούτοις δουλεύων τῷ Χριστῷ εὐάρεστος τῷ θεῷ καὶ δόκιμος τοῖς ἀνθρώποις. 19. Ἄρα οὖν τὰ τῆς εἰρήνης διώκωμεν καὶ τὰ τῆς οἰκοδομῆς τῆς εἰς ἀλλήλους. 20. Μὴ ἕνεκεν βρώματος κατάλυε τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ. Πάντα μὲν καθαρά, ἀλλὰ κακὸν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ διὰ προςκόμματος ἐσθίοντι. 21. Καλὸν τὸ μὴ φαγεῖν κρέα μηδὲ πιεῖν οἶνον μηδὲ ἐν ᾧ ὁ ἀδελφός σου προςκόπτει ἢ σκανδαλίζεται ἢ ἀσθενεῖ. 22. Σὺ πίστιν ἔχεις· κατὰ σεαυτὸν ἔχε ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. Μακάριος ὁ μὴ κρίνων ἑαυτὸν ἐν ᾧ δοκιμάζει. 23. Ὁ δὲ διακρινόμενος ἐὰν φάγῃ κατακέκριται, ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως· πᾶν δὲ ὃ οὐκ ἐκ πίστεως, ἁμαρτία ἐστίν.

Duo Romae fuerunt Christianorum genera, quorum alterum tum carnibus et vino abstinuit (14,2. 21.), ne se pollueret (14,14.), tum festos quosdam dies egit (14,5.), alterum omnes et cibos et dies promiscuos habuit (14,2. 5. 21.). Hi illos contemserunt ut *superstitiosos*, illi his *impietatem* crimini dederunt (14,3. 10.). Itaque Paulus ut in pace viverent, qui animis tantopere inter se dissiderent, disputatione sapientiae et humanitatis plenissimâ et quam cum 1 Cor. c. 8. recte conferas, efficere studuit. A pietate, inquit, non a ciborum delectu neque a feriarum celebratione civitas messiana dependet (14,17. 18.). Verum est igitur, ut in edendo et feriando suam quisque firmam mentis sententiam sequutus iis, qui aliter statuant, neque impiam levitatem neque mentis tenebras exprobret, quum *suae* vitae rationem apud Deum reddendam esse unusquisque reputaverit (14,3. sq. 10. 12. 22. 23.). Poscit tamen Christianorum amor, quem singularem Christus erga homines habuit (15,2. sq.), ut iis rebus abstineamus, quibus fratres h. e. homines christiani offendantur (14,13. sqq.). Numero plures et potentiores Romae fuisse firmos Christianos, qui infirmos ut superstitiosos despicerent, quam infirmos, qui firmos impietatis postularent, ex eo elucet, quod illis cor-

nua disputationis Paulus obvertit (14,1.) eosque ne male relligiosos contemnerent multis argumentis movere studuit (14,15. sqq. 15,1. sq. 8. sq.), hos non nisi obiter adhortatus est, ne firmos Christianos *impios* homines esse judicarent (14,3.10.13.). *Chrysostomus* ejusque assectatores miris argutiis usi sunt, ut Paulum firmos Romanos simulate perstrinxisse, quo vehementius infirmos feriret, ostenderent. Lenem autem se P. infirmis Romanis praebuit, quod nimium quidem relligiosi, at simplices tamen et probi essent, non superbi, neque litigiosi neque qui Dei favorem non nisi suâ castimoniâ parari posse putarent (Gal. 5,4.). — Sed quum interpretes de infirmorum et firmorum Christianorum, quos P. 14,1 — 15,13. adhortatur, ingenio acerrime h. l. disceptare videam, hanc disputationem ego quoque ingrediar. Quae ut ordine procedat, primo hominum opiniones referam: deinde quarum gentium fuerint perquiram: postremo quaenam eos rationes ad vitae institutum, quod sequuti sunt, perpulerint disseram. Quod primum posui paucis verbis absolvi potest. Nam infirmi Romani et carnibus vinoque abstinuerunt (14,2.21.), ne se contaminarent (14, 14.) et ferias quasdam celebrarunt pietate adducti (14,5.6.); firmi autem Romani, quoniam se Christi disciplinâ melius intellectâ plus quam illos sapere putarent, neque cibos neque dies in ullo discrimine posuerunt (14,3. 6. 21.). Deinde infirmos Romanos olim *Judaeos*, firmos aliquando *ethnicos* fuisse locus 15,7—9. evincit. Ibi enim Paulus, ut firmos Romanos ad benignitatem infirmis praestandam compelleret, Christum *Judaeis* Dei *promissa* persolvisse, *ethnicos* Deum *benignitate* adductum salutis messianae participes esse voluisse monuit. Perspicuum est igitur infirmos Romanos natione *Judaeos* fuisse, quibus summam felicitatem Deus *pollicitus* esset, firmos *gentiles* fuisse, quibus *benigne* ad salutem messianam vocatis Dei *benevolentia* praedicanda esset. Et confirmant rem minime dubiam nonnulla disputationis paullinae loca. *Pollui* se crediderunt infirmi Romani cibis, quibus abstinuerunt (14,14. 15.) i. e. carnibus (14,2. 21.), quae *Judaeorum* mundos et immundos cibos distinguentium (Act. 10,14.) opinio fuit. Deinde dies festi ab infirmis Romanis acti sabbata et certi quidam hebdomadis dies a Pharisaeis celebrati dici videntur (14,5. cf. Gal. 4,10. Col. 2, 16.). Denique in Christianorum coetibus, qui ex Judaeis et ethnicis collecti essent, illos judaicis opinionibus imbutos morosiores, hos a superstitione liberiores fuisse constat (Gal. 3,1. sqq. 5,1. sq. 1 Cor. 8,7. sqq.). Quod *tertium* feci ad liquidum perduci nequit. Dixit enim Paulus *quidnam* infirmis Romanis placuisset: *cur* id iis placuisset ne-

que dixit neque verbo indicavit. Et fortasse Paulus *quid* infirmi Romani sentirent compertum habuit, *cur* ita sentirent ipse nescivit. Ex eo, quod illos olim *Judaeos* fuisse constat, temere rationes colligas, quibus moti carnibus et vino abstinuerint. Nescimus enim hominum patriam et disciplinam. Facile autem iis temporibus, quibus tot homines diversissimis causis moti carnibus et vino abstinere pium judicaverunt *), Judaei rationes invenerunt, quibus

---

*) Vetus et quae ad plurimos homines pertinuit opinio est, immanibus bestiis, ut tigribus et leonibus, non hominibus dignas epulas esse caede et sanguine paratas. Itaque aureâ aetate homines arborum pomis, oleribus et herbis vitam sustentasse, a cruentis dapibus abhorruisse creditum est. Ovid. Metam. XV. v. 96. — At vetus illa aetas, cui fecimus *aurea* nomen, | foetibus arboreis et quas humus educat herbis | fortunata fuit, nec polluit ora cruore. Idem Hebraeorum mythologia tradit. Quippe homines in paradiso constitutos oleribus et pomis vesci Deus jussit Genes. 1, 29. et post diluvium demum eos animalium caede vivere voluit Genes. 9, 3.. Sed Messiae auream aetatem revocaturi temporibus vel immanes bestiae feritate depositâ non trucidatorum animalium carnibus, sed herbis et stramine pascentur Jes. 11, 5. 65, 25.. Non mirum est humanitati consentaneum et aureâ aetate usitatum victum multis hominibus placuisse eumque alios aliis argumentis commendasse. Aegyptii sacerdotes porcis, capris, ovibus, bobus et piscibus abstinuerunt (v. *Celsum* apud Orig. c. Celsum V, 41. T. I, p. 609.), quod hae carnes carnem flaccidam redderent, mentis aciem obtunderent (v. Clemens Alex. Strom. VII, 6. p. 850. *Potter.*). Pythagorae ejusque asseclis τῆς μετεμψυχώσεως dogma sceleris et parricidii metum injecit. Itaque ne in parentis animam inscii incurrerent neque pecus manderent, in quo cognatus aliquis spiritus hospitatus esset, carnes repudiarunt et vinum, v. Ovid. Metam. XV, v. 142. sq., Seneca ep. 108., Clemens Alex. Paedag. l. II, p. 170. sq. Orig. c. Celsum l. V. (non IV.) c. 49. T. I, p. 615. sq. cl. p. 609.). Rejecto τῆς μετεμψυχώσεως dogmate Clemens Alex. aliique carnium esum improbarunt, quod ferinus is victus esset, qui τῇ ψυχῇ caliginem offunderet, corpus ad Venerem inflammaret (Clem. Al. Paedag. II, p. 170. sq. Strom. VII, 6. p. 850.). Itaque perfecto Christiano (τῷ γνωστικῷ) ἀσκήσεως χάριν a carnibus abstinendum esse, ne corpori libidinis materia suppeditaretur putarunt (Rom. 8, 13. 1 Cor. 9, 27. Col. 3, 5. cf. Clem. Strom. VII, 6. et Orig. c. Celsum V, 49. T. I, 615. sq.). *Haec* abstinentia in ecclesiâ christianâ diu vulgo probata est. Eusebius Praepar. evangel. l. VIII. fin. — *Ἀναγκαῖον μὲν γὰρ ἦν εἰς τὴν τοῦ ὅλου συμπλήρωσιν, ἵνα γένηται κόσμος ἐν ἑκάστῳ μέρει, φῦναι ζώων ἰδέας ἁπάντων, οὐκ ἀναγκαῖον δὲ ἐπὶ τὴν τούτων ἀπόλαυσιν ὁρμῆσαι τὸ σοφίας συγγενέστατον χρῆμα, τὸν ἄνθρωπον, μεταβαλόντα εἰς ἀγριότητα θηρίων. Διὸ καὶ μέχρι νῦν οἷς λόγος ἐγκρατείας ἁπαξαπάντων ἀπέχονται, λαχανώδει χλόῃ καὶ καρποῖς δένδρων προσοψήμασιν ἡδίστῃ ἀπολαύσει χρώμενοι. Τοῖς δὲ τὴν τῶν εἰρημένων θοίνην ἡγουμένοις εἶναι κατὰ φύσιν ἐπέστησαν διδάσκαλοι, σωφρονισταί, νομοθέται κατὰ πόλεις, οἷς ἐμέλησε τὴν ἀμετρίαν τῶν ἐπιθυμιῶν στεῖλαι, μὴ ἐπιτρέψασι τὴν χρῆσιν ἀδεᾶ πᾶσι*

gentilium carnes fastidientium superstitionem V. T. locis aut confirmarent, aut refellerent. Nam qui Judaeos car-

---

πάντων. Canon Apostolorum XLIII. (aliis LI.) Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ γάμου καὶ κρεῶν καὶ οἴνου οὐ δι' ἄσκησιν, ἀλλὰ διὰ βδελυρίαν ἀπέχεται, ἐπιλανθανόμενος ὅτι πάντα καλὰ λίαν (Genes. 1, 31. 1 Tim. 4, 4.) καὶ ὅτι ἄῤῥεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν ὁ ἄνθρωπος τὸν ἄνθρωπον (Genes. 1, 27.), ἀλλὰ βλασφημῶν διαβάλλει τὴν δημιουργίαν, ἢ διορθούσθω, ἢ καθαιρείσθω καὶ τῆς ἐκκλησίας ἀποβαλλέσθω, ὡσαύτως καὶ ὁ λαϊκός. Eusebius H. E. 5, 3. — Ἀλκιβιάδου γάρ τινος ἐξ αὐτῶν, πάνυ αὐχμηρὸν βιοῦντος βίον καὶ μηδενὸς ὅλως τὸ πρότερον μεταλαμβάνοντος, ἀλλ' ἢ ἄρτῳ μόνον καὶ ὕδατι χρωμένου, πειρωμένου τε καὶ ἐν τῇ εἱρκτῇ οὕτω διάγειν, Ἀττάλῳ — — — ἀπεκαλύφθη, ὅτι μὴ καλῶς ποιοίη ὁ Ἀλκιβιάδης, μὴ χρώμενος τοῖς κτίσμασι τοῦ θεοῦ καὶ ἄλλοις τύπον σκανδάλου ὑπολειπόμενος. Πεισθεὶς δὲ ὁ Ἀλκιβιάδης πάντων ἀνέδην μετελάμβανε καὶ ηὐχαρίστει τῷ θεῷ. Hinc Christiani abstinentiam, quam ipsi admirarentur, Apostolis affinxerunt, v. c. Matthaeo et Jacobo, Jesu fratri. Clemens Alex. Paedag. II, 1. p. 174. — Ματθαῖος μὲν οὖν ὁ ἀπόστολος σπερμάτων καὶ ἀκροδρύων καὶ λαχάνων ἄνευ κρεῶν μετελάμβανεν, Ἰωάννης δὲ ὑπερτείνας τὴν ἐγκράτειαν ἀκρίδας καὶ μέλι ἤσθιεν ἄγριον (Matth. 3, 4.) νῶν δὲ ἀπείχετο καὶ Πέτρος. Hegesippus apud Euseb. H. E. 2, 23. — Οὗτος δὲ (Jacobus, Jesu frater) ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ ἅγιος ἦν. Οἶνον καὶ σίκερα οὐκ ἔπιεν οὐδὲ ἔμψυχον ἔφαγε. Ξυρὸν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ οὐκ ἀνέβη καὶ βαλανείῳ οὐκ ἐχρήσατο. Neque talis castimonia Judaeis non placuit. Essenos tenui victu usos esse, quod intemperantiam et menti et corpori nocere putassent, tralatitium est. Philo De vitâ contemplat. §. 4. Σιτοῦνται δὲ (Esseni) πολυτελὲς οὐδέν, ἀλλὰ ἄρτον εὐτελῆ, καὶ ὄψον ἅλες, οὓς οἱ ἁβροδιαίτατοι παραρτύουσιν ὑσσώπῳ· ποτὸν ὕδωρ ναματιαῖον αὐτοῖς ἐστιν. Ἃς γὰρ ἡ φύσις ὑπέστησε τῷ θνητῷ γένει δεσποίνας, πεῖναν τε καὶ δίψαν, ἀπομειλίσσονται, τῶν εἰς κολακείαν ἐπιφέροντες οὐδέν, ἀλλ' αὐτὰ τὰ χρήσιμα, ὧν ἄνευ ζῆν οὐκ ἔστι. Διὰ τοῦτο ἐσθίουσι μὲν ὥστε μὴ πεινῆν, πίνουσι δὲ ὥστε μὴ διψῆν, πλησμονὴν ὡς ἐχθρόν τε καὶ ἐπίβουλον ἐκτρεπόμενοι ψυχῆς καὶ σώματος. Josephus et Banum, magistrum suum, ob insignem continentiam celebravit et sacerdotibus judaicis a Felice, Judaeae procuratore, Romam missis, ut apud Caesarem causam dicerent, laudem impertiit, quod ficis et nucibus vitam pie sustentassent. Vita Josephi §. 2. — Σκληραγωγήσας οὖν ἐμαυτὸν καὶ πολλὰ πονηθεὶς τὰς τρεῖς [scil. τῶν Ἰουδαίων αἱρέσεις] διῆλθον, καὶ μηδὲ τὴν ἐντεῦθεν ἐμπειρίαν ἱκανὴν ἐμαυτῷ νομίσας εἶναι, πυθόμενός τινα Βανοῦν ὄνομα κατὰ τὴν ἐρημίαν διατρίβειν, ἐσθῆτι μὲν ἀπὸ δένδρων χρώμενον, τροφὴν δὲ τὴν αὐτομάτως φυομένην προσφερόμενον, ψυχρῷ δὲ ὕδατι τὴν ἡμέραν καὶ τὴν νύκτα πολλάκις λουόμενον πρὸς ἁγνείαν, ζηλωτὴς ἐγενόμην αὐτοῦ, καὶ διατρίψας παρ' αὐτῷ ἐνιαυτοὺς τρεῖς καὶ τὴν ἐπιθυμίαν τελειώσας εἰς τὴν πόλιν ὑπέστρεφον. §. 3. — οἷς [sacerdotibus judaicis a Felice Romam deportatis] ἐγὼ πόρον εὑρέσθαι βουλόμενος σωτηρίας, μάλιστα δὲ πυθόμενος, ὅτι καίπερ ἐν κακοῖς ὄντες οὐκ ἐξελάθοιντο τῆς εἰς τὸ θεῖον εὐσεβείας, διατρέφοιντο δὲ σύκοις καὶ καρύοις, ἀφικόμην εἰς Ῥώμην πολλάκις κινδυνεύσας κατὰ θάλασσαν. Ebionitae, qui judaicas opiniones ad Christi disciplinam accommodarunt, tum judaicas caerimonias amplexi

nibus vesci et vinum bibere fas esse dixerunt, quum multa alia, tum haec afferre potuerunt: Noachum, virum egregium Genes. 6,9., primum vineam plantasse (Genes. 9,21.), Deum Noachum ejusque filios animalia mactare jussisse (Genes. 9,2. 3.), corvos Eliam Dei mandatu panibus et *carnibus* aluisse (1 Reg. 17,4. 6.) et Samuelem Saulo *crus* apposuisse (1 Sam. 9,24. cf. Clem. Alex. Strom. III, p. 535.); qui carnes et vinum abominati sunt, tum ad Dei edictum, quod aureâ aetate valuisset Genes. 1,29., provocare, tum multas alias rationes sequi potuerunt nobis ignotas. Ignoramus autem, ut paullo ante dicebam, infirmorum Romanorum patriam et disciplinam. Qui si Romae nati fuerunt et quamdiu imperante Claudio (Act. 18,2.) domo exsulare coacti sunt inter gentiles versati sunt, fieri potest, ut novorum Pythagoreorum disciplinam, cujus admiratione capti essent, argumentis *nobis ignotis* ipsi cum Mosis institutis conciliarent; sin illi Romam aliunde commigrarant, non minor nostra inscientia est. Nam et locus nos latet,

---

sunt, ut sabbatum et circumcisionem (Epiphan. Haeres. 30,2.), tum Petri, ut putarunt, exemplum imitati quotidie castimoniae causâ corpora laverunt *et ab animatis omnibus et carnibus abstinuerunt, quod e coitu gignerentur*, tum sacram coenam celebrarunt panibus non fermentatis et *aquâ* (Epiphan. Haeres. 30,15. et 16.). Hinc Petrus nihil sibi opus esse ministro demonstraturus in homiliis, quae Clementis nomine male circumferuntur, tenuem suum victum de *Ebionitarum* sententiâ his verbis exsequitur: — *πλὴν ἡ τοιαύτη σε προαίρεσις ὑπεισῆλθεν, ἴσως μὴ συνέντα καὶ τὸν ἐμὸν ἀγνοοῦντα βίον, ὅτι ἄρτῳ μόνῳ καὶ ἐλαίαις χρῶμαι καὶ σπανίως λαχάνοις, καὶ ὅτι ἱμάτιον μοι καὶ τριβώνιον ὑπάρχει τοῦτο αὐτὸ ὃ περιβέβλημαι καὶ ἑτέρου χρείαν οὐκ ἔχω, οὐδὲ ἄλλων τινῶν· ἐν γὰρ τούτοις καὶ περισσεύομαι* (Homil. 12,6. cf. 12,5.). Quantopere Ebionitae carnes abominati fuerint, haec eorum fabella demonstrat. Angeli in infimo coelo positi ut homines in Deum ingratos et redarguerent et punirent quum se in terrarum orbem demisissent primo et auri argentique et animalium formam assumserunt, ut avaritiae homines convincerent, deinde in hominum formam se mutarunt, ut sancte vivi posse suo exemplo ostenderent. At quum hominum libidinem cum humanâ naturâ suscepissent ex feminis, quarum amore capti essent, procrearunt gigantes (Genes. 6,4.) hominibus mole corporum majores, ut ex angelis ortos, angelis minores, ut ex feminis natos, ipsi quum concubitu contaminati coelum repetere non possent, homines pestiferis artibus, quas iis tradidissent, corruperunt. Ne gigantes pro immansueto ingenio in animalium esum naturae repugnantem conversi necessitati se parere dicerent, Deus curavit, ut *manna* plueret. At hunc *purum* cibum aversati animalium caede et sanguine vitam tolerarunt suoque exemplo homines, ut idem facerent, induxerunt. Quid, quod, quum animalia deficerent, vel *humanas* carnes comederunt? Ita carnium esum malorum geniorum inventum esse patet. (v. Clementis Homil. 8. c. 10 — 16.).

unde Romam venerint, et magistros ignoramus, in quorum disciplinâ fuerint, et argumenta nobis ignota sunt, quibus magistri eos moverint, ut carnes et vinum detestarentur. Quid vero, si judaici magistri, qui Romam venissent, Christianis judaicis, prius quam ad Christi sacra accessissent, judaicis rationibus, quas ne suspicamur quidem, abominandas carnes esse et vinum detestandum persuaserunt? Eo minus autem interpretes *cur* infirmi Romani carnes et cibum repudiavissent tanto studio quaerere debuerant, quo certius est, hanc disputationem ad hujus loci interpretationem nihil conferre. Qui ut recte explicetur, *quidnam* infirmis Romanis placuerit, id quod locus ipse planum facit (14, 2. 5. 6. 14. 21.), scire nos oportet, nobis exploratum esse *cur* illi senserint quod senserunt parvi refert. Sed quum interpretes infructuosam istam disputationem inierint, potissimas eorum opiniones paucis verbis referam. Infirmos Romanos non a Mosis lege pependisse perspicuum est. Moses enim vini usu concesso Judaeis immundorum, non mundorum animalium carnibus interdixit (Levit. c. 11. Deut. c. 14.). Rabbini autem animalibus, quaecunque הגוים mactassent vinoque ab iisdem calcato et praeparato Judaeos abstinere jusserunt (v. *Eisenmengeri* Neu entdecktes Judenthum II, p. 616. et 620.). Itaque majorem infirmorum Romanorum abstinentiam fuisse, quam quae Mosis lege Judaeis injuncta esset, interpretes fateri coacti sunt. *Chrysostomus*, quocum *Theophylactus* et *Oecumenius* fecerunt, infirmos Romanos ciborum discrimina Mosis lege sancita etiam Christianis pie servanda esse opinatos, ne si *porcinâ* carne tantummodo abstinuissent Judaei deprehenderentur et per ora hominum traducerentur, nullas omnino carnes comedisse et vini abstinentiam addidisse, ut potius jejunia agere, quam Mosis legem sequi viderentur, arbitratus est. At infirmi homines et omnibus carnibus, non solum suillâ, et vino se inquinari putarunt (14, 14. 15. 20. 21.). Male *Meyerus*, *dW.* et *Borgerus* Theodoretum ad v. 2. de nonnullorum interpretum sententiâ Christianos judaicos, quod Christianos, qui olim *ethnici* fuissent, *contemsissent* omnibus carnibus abstinuisse referre dixerunt. Nam *Theodoretus* l. c. *Chrysostomi* opinionem memorat: *Τινές φασιν, ὡς αἰσχυνόμενοι τοὺς ἐξ ἐθνῶν* (h. e. non *quod τοὺς ἐξ ἐθνῶν contemnerent*, sed *quod eorum verecundiâ moverentur*, ne iis risui essent metuentes) *οἱ ἐξ Ἰουδαίων οὐ μόνον τῶν ὑείων κρεῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄλλης κρεοφαγίας ἀπείχοντο, ἄσκησιν σκηπτόμενοι καὶ ἐγκράτειαν.* *Eichhornius* (Einleitung in das N. T. III, p. 221. sqq.) infirmos Romanos, quippe *gentiles*, carnium et vini abstinentiam e pythagoricâ di-

sciplina (Seneca ep. 108., Porphyrius περὶ ἀποχῆς ex edit. de Rhoer Traj. ad Rhen. 1767. 4., Jamblichus de mysteriis VI, c. 1. 2. ex edit. Th. Gale Oxon. 1678.), cui olim addicti fuissent, in christianam transtulisse credidit. Haec suspicio falsa est propterea, quod infirmi Romani natione *Judaei* fuerunt (15,8. sq. cf. supra). Sed potest tamen res sic acta esse. Quum hominibus priusquam ad Christi sacra accessissent Pythagoricorum abstinentia multis piis viris tum temporis probata eximie placuisset, eam *V. T. locis* et *judaicis* argumentis firmatam et ipsi sibi indixerunt eamque Christiani facti retinuerunt (cf. *Reichius* II, p. 464. infra.). Frustra *Meyerus* Pythagoricos τῆς μετεμψυχώσεως commento, a quo Christiani abhorrerent, motos a carnibus abstinuisse (Orig. c. Celsum. l. V. c. 49.) objecit. Nam Judaeos *abstinentiam*, non *argumenta*, quibus eam fulcirent, a Pythagoreis mutuatos esse defenditur. Ipse quoque in hanc sententiam discederem, nisi *judaicarum* feriarum mentio 14,5. infirmorum Romanorum castimoniam *judaicae* disciplinae fundamento nixam esse ostendere videretur. *Augustinus* Expos. ex epist. ad Rom. 78., *Pelagius*, nuper *Flattus*, *Neander* (Geschichte der Pflanzung u. s. w. T. I. p. 350. sq.), *Tholucc.*, *dW.*, *Borgerus* aliique infirmos Romanos pro origine, quam ab Judaeis traxissent, Mosis legem reveritos tum judaicas ferias egisse (14,5.), tum quod metuissent, ne vel inscientes in carnes diis fictitiis immolatas et vinum idolis libatum inciderent (Exod. 34,15. Act. 15,20. *Eisenmenger.* l. c. p. 621.), nullas carnes nullumque vinum attigisse (14,2. 21.) autumarunt. Noli objicere, hoc pacto infirmos Christianos continentiores fuisse, quam sana ratio postulasset: potuisse enim eos intrepide carne et vino uti, quae diis fictitiis non consecrata esse certo scivissent. Constat enim homines male relligiosos adeo trepidos et anxios esse, ut quo certius nullum in se scelus concipiant vel concessis rebus abstineant. Daniel oleribus et aquâ vitam sustentavit (Dan. 1,12. 16.), regiis Nebucadnezaris epulis et poculis spretis (Dan. 1,8., ubi v. *de Lengerke* p. 24. sq.), aut ne immundorum animalium carnes et vinum diis fictitiis libatum sibi apponerentur veritus, aut quod cibum potumque de idololatrae mensâ allatum impurum esse putasset. (Multi Judaei mori maluerunt, quam se idolothytis et impurorum animalium carnibus contaminarent 1 Macc. 1,47. sq. et v. 62. 63. et Tobias se inter Ninivitas degentem *ethnicorum panes* non comedisse gloriatur Tob. 1,10. 11.). Judas Maccabaeus ejusque socii in montium saltibus ferarum modo viventes herbis se aluerunt, ne se polluerent 2 Macc. 5,27.. At infirmos Romanos quod, ne in idolothyta et vinum diis

fictitiis libatum inciderent, carnes et vinum detestatos esse Paulus, qui in priore epist. ad Corinthios c. 8. et 10. de idolothytis accurate disseruit, nullâ voce indicavit (*Meyerus*). Nempe cognoverat e Corinthiorum epistolâ et ab eorum legatis (1 Cor. 16, 17.), Corinthi alios idolothytis vesci, alios abstinere, et quid ipse de hâc re sentiret rogatus fuerat. Itaque provocatus suam de idolothytis sententiam exposuit 1 Cor. 8, 1. sq.. Quid vero, si infirmorum Romanorum superstitionem compererat, argumenta, quibus Romae defenderetur, non rescierat? Unus tamen scrupulus residet. Ita enim P. disputat 14, 14. sqq., ut infirmi Romani omnibus se carnibus omnique vino, non solum diis fictitiis dedicato cibo potuque pollui credidisse videantur. *Semlerus*, *Koppius* et *Meyerus* Romanos nimiam suam abstinentiam ex Essenorum disciplinâ hausisse censuerunt. Tenui sane victu Esseni usi sunt, intemperantiam et menti et corpori pestiferam esse arbitrati (Joseph. B. J. 2, 8, 5. Philo De vitâ contemplat. §. 4.); sed eos carnes et vinum ut res, quae inquinarent, abominatos esse (Rom. 14, 14 — 21.) non proditum memoriae est. *Baurus* (Tübinger Zeitschrift für Theologie. 1836. Fasc. III. p. 128. sq.) Romanos carnium et vini abstinentes fuisse putavit iis argumentis impulsos, quibus Ebionitae hujus abstinentiae pietatem demonstrarunt (v. notam proxime praecedentem). Quod neque verum neque falsum esse idoneis rationibus ostendi potest. Teneamus igitur quod certum est, infirmos Romanos, quemadmodum superstitiosos Colossenses Col. 2, 8. 16., V. T. locis et *judaicis* argumentis commotos judaicas ferias egisse et carnibus vinoque abstinuisse, quod incertum est, h. e. *argumenta*, quae suae superstitioni praetenderint, nos ignorare ingenue fateamur. Infirmos Romanos *ascetas* fuisse recte quidem *de Wettius* negavit, sed ineptâ ratione usus est. Nam ascetis proprium esse ratus ut eximiam pietatem affectent et prae se ferant, Romanos, si ascetae fuissent, *sanctos*, non *infirmos* homines existimandos fuisse dixit. Est ἡ *ἄσκησις*, sicut athletae laboribus et voluptatum abstinentiâ, ut quum victor e certamine excesserit palmam accipiat, corpus durantis exercitatio, ita stadiodromi christiani abstinentia ideo suscepta, ut quum pie vivendi curriculum recte confecerit nunquam periturum integritatis et sempiternae vitae sertum consequatur (1 Cor. 9, 24. sq. 2 Tim. 4, 8.). Multo autem pauciores Christiani, ut praecipuam pietatem ostentarent, quam relligione et virium suarum diffidentiâ ducti Deo se et Christo in hoc campo exercuerunt, quippe veriti, ne libidines lautitiâ inflammarentur. Cf. v. c. Clem. Alex. Strom. VII. c. 6. — *τάχ᾽ ἄν τις τῶν γνωστικῶν καὶ*

ἀσκήσεως χάριν σαρκοφαγίας ἀπόσχοιτο καὶ τοῦ μὴ σφριγᾶν περὶ τὰ ἀφροδίσια τὴν σάρκα. Est potius ἡ ἄσκησις rerum *licitarum* abstinentia, quam pietatis studio tibi injunxeris. At infirmi Romani *illicitum* esse putarunt carnium et vini usum (Rom. 14, 14. sqq.).

V. 1. Pauli disputatio 14, 1 — 15, 13. non quidem cum 13, 14. cohaeret, ut Apostolus a nimiâ libidinosae carnis curâ, quae pravas cupiditates excitet, ad nimiam nonnullorum Romanorum continentiam transierit (*Olsh.*, *Meyerus*), sed cum mutui amoris commendatione 13, 8. sqq. connexa est (*Grot.*, *Reich.* p. 460., *Borger.*). Nam postquam Paulus suam de mutuo amore legem (13, 8 — 10.) tanto sanctius Romanis servandam esse, quanto certius esset, eos tempore vivere, quod impigritatem et honestatem posceret, exposuit (13, 11 — 14.); hoc quoque mutuam Christianorum caritatem postulare, ut firmi Romani infirmorum, infirmi firmorum opiniones et instituta benevole ferrent, demonstravit 14, 1. — 15, 13. (v. 13, 8. sqq. cl. 14, 15.). *Tholuccius* hunc sententiarum nexum excogitavit: continentiam 13, 13. 14. commendatam mutuo Christianorum amore moti 14, 15. sqq. probate, Romani. At continentia, de quâ Ap. 13, 13. sq. dixit, ab eâ plane diversa est, de quâ c. 14. agit. Illam ut homines christiani sibi injungant officii rationes poscunt (13, 13. 14.), haec carnium vinique abstinentia supervacanea est (14, 6. 14.) neque nisi tum probanda, quum eam ne imbecillis Christianis noceas 14, 14. sqq. susceperis. τὸν δὲ ἀσθενοῦντα τῇ πίστει] Ἡ πίστις h. l. neque *doctrinam christ.* (v. I, p. 17. qui autem infirmus sit *quod ad Christi doctrinam attinet*), neque *rerum divinarum scientiam* (qui autem *infirmâ sit rerum div. cognitione*) — hoc enim ἡ γνῶσις notat 1 Cor. 8, 1. 10. —, sed *mentis sententiam* de rebus licitis et illicitis, die sittliche Ueberzeugung, declarat. Expende v. 22. et 23, ubi τῷ πίστιν ἔχοντι ὁ διακρινόμενος (qui dubitat, utrum aliquid recte an male fiat) opponitur. Christiani, qui infirmo sint mentis judicio, quum quidnam pie fieri posse praeclare didicerint, tamen tantum mentis robur non possident, ut scrupulos ex vetere superstitione injectos ex animis evellere possint. Potentior est igitur in iis vetus superstitio, quam nova institutio, unde fit, ut si hanc sequuti fuerint nefarium se facinus commisisse opinati malis animi conscientiis terreantur (1 Cor. 8, 7. 9. sqq.). Pro τὸν ἀσθενοῦντα τῇ πίστει etiam τὸν ἀσθενοῦντα τῇ συνειδήσει dici potuisset (1 Cor. 7, 8. 10. 12.). Infirmâ est enim recti conscientiâ, quem superstitio pungit meliori, quam probaverit, disciplinae repugnans. Valde autem nonnulli interpretes argutati sunt, ut τὴν πίστιν h. l. *fidem*

in Christo repositam valere ostenderent. Sic *Reichius* II, 468. hanc infirmam esse, si et rectâ perfectâque veri scientiâ et viribus destituatur praefatus hoc loco fidei imbecillitatem potissimum in *mancâ veri cognitione* ab Apostolo poni observavit. Ita nimirum P. τὸν ἀσθενοῦντα τῇ γνώσει (verae rationis scientiâ infirmum) scripsisset (1 Cor. 8, 1. 7. 10. 13, 2.). *Rueckerto* auctore fide Christo habendâ *firmus* dicendus est, qui salutis spem in *uno Christo* reposuerit, *infirmus*, qui superstitione captus salutem partim a Christo, partim a carnium vinique abstinentiâ, a feriarum judaicarum celebratione, a circumcisione judaicâ Gal. 5, 2. et ab aliis hujusmodi rebus speret. Hoc inventum ad 14, 23. accommodare ne *Rueckertus* quidem ausus est. Προςλαμβάνεσθαί τινα, quod in universum *ad se recipere* benignitatis notione saepe inclusâ notat (v. Act. 18, 26. 28, 2. Rom. 12, 3. 15, 7. Philem. 12. 17. et not. ad 11, 15. II. p. 483.), in hoc verborum contextu *in suum contubernium recipere* declarat. Saepe sane auxilium fertur ei qui recipitur et humaniter tractatur receptus. Sed qui προςλαμβάνεσθαί τινα aut *ex adjuncto* alicui opem ferre (*Morus* al.), aut *per tropum* aliquem humaniter tractare (*Wilkius* in Cl.) valere putarunt, loquutionis sensum cum significatu confuderunt. *Alicui opitulari* significat ἐπιλαμβάνεσθαί τινος (Hebr. 2, 16.), συλλαμβάνεσθαί τινι (Luc. 5, 7.), συναντιλαμβάνεσθαί τινι (Rom. 8, 26.), προςλαμβάνειν τινί (Diod. Sic. 14, 18., cf. συλλαμβάνειν τινί), προςλαμβάνεσθαί τινος (Herodot. 8, 90. fin. πρὸς δὲ ἔτι καὶ προςελάβετο φίλος ἐὼν Ἀριαράμνης, ἀνὴρ Πέρσης παρεών, τούτου τοῦ φοινικηΐου πάθεος. Ariaramnes malum adjuvit, quod Phoenices passi sunt. In Aristophanis pace v. 9. ἄνδρες κοπρολόγοι, προςλάβεσθε πρὸς θεῶν —. absolute positum est προςλάβεσθε), non προςλαμβάνεσθαι cum Accusativo vel personae vel rei consociatum. διαλογισμῶν] λογισμῶν 37. 46. 47.* 57. 73. Mt. c. al. Chrysost. in comment., Theodoret, Oec., Theophyl. in comment., Damasc. II, 155. (cf. Rom. 2, 15.). Quippe librarii synonyma confundere solent (v. II, p. 297.). Si antiquissimi auctores λογισμῶν haberent, id utique probarem (cf. Rom. 14, 14.) vocabulum proxime praecedens διακρίσεις vocem διαλογισμῶν peperisse arbitratus. Inepte *Bowyerus* conjecit μὴ εἰς διακρίσεις διὰ λογισμῶν „not to contention by *disputation* (!)" μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν] i. q. μὴ ὥστε διακρίνειν διαλογισμούς (v. not. ad 13, 14. et Eurip. Hel. v. 904. Μισεῖ γὰρ ὁ θεὸς τὴν βίαν, τὰ κτητὰ δὲ | κτᾶσθαι κελεύει πάντας, οὐκ ἐς ἁρπαγάς (h. e. οὐχ ὥστε ἁρπάζειν) i. e. aut *ita ut nullas de cogitationibus sententias feratis* (ohne über Gedanken Urtheile zu fällen), aut,

quod sensu non multum differt, *ita ut nulla de cogitationibus judicia faciatis* (ohne über Gedanken richterliche Entscheidungen abzugeben). Vide *Grotium* et *Meyerum*. Significat διακρίνειν τι *existimare de re* (Matth. 16,3.) et διακρίνειν saepe *decernere* (1 Cor. 6,5. Herodot. 7,54. Aristoph. Eq. v. 1036.). Hinc ἡ διάκρισις et *aestimationem* (die Beurtheilung) 1 Cor. 12,10. cf. 1 Joh. 4,1., et *dijudicationem* (die Entscheidung) designat (v. Xenoph. Cyr. 8,2,27. et Eunap. 162, ed. Boisson. I, p. 93 αἱ διακρίσεις τῶν ζητημάτων *problematum enodationes*). Διαλογισμός autem, ut saepe alias (Rom. 1,21. Plutarch. vit. Pompeji c. 73.. Epicteti Enchir. c. 31.), *cogitationem* ita significat, ut perversitatis notio seclusa sit. Διακρίσεις *firmorum*, διαλογισμούς *infirmorum* Christianorum esse recte cogitandi loquendique leges ostendunt. *Firmos* enim Romanos Ap. adhortatus est (τὸν δὲ ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προςλαμβάνεσθε) eaque mente vocabula μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν adjecit, ut quomodo iis cum infirmis Romanis societas coëunda non esset diceret, unde quomodo imbecilli homines in contubernium recipiendi essent discerent. Errarunt igitur qui verbis μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν interdictum contineri ad *utrosque* pertinens opinati sunt (*Erasmus*, *Reich.*, *Thol.*). Infirmorum Romanorum cogitationes hujusmodi erant: polluimur carnibus et vino: hinc oleribus nos contentos esse decet (v. 14. 20. 21. 2.): pium est judaicas ferias celebrare (v. 5.); firmi autem de his cogitatis haec judicia faciebant: stultum est putare, carnes et vinum hominem inquinare, quum eum nullus cibus aut potus contaminet (v. 20. Marc. 7, 15.), superstitione capti, non pietate christianâ ducti judaicas ferias agendas esse homines existimant (v. 5.). Jam poterant firmi Romani infirmos in contubernium recipere et εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν et οὐκ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν. Illud si facerent, recipiebant illi quidem imbecillos homines tecto, mensâ omnique vitae consuetudine, sed eos inania cogitatione complexos esse prae se ferebant; sin hoc sequerentur, quod sequi eos P. jussit, infirmis hominibus amice utebantur, ita ut de eorum cogitatis silerent eosque in sententiâ permanere facile paterentur. Nunc argumenta videamus huic explicationi nuper objecta. Ipsa vox προςλαμβάνεσθε aequitatem in judicandis aliorum opinionibus continet (*dW.*). Posse firmos Christianos infirmos προςλαμβάνεσθαι et εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν et οὐκ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν paullo ante docuimus. Διαλογισμοί plerumque (imo nonnunquam) cogitationes perplexas, sollicitas (Luc. 24,38. Axiochus p. 367. A. φροντίδες ἄντικρυς ὑπέδυσαν καὶ διαλογισμοί, τίνα τὴν τοῦ βίου ὁδὸν ἐνστή-

σονται. cf. formulam vernaculam ſich Gedanken machen) et perversas (*Thol.*, *Rueck.*) significant neque *rationes*, *quas sequare* (Grundſätze) denotare posse videntur (*dW.*). Saepe διαλογισμός cogitatio est, quam animo tecum volutes (cf. supra), isque haud dubius significatus h. l. tenendus est. Agitur h. l. non tam de cogitationibus, quam de actionibus hominum continentium non judicandis (*dW.*). Opiniones animis informatae hominum vitam moderantur tantumque pretii sapientes viri factis tribuunt, quantum cogitationibus, quibus ad facta impellantur, statuendum esse judicaverint. Recte igitur pii homines punguntur, si pias suas cogitationes inanes, stultas, ridiculas dici audierint. Itaque ne infirmorum Romanorum animi vulnerarentur, ita eos a firmis in societatem recipi Paulus voluit, ut nulla de eorum *cogitatis* judicia fierent. Infirmi firmos (14,3. sq. 10.), non firmi infirmos judicare soliti sunt (*Rueck.*, *dW.*). Imo alteri de alteris judicia fecerunt (14,13.), quum firmi infirmis superstitionem, infirmi firmis impiam levitatem objicerent (14,3. sq. 10.). Interpretum de verborum μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν sententiâ magna discordia est. Nam partim vocabulorum syntaxis, eos latuit, partim vocibus διάκρισις et λογισμός significatus subjecerunt ab h. l. abhorrentes. Illam in partem peccavit *Olshausenus*, qui post μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν suppletum voluit ἔλθωσιν [imo ἔλθῃ] h. s.: ne (infirmus Christianus) in cogitationum dubitationes (i. q. in incertas et hûc atque illûc fluctuantes cogitationes) conjiciatur (cf. infra)! Neque minus lapsus est *Reichius*, qui nunc post μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν cogitatione addendum esse ἀπαγόμενοι s. ἀποφερόμενοι dixerit, nunc mancam videlicet orationem sic expleverit: μὴ τὸ πρᾶγμα γινέσθω εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν his verbis interdictum praecedenti praecepto oppositum inesse opinatus: infirmum in vestrum contubernium recipite, *at vestras opiniones invicem damnare nolite.* Tenebrae. Quod *Reichio* in mentem venit graece sic dicendum fuerat: μηδὲ κρίνετε τοὺς διαλογισμοὺς ἀλλήλων. Quamquam Paulus firmos Romanos tantummodo h. l. admonuit, non simul infirmos (cf. supra). Διακρίνεσθαι *haesitare*, *animo fluctuare*, *dubitare* valere nemo nescit (Act. 10,20. Rom. 4,20. 14,23.). Hinc ἡ διάκρισις *animi fluctuationem*, *dubitationem* notare potest. Et usurparunt vocabulum hoc significatu *Theodoretus* ad Rom. 14, 22. 23. et *Oecumenius* ad Rom. 14,20.. Hanc vocis potestatem permulti interpretes in hunc l. transtulerunt (*Theophyl.*, *schol. Matth.*, *Lutherus*, *Bengel.*, *Chr. Fr. Schmid.*, *Morus*, *Boehm.*, *Olsh.* al.), ita ut διακρίσεις διαλογισμῶν par-

tim ad *firmos*, partim ad *infirmos* referrent. Qui illud praeoptarunt sic explicuerunt: ut dubitationes e (perversis, *Chr. Fr. Schmid.*) cogitationibus (de hominum infirmitate, Theophyl., de consuetudine eorum vitandâ, schol. Matth.) natas ad animos non admittatis. Hoc nimirum P. ita enuntiasset: — προςλαμβάνεσθε, μηδὲν διακρινόμενοι Act. 10,20.. Quibus hoc placuit, ii verba sic enarrare debuerunt: ita ut cogitationum dubitationes (i. q. *hûc illûc fluctuantes* cogitationes v. not. ad 6,4.) imbecilli animo non injiciantur, nempe eo, quod contra ejus opiniones aut disputetis aut faciatis. Cf. v. c. *Lutherum*, qui libere vertit: und verwirret die Gewissen nicht, et *Boehmium*. (*Tholuccio* judice v. διακρίσεις διαλογισμῶν valere possunt *dubitationes et malae cogitationes*!) Fluctuarunt animis Romani, quippe mentis judicio infirmi et superstitiosi, utrum carnibus et vino rectius uterentur, quam abstinerent (14,5. 22. 23.). Itaque ne fluctuantes cogitationes in iis *augeantur* dicendum fuisset. Cujus argumenti pondus nonnulli adeo senserunt, ut hanc ipsam sententiam verbis subesse contenderent (v. *de Wettium*). Praeterea sententiam ab illis interpretibus requisitam Paulus, ut arbitror, his verbis inclusisset: τὸν δὲ ἀσθενοῦντα τ. π. προςλαμβάνεσθε, μὴ σκανδαλίζοντες αὐτόν (1 Cor. 8,13. Rom. 14,21.). Διακρίνεσθαι Passivum etiam *pugnâ contendere* (Polyb. 3,111,2.) et *verbis disceptare*, *altercari* (Athen. XII. p. 154, C. Polyb. 18, 35,4.) designat (cf. e N. T. Act. 11,2. Jud. 9.) unde ἡ διάκρισις et *pugnam* (Polyb. 18,11,3.) et *verborum disceptationem* declarare potest. Διαλογίζεσθαι autem non solum *rationem inire*, *ratiocinari* et *cogitare*, verum etiam *confabulari*, *disserere* et *disputare* (Marc. 9,33. Xen. Mem. 3,5,1.), i. q. διαλέγεσθαι, significat. Itaque ὁ διαλογισμός *confabulationem* et *disputationem* notare potest. 1 Tim. 2,8. Βούλομαι οὖν προςεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν παντὶ τόπῳ ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ. Ibi non *posse* (*Win.* gr. p. 66.), sed *debere* ὁσίους cum ἐπαίροντας consociari contenderim. Explicatur enim ὁσίους verbis χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ (expende etiam vocc. v. 9. μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης). Viri tum *relligione perfusi* manus ad coelum tollunt, quum inter precandum neque irâ commoveantur, neque inter se confabulentur et disceptent. Nunc quidnam interpretes proxime commemorandi sequuti fuerint perspicuum erit. *Vulg.*: *non in disceptationibus cogitationum* (v. not. ad 13,14.), *Estius*: *non ad certamina cogitationum*. Hoc si esse dixeris *non ut de* (infirmi Christiani) *cogitationibus disceptetis*, aptam esse sententiam concedo, eam planissime enuntiatam esse nego. Nam quum

διακρίνεσθαι περί τινος (certare *de* re) dici soleat (Polyb. 3, 111, 2.), ista sententia sine ullâ ambiguitate sic efferri poterat: *μὴ εἰς διακρίσεις περὶ διαλογισμῶν*. *Beza* et *Er. Schmidius*: *non ad certamina disputationum.* Hoc si ita sumseris: *ut certamina non ineatis*, *in disputationibus posita*, sententia sane plana est; sed hoc jure tibi displiceat, quod in vocabuli *διαλογισμοί* explicatione a vocis significatu in N. T. maxime usitato et hîc ab re et a vs. 14. satis commendato recessum est. Idem *Erasmi* translationi objecerim *non in dijudicationes disceptationum*, melius quidem, quam ab ipso factum est, et in hanc quidem sententiam explicatae: *ut ne dijudicetis disceptationes* np. de eo, utrum carnium vinique abstinentia et judaicarum feriarum celebratio piae sint, an impiae. *Tholuccius* v. *μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν* sic interpretatus est: *non ut certamina et* (!) *verborum disceptatio e benevolâ imbecilli Christiani in amicitiam receptione oriantur*, siquidem firmus infirmum eo, quod ejus instituta reprehendat, ad altercationem irritet (at v. supra). Jam ad *Rueckertum* venio, qui hanc miram interpretationem proposuit: ut ne (*firmorum et infirmorum Christianorum*) cogitationes et studia magis etiam, quam nunc sunt, scindantur („Sucht jene an euch heranzuziehen, aber hütet euch, daß die Folge davon nicht etwa die sei, daß die Gedanken und Gesinnungen getrennt werden, schroffer (!) aus einander treten."). Primum *Rueckertus* eo peccavit, quod notionem *discidii*, quam vocabulo *ἡ διάκρισις* subesse voluit, a *secernendi* significatu, quem *διακρίνειν* habet, deduxit. At potest illa tantummodo ab eo Passivi *διακρίνεσθαι* usu derivari, quo *διακρίνεσθαι* est *divelli ab aliis*, *discedere* (Thucyd. 1, 105.) et in ecclesiasticis scriptoribus haeretici *διακρίνεσθαι* dicuntur, qui se ab ecclesiâ disjungunt (Sozomenus VII, 2.). *Hesychius*: *διακεκρίσθω*] *ἀφοριζέσθω. διακριθέντες*] *χωρισθέντες*. Sed nemo vocabulum *ἡ διάκρισις discidii* significatu usurpavit. Paulus *discidium* voce *τὸ σχίσμα* enuntiasset (1 Cor. 1, 10. 11. 18. 12, 25.). Deinde *Rueckerti* explicatio iniri nequit propterea, quod Articulus ante *διαλογισμῶν* deest (*τῶν διαλογισμῶν*). Postremo verba *μὴ εἰς σχίσματα τῶν διαλογισμῶν* hoc dicerent: ut ne cogitationum discidia (in firmis et infirmis Romanis) *oriantur* (at jam *nata erant*, quum carnibus vinoque abstinere et judaico ritu feriari imbecilli Romani pium esse censerent, firmi negarent), non quod *Rueckerto* placuit: ut ne *majora etiam* reddantur studiorum discidia. Addo infelicem *Chrysostomi* interpretationem: *μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν* scil. *ἀποβλέποντες* (infirmi Christiani) *judicia de* (vestris) *cogitationibus non*

curantes. *Chrysost.*: (μὴ εἰς διακρίσεις λογισμῶν] Ἰδοὺ καὶ τρίτην ἐπέθηκε πληγὴν (scil. τῷ ἀσθενοῦντι. *sic*). Ἐντεῦθεν γὰρ δηλοῖ τοιοῦτον αὐτοῦ τὸ αμάρτημα ὄν, ὡς καὶ τοὺς τὰ αὐτὰ αὐτῷ οὐ πλημμελοῦντας, κοινωνοῦντας δὲ ὅμως αὐτῷ τῆς φιλίας καὶ ἀντεχομένους αὐτοῦ τῆς θεραπείας διακρίνεσθαι. (*Διακρίνεσθαι active* posuit *judicandi* significatu.). *Chrysostomum Photius* sequutus est apud *Oecumenium*: — τρίτη (scil. κατὰ τῶν ἀσθενούντων πληγὴ) τὸ μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν. Δηλοῖ γὰρ τοσοῦτον αὐτοὺς πταίοντας, ὡς καὶ τοὺς κοινωνοῦντας αὐτοῖς τῆς φιλίας διακρίνεσθαι, καὶ χωρίζεσθαι.

V. 2. Nexus: Mentis sententiâ infirmum in vestrum contubernium recipite, ita ut nulla de cogitatis judicia faciatis (v. 1.). Quippe non una eademque omnium hominum firmitas est; sunt potius praeter firmos, qui quibuslibet vescuntur, etiam imbecilli, qui olusculis se pascunt (v. 2.). H. l. ὃς μὲν et ὁ δὲ sibi neutiquam respondent: hic firmum mentis judicium habet, quo quaevis comedat, *ille, quia infirmus est*, oleribus vescitur. Cf. Polyb. 3,76,4. ἅμα δὲ προϊὼν ἃς μὲν προςήγετο, τὰς δὲ κατεστρέφετο τῶν πόλεων. 5,38,1. Ὃν ὁ Σωσίβιος ἐπιγνοὺς ἀλλοτρίως πρὸς τὸν Κλεομένην διακείμενον τὰ μὲν παραχρῆμα δούς, ἃ δὲ εἰς τὸ μέλλον ἐπαγγειλάμενος συνέπεισε, γράψαντα κατὰ τοῦ Κλεομένους ἐπιστολὴν ἀπολιπεῖν ἐσφραγισμένην —. *Ellendt.* ad Arriani Exped. Alex. 1,8,14. et *Kuehneri* Ausf. Gr. der gr. Spr. §. 781. 3. b.. Imo ὁ Articulum esse ad ἀσθενῶν pertinentem (v. not. ad Marc. p. 507.) elucet, ut structurae variatio obtineat minime mirabilis, v. *Matthiae* Ausf. gr. Gr. §. 288. Anm. 6. fin.: *hic* enim firmo mentis judicio est, ut quaevis comedat, *infirmus contra* olusculis vescitur. Pro ὁ δὲ ἀσθενῶν F. G. et codd. apud *Erasmum* ὃς δὲ ἀσθενῶν (ille, *quia infirmus est*, oleribus vescitur) praebent, quod librariorum, qui ὃς μὲν πιστεύει φ. π., ὁ δὲ ἀσθενῶν λ. ἐσθίει non concoxissent, temeritati debetur (cf. v. 5. 1 Cor. 7,7. 11,21.). *Beza* ὃς δὲ ἀσθενῶν probavit, in *Erasmi* ed. 2. 3. 4. et 5. scriptum, ὃς μὲν πιστεύει φαγεῖν πάντα] Haec v. plerique (nuper *Meyerus* et *Borgerus*) sic explicuerunt, ut verbum πιστεύειν *putandi* significatu (i. q. λογίζεσθαι v. 14.) acciperent et notionem verbi ἐξεῖναι in constructione ὃς μὲν πιστεύει φαγεῖν πάντα delitescere arbitrarentur (v. *Lobeckium* ad Phryn. p. 753. sq. et not. ad Marc. p. 167.): hic quibuslibet vesci *sibi licere putat.* Multo pauciores Infinitivum φαγεῖν a πιστεύει, quod i. q. πίστιν ἔχει v. 22. notaret, suspenderunt (πιστεύει φαγεῖν πάντα i. q. πίστιν ἔχει ὥστε φαγεῖν πάντα. Paulus etiam πιστεύει τοῦ φαγεῖν πάντα Ps. 27,13. LXX

et πίστιν ἔχει τοῦ φαγεῖν πάντα Act. 14,9. scribere potuisset): hic *fiduciam* (firmam mentis sententiam) possidet *quaevis comedendi* (*Win.* gr. p. 295.). Hanc interpretationem *Rueckertus* et *dW.* ut simpliciorem et nervosiorem illi praetulerunt. Mihi his de causis vera esse videtur. Primum quidem eo commendatur, quod eam ingresso eandem vim verbo πιστεύω v. 2. subjicere licet, quâ v. 1. Substantivum ἡ πίστις positum est. Deinde ei favet v. 22. σὺ πίστιν ἔχεις. Postremo aptissima *firmi* et *infirmi* Christiani oppositio, quam v. 2. efficit, eam stabilit. Nam quod P. dixit: *hic firmum mentis judicium habet*, ut quaevis comedat, *infirmus* contra olusculis vescitur, ad hanc sententiam redit: hic, quoniam *firmus* est, quibuslibet vescitur, *infirmus* contra oleribus se pascit (ὃς μὲν, ὅτι πίστιν ἔχει, πάντα ἐσθίει, ὁ δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει.). πάντα] *quaevis*, non solum telluris fruges, sed etiam carnes. ὁ δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει] Nonnulli (v. c. *Reich.*) μόνον male suppleverunt. Nam quod cogitando addiderunt ipsâ verborum φαγεῖν πάντα et λάχανα ἐσθίειν (*quibuslibet cibis uti* et *oleribus vesci*) *oppositione* comprehensum est. Quae non magis, quam v. 21., imbecillos Romanos se ab *omnibus semper* carnibus abstinuisse demonstrat. Qui eos aut idolothyta tantummodo non attigisse, aut *impurorum animalium* carnibus nunquam usos fuisse: aut *non nisi statis temporibus* ab *omnibus* carnibus abstinuisse statuerunt (*Koelln.*, *Reich.*, *Borger.* al.), Pauli sententiae repugnarunt perspicuis verbis expressae. ἐσθίει] ἐσθιέτω D.* gr. F. G., *manducet* Vulg. Germ. Boern. et nonnulli PP. lat.. Somnolenti librarii, quorum animis proximo versu ἐξουθενείτω et κρινέτω obversabatur, ἐσθιέτω pro ἐσθίει exararunt. Itaque lectio ἐσθιέτω ab omnibus Criticis recte neglecta est. Nuper *Tischendorfius* in eâ editione, quâ pontificiis vulgatam translationem e graecis codd. graece versam exhiberet, ὁ δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθιέτω dedit. Debuerat ὃς δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθιέτω scribere. Vertit enim Vulgata: *qui autem infirmus est olus manducet* i. e. ὃς δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθιέτω, sic, male quidem, explicatum: ὃς δὲ ἀσθενῶν ἐστι (i. q. ἀσθενεῖ) λ. ἐσθιέτω. Nempe vs. 1. τὸν ἀσθενοῦντα Vulgata *infirmum* reddidit. Et habent ὃς δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθιέτω F. G., codices cum Vulgata concinentes, idque in G. sic in latinum sermonem transfertur: *qui autem infirmus est olera manducet.*

V. 3. Sententiae sic cohaerent: quum et firmi Christiani Romae vivant, qui quibuslibet cibis utantur, et imbecilli, qui olusculis se pascant (v. 2.), illos hos non pro nihilo ducere ut stultos et superstitiosos, hos illos non im-

pietatis insimulare decet, in Deum, qui non abstinentes caritate complexus est, intuitos (v. 3.). — Vulgo post ὁ ἐσθίων et post καὶ ὁ μὴ ἐσθίων cogitando adjiciunt πάντα (*Chr. Fr. Schmid.*, *Kopp.*, *Flatt.*, *Boehm.*, *Reich.*, *dW.*, *Borger.* al.). Perperam. Fundit enim ὁ ἐσθίων notionem *non abstinentis* et ὁ μὴ ἐσθίων cogitationem *abstinentis*. Dicuntur in populari sermone ii, quorum cultus victusque liberalior est, *ἐσθίειν*, contra qui pertenui victu utuntur *οὐκ ἐσθίειν* (cf. Matth. 11,18. 19. et ibi not.). *μὴ ἐξουθενείτω*] *ne contemnat*, ut hominem insulsum et superstitiosum. Temere *Matthaeius* ed. min. in Chrysostomum his verbis invectus est: „ἐξουθενείτω] Chrysostomus ita quidem in textu, sed in interpretatione IX, 702. b., *οὐκ εἶπεν ἐάτω, οὐκ εἶπε μὴ ἐγκαλείτω, οὐκ εἶπε μὴ διορθούσθω,* (Volo tandem cognoscere, non quid non dixerit, sed quid tandem dixerit. Respondet ergo:) *ἀλλὰ μὴ ὀνειδιζέτω, μὴ διαπτυέτω.* Jam ergo novimus, quid Paulus dixerit. Haec est illa Asiatica *recensio* Bengelii, quam Asiaticus orator Chrysostomus enixus est." Videlicet Chrysostomus non dixit Paulum *μὴ ὀνειδιζέτω* s. *διαπτυέτω scripsisse*, sed *μὴ ἐξουθενείτω* verbis *μὴ ὀνειδιζέτω, μὴ διαπτυέτω interpretatus est.* Oecumenius: *οὐκ εἶπε διορθούσθω, ἀλλὰ μὴ ἐξουθενείτω, δεικνὺς ὅτι καταγέλαστα πράττει. Δεῖ γὰρ αὐτὸν ἀδελφικῶς διορθοῦσθαι καὶ οὐχ ὡς βδελυκτὸν ἐξουθενεῖν.* *καὶ ὁ μὴ ἐσθίων*] *et abstinens.* ὁ δὲ μὴ ἐσθίων A. C. D.* Clar. Clemens. Paedag. II, 1. p. 170., ceterum cum vulgatâ scripturâ concordans *), et Joannes Damascenus II, p. 52. (abstinens *autem*); cf. not. ad 13, 12.. Hanc lectionem, quae a *Lachmanno* et *Tischendorfio* recepta est, librariorum festinationi, in quorum mente ὁ δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει v. 2. haereret, recte attribuas (*Meyerus*, *Rueck.*, *dW.*). Vulgata scriptura plurimos testes habet, in his Syrum. Cf. etiam v. 6.. Ὁ δὲ μὴ ἐσθίων deinceps in οὐδὲ ὁ μὴ ἐσθίων depravatum est; F. G. [Boern.] οὐδὲ (*sic.* Opus erat voce μηδὲ) ὁ μὴ ἐσθίων τὸν ἐσθίοντα κρινέτω. *καὶ ὁ μὴ ἐσθίων τὸν ἐσθίοντα μὴ κρινέτω*] *et abstinens non abstinentem censurae suae ne summittat* (2, 1.), scil. ut hominem gulae deditum, levem, impium (v. 10. et 13.). *ὁ θεὸς γὰρ*] Cf. 1, 19. et 1 Cor. 1, 18.. *ὁ θεὸς γὰρ αὐτὸν προςελάβετο*] nam *Deus* eum (non abstinentem) *in suam amicitiam* recepit, quippe quem ad

*) Idem Strom. III, 6. p. 535. locum memoriter afferens abstinentis et non abstinentis Christiani partes permutavit: ὁ μὴ ἐσθίων τὸν ἐσθίοντα μὴ ἐξουθενείτω, ὁ δὲ ἐσθίων τὸν μὴ ἐσθίοντα μὴ κρινέτω.

salutem messianam vocari jusserit (Act. 10,28. 34. sq. Rom. 1,16. Gal. 3,28.). Deum igitur oppugnat, qui e pagano Christianum factum, quoniam omnibus promiscue cibis utitur, impietatis postulat. Non recte *Vatablus*, *Reich.*, *Meyerus* exposuerunt: *nam Deus eum servum sibi fecit et tanquam tecto recepit*, versu 4. moti. Nam ibi servi *herus* non Deus est, sed *Christus*. Vide etiam v. 6. sqq. Insulsam esse eorum opinionem, qui vocabulum *αὐτόν*, necessario ad *τὸν ἐσθίοντα* pertinens (expende etiam versum 4.) ad *τὸν ἐσθίοντα* et *τὸν μὴ ἐσθίοντα* simul rettulerunt (*Calvin.*, *Reich.* al.), recte multi annotarunt.

V. 4. Duo argumenta Paulus addit, quibus interdictum suum ὁ μὴ ἐσθίων τὸν ἐσθίοντα μὴ κρινέτω v. 3. confirmet: non solum *stulte facere* abstinentem, qui non abstinentis censorem agat, quoniam quum Christo, ejus hero, multo infirmior sit Christi servum suae censurae per injuriam summittere frustra conetur (*σὺ τίς εἶ ὁ κρίνων ἀλλότριον οἰκέτην;*), verum etiam *injuste*, quandoquidem judicium de servo exercendi jus in unum herum, Christum, competat (*τῷ ἰδίῳ κυρίῳ στήκει ἢ πίπτει.*). *σὺ τίς εἶ ὁ κρίνων ἀλλότριον οἰκέτην;*] *tu quis* (quantulus, quam nullis viribus) *es*, *qui in tuum judicium adducas alienum* (alius domini, Christi) *servum?* i. e. tu tuae imbecillitatis oblitus temere facis, qui potentissimi Christi servum tuo judicio subjicere audeas (cf. 9,20. Jac. 4,12.). *Herus* servi legitimus judex est; qui alienum servum in suum judicium vocat heri jura invadit. Saepe tamen vim plus valere videmus, quam jus. Sed ut conculcato jure alieni servi judex *impune* sedeas, ejus hero potentior sis necesse est, ut potentia vim juris obtineat. At quum plane impar sis Christo, non abstinentis Christiani hero (1 Cor. 10,22.), quam stulte facias, qui Christi servo in tuum judicium deducto validissimum Christum injuriâ afficias apparet. *) *Abstinentem* Christianum, qui non abstinentem *peccare* putavit, a Paulo

---

*) *Tholuccius* argumentum verbis σὺ τίς εἶ ὁ κρίνων ἀλλότριον οἰκέτην; expositum tum demum valere contendit, quum de re agatur, in quâ quidnam faciendum sit herus non distincte praeceperit. At *temerariam* hominis arrogantiam esse alius ejusque potentissimi heri servum in suum judicium vocantis *injusteque* facere qui alieni servi judex considat, verum est, sive herus praecepta servo data cum aliis hominibus communicaverit, sive soli servo quidnam fieri placeret dixerit. Venditavit istas nugas *Tholuccius*, ut legis a Christo Matth. 7,1. ejusque Apostolis latae vim eluderet et pie impios videlicet Theologos calumniaretur. Ceterum observatiunculam a *Calvino* mutuatus est. *Calvinus*: „— Vult — hic Paulus nos ab omni judicandi *temeritate* arcere, in quam incidunt qui de hominum factis audent pronuntiare *extra Dei verbum*."

compellari manifestum est. Nam v. vs. 4. *σὺ τίς εἶ ὁ κρίνων ἀλλότριον οἰκέτην;* intime cohaerent cum vocc. v. 3. *καὶ ὁ μὴ ἐσθίων τὸν ἐσθίοντα μὴ κρινέτω*, neque cetera vv. 4. v. rem non comprobant. Vana *Reichii* Paulum et abstinentem et non abstinentem Romanum compellare opinati sententia est. Scilicet male V. D. vs. 3. *αὐτόν* explicuerat. Servi herus *Christus* est (*Bengel.*, *Morus*, *dW.* cf. v. 6. sqq.), non, ut plerique putarunt, *Deus*. Nunc nullum abstinenti Christiano de Christi servo sententiam ferendi jus esse his verbis P. declarat: *τῷ ἰδίῳ κυρίῳ στήκει ἢ πίπτει proprio hero* (für seinen Herrn, v. *Bernhardyi* Wissensch. Synt. 1. p. 85.) *servus stat* (recte facit) *aut corruit* (in officio labitur, cf. 11, 11. 22. 1 Cor. 10, 12.) i. e. utrum recte an male servus fecerit, ejus rei cognitio ad *herum*, non ad homines, quorum arbitrio non subjectus est, pertinet. Male enim *Estius*, *Wolfius*, *de Ammon*, *Reichius*, *Borgerus* aliique hanc interpretationem inierunt: *proprio hero servus consistit* (Cic. pro A. Caecina 21, 59. i. e. causâ vincit) *aut labitur* (causâ cadit) in Dei judicium vocatus (cf. Luc. 21, 36. et קוּם Ps. 1, 5.), h. e. heri, non aliorum, refert, utrum servus absolvatur an condemnetur. Explicationem nobis probatam veram esse et antecedentia verba et sequentia ostendunt. Abstinentes Romani quos suae censurae subjiciebant non abstinentes *in officio lapsos esse* putabant. Hinc in verbis *τῷ ἰδίῳ κυρίῳ στήκει ἢ πίπτει*, quibus uni hero servum judicandi jus esse declaratur, *πίπτειν peccare* et *στήκειν recte facere* significet necesse est. Sententia: *heri refert, utrum servus in Dei judicio absolvatur, an condemnetur* a Pauli disputatione prorsus abhorret. Accedit, quod haec explicatio ad v. sequentia accommodari nequit: *absolvetur autem, nam potest Deus eum absolvere.* Scilicet absolvit Deus homines sontes non pro suâ omnipotentiâ, sed pro summâ suâ benignitate (cf. *Meyerum* et *dW.*). Infirmis argumentis *Reichius* nostram interpretationem impugnavit. Non potuit, inquit, Paulus Deum non abstinentem Romanum, ne in officio claudicaret, confirmaturum esse *posito pignore* affirmare (*σταθήσεται δέ*). Nempe Deum liberalioris Romani gradum, ne in officio laberetur, firmaturum esse *fide interpositâ* Apostolus non dixit, sed Deum id facturum esse *pie speravit* (*σταθήσεται δὲ*) *Dei omnipotentiâ* confisus (*δυνατὸς γὰρ ὁ θεὸς στῆσαι αὐτόν*). Vide *Grotium* et *Meyerum*. At ne ab officio desciscas tua efficit vigilantia, non Dei omnipotentia (*Reichius*). Omnipotentem Deum Christianis non solum pias cogitationes injicere, verum etiam efficere, ut quae facere pie statuerint exsequantur *Reichius* in tempore non meminerat. (Phil. 2,

13. 1,6. Eph. 3,20. 1 Cor. 1,8.). *Tholuckii* suspicio, Paulum ipsum non satis scivisse, utrum verbis τῷ ἰδίῳ κυρίῳ στήκει ἢ πίπτει· σταθήσεται δὲ κτλ. sententiam a nobis, an a *Reichio* subjectam illigaverit, *quoniam quem Deus in officio continuerit in divino judicio absolvatur*, quam sit absurda qui recte cogitare didicerint facile intelligunt. σταθήσεται δὲ] *stabilietur autem, ut opinor, Christi servus* et a lapsu sustinebitur. δυνατὸς γάρ ἐστιν ὁ θεὸς στῆσαι αὐτόν] *potis est enim Deus eum stabilire* (Phil. 2,13.) atque efficere, ne quod nefas esse duxerit committat (v. 5. 23.). Variantes lectiones non mutant sententiam. Elsev. δυνατὸς γάρ ἐστιν] Cf. 11,23. 4,21.. *Chrysost.* et *Joannes Damascenus* II,399. δυνατὸς γὰρ omissâ voce ἐστίν. | A. F. G. et C. a *Tischendorfio* nuper editus δυνατεῖ γὰρ [2 Cor. 13,3.]. | B. D. E. δύναται γάρ. Scriptura δυνατεῖ γάρ, quam *Griesbachius* commendaverat, a *Lachmanno* et *Tischendorfio* textis illata, a *Meyero*, *dW.* et *Rueckerto*, librarios in δυνατεῖ, verbi parum usitati (v. 2 Cor. 13,3., ubi P. sonorum similitudinem ἀσθενεῖ, δυνατεῖ captavit) locum notiora vocabula suffecisse opinatis, probata est. At scribas verbo δυνατέω recte formato (cf. ἀδυνατέω) offensos esse non est credibile et variantes lectiones 2 Cor. 13,3. — ὃς εἰς ὑμᾶς οὐκ ἀσθενεῖ, ἀλλὰ δυνατεῖ ἐν ὑμῖν, ad quas *Meyerus* provocavit, rem non comprobant. Sunt enim calami errores: δυνατεῖ] 67.** al. δύναται (31. Mt. m. δυνατοῖ sic) 52. δυνατός. Imo δυνατεῖ et δύναται certissima glossemata sunt. [cf. not. ad 7,25.]. Solent enim glossatores δυνατὸς [scil. εἰμί] sequente Infinitivo verbis δύναμαι et δυνατῶ exponere. Hebr. 11,19. Elsev. — λογισάμενος, ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγείρειν (al. ἐγεῖραι) δυνατὸς ὁ θεός. A., quem *Lachmannus* temere sequutus est, — λογισάμενος ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγεῖραι δύναται ὁ θεός, e glossemate. 2 Cor. 9,8. Elsev. — Δυνατὸς δὲ ὁ θεὸς πᾶσαν χάριν περισσεῦσαι εἰς ὑμᾶς, ἵνα κτλ.. *Lachmannus* et *Tischend.* ex B. C. D.* F. G. δυνατεῖ δὲ ὁ θεὸς κτἑ. susceperunt, manifestum glossema, probante *Rueckerto*. Est tamen verisimile, glossatores nostro loco δυνατὸς γὰρ pro δυνατὸς γάρ ἐστιν in codd. invenisse (cf. Hebr. 11,19. 2 Cor. 9,8.). Itaque illud edidi. Bene *Matthaeius* ed. min.: „Omissum ἐστί peperit δυνατεῖ et δύναται.", nisi quod *Paulum* ἐστίν omisisse non vidit. ὁ θεός] ὁ Κύριος A. B. C. Copt. Arm. Vulg. ms. Aug. semel (cf. Sabatierium) | ὁ κύριος αὐτοῦ Syr. Erp.. Hi ad ὁ κύριος, quod solum in Codd. invenissent, pronomen suo more adjecerunt; cf. v. c. Syrum vs. 6., — Ὁ κύριος pro ὁ θεός post *Lachmannum* dedit *Tischend.*. Sententia hanc lectio-

nem recipit. Nam Christus potentissimus quum mundi gubernator (Col. 1, 17.), tum ecclesiae christianae rector (Eph. 4, 11.) eo robore est, ut homines christ. et pios reddere et a turpitudine avocare possit (1 Tim. 1, 12. 14.). Nihilominus Paulum ὁ θεός scripsisse certum est. Scriptura ὁ κύριος vel propterea suspecta est, quod iidem fere codices, qui δυνατεῖ vel δύναται pro δυνατός male habent, eam tenent. Sed rem illud conficit, quod Paulus verbis δυνατὸς γὰρ κτλ. ad ultima vs. 3. vocabula ὁ θεὸς γὰρ αὐτὸν προςελάβετο revertitur. Dicit igitur: *potis est enim Deus, eum (in amicitiam receptum* v. 3.) *a lapsu sustinere* (cf. v. 3. et 6.). Ὁ κύριος ii scripserunt, qui servi herum eundemque judicem servi stabilitorem dici aequum esse judicassent.

V. 5. Eorum, quae vs. 4. scripsit, invitatu Paulus quum de rebus, si eas ex vero aestimaveris, neque bonis neque malis diversa hominum judicia esse *novo* exemplo allato (cf. v. 2.) docuisset, id cuique videndum esse, ut, *ne peccet*, firmam *suae* mentis sententiam sequutus, nihil dubitante conscientiâ agat monuit (v. 5.). ὃς μὲν κρίνει] ὃς μὲν γὰρ κρίνει κτλ. (*etenim*, h. e. ut sententiam vs. 2. propositam alio exemplo illustrem, *hic alternos dies probat* etc.) A. C. 26. 39. Copt. It. Vulg. et nonnulli PP. latini. *Lachmannus* γὰρ ita recepit, ut uncis saepiret. Quanto aptius est γὰρ tanto est suspectius. — Discimus e verbis ὃς δὲ κρίνει πᾶσαν ἡμέραν formulam κρίνειν ἡμέραν *plenam* loquutionem esse eosque a vero aberrasse, qui in vocabulis ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν *comparationis* indicem παρά (*prae*) esse rati formulam κρίνειν ἡμέραν παρ' ἡμέραν scil. εἶναι (diem prae die esse judicare i. q. diem diei praeferre) ad constructionem κρίνειν τι παρά τι scil. εἶναι (rem prae re esse putare i. e. rem rei praeponere), quam nemo exemplis munivit, revocassent (v. v. c. *Grot.*, *Kopp.* et *Meyerum* cl. LXX Ps. 45, 8. Luc. 13, 2. Hebr. 1, 4. et not. ad 1, 25.). Imo vocabula ἡμέραν παρ' ἡμέραν ita a verbo κρίνει reguntur, ut *alternos dies* significent, quibus πᾶσα ἡμέρα *unusquisque dies* opponitur. *Augustinus* Expos. etc. in h. l.: alius quidem judicat, *alternos dies* —. *Boern.* nam alius judicat *alternos dies*. Παρ' ἡμέραν et ἡμέρα παρ' ἡμέραν Graecis *alternis diebus* notat. Athenaeus l. XIV. p. 593. F. — τὴν δὲ Νέαιραν εἶχον ἡμέραν παρ' ἡμέραν — Φρυνίων καὶ Στέφανος ὁ ῥήτωρ. Vide praeter uberrimam *Wetstenii* notam ad h. l. *Schaeferum* ad haec Longi verba p. 339. sq. καὶ παραφυλάξας, ὅτι παρ' ἡμέραν ἐπὶ τὸν πότον ἄγουσι τὰς ἀγέλας, ποτὲ μὲν ὁ Δάφνις, ποτὲ δὲ ἡ παῖς, ἐπιτεχνᾶται τέχνην ποιμένι πρέπουσαν. et *Bernhardyi* Wissensch. Synt.

p. 258. sq.. Contende etiam Adjectivum *παρήμερος*. Habet autem simplicitatis commendationem eorum ratio, qui *κρίνειν* h. l. *probare* explicuerunt (v. *Rueck.* et Lexica gr.): hic *alternos dies* probat (ut sanctos) ille probat *unumquemque diem* (ut Deo dedicandum), der Eine heißt Tag um Tag gut (als heilig), der Andere heißt jeden Tag gut (als Gott geweiht). Fuisse Romae Christianos, qui sabbata, interlunia, pascha pentecosten aliasque Judaeorum ferias pie celebrandas esse putarent, Paulum verbis ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν indicasse multi interpretes censuerunt (v. v. c. *Grot.* et *Carpzovium* cl. Col. 2,16.). Haec opinio cum Apostoli verbis, quae nonnullos Romanos *alternos dies* eximios putasse ostendunt, conciliari nequit. Itaque vixisse Romae Christianos, qui severâ Pharisaeorum disciplinâ retentâ praeter sabbatum secundum et quintum quemque hebdomadis diem piis meditationibus, jejuniis et aliâ castimoniâ celebrarent Paulum indicasse arbitror (v. Luc. 18,12. et Epiphan. Haeres. XVI.). Hanc suspicionem locus ep. ad Gal. 4,10. ἡμέρας παρατηρεῖσθε καὶ μῆνας καὶ καιροὺς καὶ ἐνιαυτούς. confirmat, ubi ἡμέρας certos quosdam *hebdomadae* dies dici manifestum est. Distinguuntur enim ab iis *μῆνες, καιροὶ* et *ἐνιαυτοί*. Jejunia eâ sanctimoniâ comprehensa sunt, quâ Paulus nonnullos Romanos alternos dies prosequutos esse scripsit, non relligiones absolvunt illis diebus tributas. *Koppius*, quoniam Apostolus toties hoc capite carnium abstinentiam commemoraverit (v. 2. 3. 14. 15. 17. 20. 21. 23.), delectorum dierum, si vulgarem interpretationem sequutus fueris, *obiter* tantummodo vs. 5. et 6. mentionem injecerit, vs. 5. et 6. hoc dici putavit, Romanos partim *certis quibusdam diebus*, partim *semper* a carnibus abstinuisse. Quae opinio Pauli verbis recte intellectis prorsus repugnat. Nam *Theodoretum*, ad quem *Koppius* provocavit, Apostoli verba temere interpretatum esse proximâ notâ ostendam. *Rueckertus* eodem argumento, quod *Koppium* transversum egit, nixus aut finxisse Paulum rem a Romanorum moribus alienam, ut mentem suam exponeret, aut si Romae fuissent tum qui diem diei propter eximiam sanctitatem praeferrent, tum qui unumquemque diem ut satis sanctum laudarent, hanc sententiarum diversitatem dissentientium animos minus exulcerasse existimavit, quam dissidia de carnibus. De hâc re, quae e Pauli dissertatione constitui nequit, cum fructu disputari non potest. Sed Romae aut fuisse aut Paulum esse putasse Christianos, quorum alii certis quibusdam hebdomadis diebus praecipuam, alii omnibus parem sanctitatem tribuerent, certum est (expende verba ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορείσθω

et verbum sextum). Exstiterunt, qui *κρίνειν* hoc versu tum *distinguere*, *discernere* (*Erasmus* ad vs. 6., *Wolf.* al.), tum *deligere* (*Tholuck.* ed. 3.) enarrarent (v. Lexica gr.): hic alternos dies *distinguit*, *discernit* (deligit), ille *distinguit*, *discernit* (*deligit*) unumquemque diem. Hoc pacto Paulus ut Romanos posteriore loco memoratos *nullos* dies discrevisse *nullumve* dierum delectum habuisse indicaret, eos *unumquemque* diem vel distinxisse vel delegisse *παραδόξως* dixisset. At hâc paradoxâ sententiâ non opus est (v. supra). Recentiores interpretes in verborum *ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν, ὃς δὲ κρίνει πᾶσαν ἡμέραν* explicatione lapsos esse minus eo mirum est, quod veteres enarratores ea perverse exposuerunt. *) Plerosque verba *ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν* sic interpretatos esse supra monuimus: hic diem *prae* die judicat i. e. diem diei praefert. In sequentium verborum explicatione his potissimum modis peccatum est. Post *ὃς δὲ κρίνει πᾶσαν ἡμέραν* *Beng.*, *Flatt.*,

---

*) *Chrysostomus*: *ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν, ὃς δὲ κρίνει πᾶσαν ἡμέραν*] *Ἐνταῦθα δέ μοι δοκεῖ ἠρέμα καὶ περὶ νηστείας αἰνίττεσθαι. Καὶ γὰρ εἰκὸς τῶν νηστευόντων τοὺς μὴ νηστεύοντας κρίνειν διηνεκῶς· ἢ καὶ ἐν ταῖς παρατηρήσεσιν εἰκὸς εἶναί τινας τοὺς ῥητὰς ἡμέρας ἀπεχομένους, καὶ ῥητὰς ἐχομένους.* *Theophylactus*: *ὃς μὲν κρίνει — — — πᾶσαν ἡμέραν*] *Ἦσάν τινες νηστεύοντες, ἢ καὶ τῶν χοιρείων ἀπεχόμενοι ῥητάς τινας ἡμέρας, ἕτεροι δὲ πάντοτε ἐσθίοντες, οἳ καὶ κατέκρινον τοὺς νηστεύοντας. Περὶ τούτων οὖν φησιν, ὅτι ἄλλος ἄλλως κρίνει καὶ ἀδιάφορόν ἐστι τὸ πρᾶγμα. Οὐ δεῖ οὖν πλήττεσθαι τοὺς ἀδελφοὺς χάριν τούτου.* *Oecumenius*: *ὃς μὲν κρίνει — — — πληροφορείσθω*] *Εἰκὸς ἦν τινὰς τῶν συνεχῶς νηστευόντων κατακρίνειν τοὺς μὴ συνεχῶς νηστεύοντας, οἷς τὸ κατακρίνειν καὶ σφόδρα ἐγκαλεῖν ἀπαγορεύει.* Hos tum post *ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν* tum post *ὃς δὲ κρίνει πᾶσαν ἡμέραν* licenter cogitando adjecisse *ἐσθίειν* apparet: hic alternis diebus ille quotidie *cibum capere sibi concessum esse* autumat (v. not. ad v. 2.). *Theodoretus*: *ὃς μὲν κρίνει — — — πᾶσαν ἡμέραν*] *Οἱ μὲν γὰρ διηνεκῶς ἀπείχοντο τῶν ἀπηγορευμένων ὑπὸ τοῦ νόμου βρωμάτων, οἱ δὲ ἐνίας ἡμέρας.* *Pelagius*: „Item hoc est quod dicit, aliquos esse, qui certis *anni temporibus* (sic), alios esse, qui omni tempore vitae suae ab esu carnium *decreverunt abstinendum*." Hi non minore licentiâ post *ἡμέραν παρ' ἡμέραν* et post *πᾶσαν ἡμέραν* mente addiderunt *μὴ ἐσθίειν* s. *νηστεύειν*. Cum *Theodoreto* facit schol. Matth.: *ὃς μὲν κρίνει*] *οἱ μὲν γὰρ διηνεκῶς ἀπείχοντο τῶν κεκωλυμένων ὑπὸ τοῦ νόμου, οἱ δὲ ἐνίας ἡμέρας. ὃς δὲ κρίνει πᾶσαν ἡμέραν*] *ἐσθίειν δηλονότι.* Homo obliviosus dicere debebat *μὴ ἐσθίειν, νηστεύειν δηλονότι.* *Ambrosiaster*, *Chrysostomi* et *Theodoreti* interpretationem temere confudit: „nam alius quidem judicat diem inter diem] hoc est, alicui placet *interpositis diebus edere* [i. e. *ὃς μὲν γὰρ κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν* scil. *ἐσθίειν*]. Alius autem judicat omnem diem] Hic omnem diem judicat, qui *numquam edit* (i. e. *ὃς δὲ κρίνει πᾶσαν ἡμέραν* scil. *μὴ ἐσθίειν*)."

Meyerus al. ἡμέραν εἶναι (ille judicat unumquemque diem *diem esse*), *Morus*, *Boehm.*, *Wahl. Cl.* min. s. v. κρίνω, *Reich.*, *Borger.* al. ἴσην s. ἰσότιμον εἶναι (hic quemvis diem *parem esse* judicat) precario mente addiderunt. *De Wettius* in verbis ὃς δὲ κρίνει πᾶσαν ἡμέραν solum κρίνειν, quoniam παρά comparativum praecesserit, *vi parallelismi sanctum existimare* valere narrat. Merae gerrae. — In proximis verbis ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορείσθω vox ἰδίῳ pondus habet (8,32. 14,4.): *unusquisque apud suum animum firmâ sententiâ sit*, *unusquisque suae sententiae certus sit*, quisque id faciat, quod pium esse *ipse secum firmiter* statuerit, cf. 4,21.. (Non accurate *Grotius fruatur quisque suâ sententiâ* et ante eum *Pelagius*: unusquisque id faciat in hâc causâ, quod *melius esse judicat.*). Errori sane conscientia nostra obnoxia est (1 Cor. 8,7.). Nihilominus is egregium sibi ad recte vivendum praesidium comparavit, qui suam semper conscientiam sequendam esse secum statuerit et quia plerumque veram viam monstrat et quoniam rectum quod sit pravum fit, si vel dubitante vel reluctante conscientiâ peractum fuerit v. 23.. Est etiam aliorum conscientiae nobis parcendum videndumque, ne superstitiosorum hominum animos liberaliore nostrâ disciplinâ laedamus (1 Cor. 10,28. sq.). Faciamus igitur et omittamus, quae pie et fieri et omitti possunt, ne infirmis Christianis noceamus (v. 15. 20. 1 Cor. 8,11.). Sed in rebus, in quibus pietatis vel impietatis momentum verti nobis persuasum sit, nunquam non firmam *nostrae* mentis sententiam ducem sequamur, ut semper nostra nos conscientia absolvat (v. 22.). Non recte *Reichius* Pauli praeceptum: *unusquisque suae sententiae certus sit*: ab eo loco abhorrere videri dixit, quo firmorum Christianorum officia in infirmos et infirmorum in firmos exponenda essent. Aptissime enim Paulus postquam firmos Christianos proprio domino recte agere aut *peccare* enuntiaverat v. 4., infirmis firmisque Christianis in eo pariter elaborandum esse scripsit, ut certum suae mentis judicium sequerentur, *ne peccarent* (v. 5.).

V. 6. Sententia: et qui certos quosdam hebdomadis dies prae ceteris celebrat et qui omnibus hebdomadae diebus parem sanctitatem tribuit pietate erga dominum (Christum) ducitur: item et qui carnibus abstinet et qui omnibus promiscue cibis vescitur pietate erga dominum (Christum) impellitur. Hinc apparet, huic illius et vicissim instituta amice ferenda esse. Quippe *animi pietas* nos pios efficit dignosque reddit, quos alii recte venerentur, non usus cultusque vitae, qui mentis errore niti potest. — *Flattus*, *Reichius*, *Rueck.* al. Romanos non quales re verâ fuerint,

sed quales esse *debuerint* Paulum fingere opinantur. Nam fuisse, qui avaritiâ, superbiâ et inertiâ, non pietate impulsi a carnibus abstinerent et judaicas ferias agerent credibile videri (cf. *Reich.*). At omnes sui temporis Christianos eâ pietate esse Paulus confisus est, ut judaicas ferias et celebrarent et non celebrarent carnibusque et vescerentur et non vescerentur Christi reverentiâ ducti (cf. v. 7. *οὐδεὶς γὰρ ἡμῶν ἑαυτῷ ζῇ κτλ.*). *ὁ φρονῶν τὴν ἡμέραν*] *qui diei studio tenetur* (Col. 3,2.), *qui certum diem observat* (*ὁ παρατηρούμενος τὴν ἡμέραν* Gal. 4,10.). Dicitur *ὁ κρίνων ἡμέραν παρ' ἡμέραν* vs. 5.. *Ἡ ἡμέρα* h. l. nomen collectivum est, quo dies indicantur, quos ex Judaeorum disciplinâ ab ipsis retentâ nonnulli Romani pie celebrandos esse putassent. *κυρίῳ φρονεῖ*] *domino* (für den Herrn v. 4.) *diei studio tenetur*, i. e. in hoc verborum contextu *ut domino honorem habeat* statos dies celebrat. Dominus est Christus (cf. v. 9.), non Deus. *καὶ ὁ μὴ φρονῶν τὴν ἡμ. κ. οὐ φρονεῖ*] *et qui statos* (Judaeorum) *dies non observat* (qui igitur unumquemque diem laudat, *ὁ κρίνων πᾶσαν ἡμέραν* v. 5.) *ut Christo honorem tribuat non observat.* Verba *καὶ ὁ μὴ φρονῶν τὴν ἡμέραν κυρίῳ οὐ φρονεῖ* omittunt A. B. C.* D. E. F. G. 23. 57. 67.** Copt. Aeth. It. Vulg. Ruf. Hieron. Augustin. Ambrosiaster, Pelag. et alii latini. Damnarunt vocabula pro librariorum, qui verba *καὶ ὁ μὴ ἐσθίων κυρίῳ οὐκ ἐσθίει* contuiti priorem versus partem posteriori exaequassent, supplemento *Erasmus*, *Zegerus*, *Millius* Proleg. §. 1204., *Griesb.*, *Meyerus* aliique, expunxit *Lachmannus.* *ὁ ἐσθίων*] *καὶ ὁ ἐσθίων* A. B. C.* D. E. F. G. 17. 37. 39. al. Syr. Copt. It. Vulg. Ruf. Ambrosiast. Pelag. aliique PP. et graeci et latini. Vocula *καὶ* a *Griesbachio*, *Knappio*, *Lachmanno* aliisque recte in verborum ordinem recepta est. Nihil vero verborum *καὶ ὁ μὴ φρονῶν τὴν ἡμέραν κυρίῳ οὐ φρονεῖ* omissioni recte tribueris, et quoniam vocabula necessaria sunt, et quia non solum *τὸ ὁμοιοτέλευτον* (*κυρίῳ φρονεῖ* — *κυρίῳ οὐ φρονεῖ*), verum etiam *τὸ ὁμοιόαρκτον* (*καὶ ὁ μὴ φρονῶν* — *καὶ ὁ ἐσθίων*) fecisse ut exciderent ante oculos positum est. Paulus, qui Christianos Judaeorum modo feriantes et non feriantes v. 5. composuit, *utrosque* pietate erga Christum impelli hîc dicere debet, sicut proximis verbis ad homines supra v. 2. 3. memoratos reversus et non abstinentes et abstinentes pietate erga Christum moveri ait. Paulum quum versum 6. scribere inciperet rem rei verbis *ὁ φρονῶν τὴν ἡμέραν κυρίῳ φρονεῖ* declaratae oppositam addere secum non decrevisse, sed id facere ei tum demum in mentem venisse, quum exemplum de non abstinente adjecisset *Meyerus* ar-

gute excogitavit. Planum est enim eo magis non feriantis Christiani pietatem affirmandam fuisse, quod feriantes et non feriantes Christianos vs. 5. distinxit neque alio consilio versum 6. addidit, nisi ut neutros recte culpari, quoniam utrique pietate ducerentur, ostenderet. Quo facto eandem esse non abstinentium et abstinentium Christianorum causam monuit. Verba *καὶ ὁ μὴ φρονῶν τὴν ἡμέραν κυρίῳ οὐ φρονεῖ* propter homoeoteleuton intercidisse *precario* Criticos statuere non satis considerate *Meyerus* contendit, quum in nostro versu librarii etiam alia verba praetermiserint homoeoteleutis in fraudem adducti. In 66.* ab *ἡμέραν* usque ad *ἡμέραν*, in 71. al. ab *ἐσθίει* usque ad *ἐσθίει* et in Mt. 8. a *θεῷ* usque ad *θεῷ* saltus factus est. Sed omnis dubitatio de verborum *καὶ ὁ μὴ φρονῶν τὴν ἡμέραν κυρίῳ οὐ φρονεῖ* integritate eo tollitur, quod eadem fere subsidia, quae illa v. praetereunt, *καὶ ὁ ἐσθίων* pro *ὁ ἐσθίων* habent. Hinc non solum *τὸ ὁμοιοτέλευτον* (*φρονεῖ — οὐ φρονεῖ*), sed etiam *τὸ ὁμοιόαρκτον*, quum *καὶ* ante *ὁ μὴ φρονῶν* cum *καὶ* ante *ὁ ἐσθίων* confunderetur (*καὶ ὁ μὴ φρ.... καὶ ὁ ἐσθίων*) vocabulorum *καὶ ὁ μὴ φρονῶν τὴν ἡμέραν κυρίῳ οὐ φρονεῖ* omissionem peperisse efficitur. Potuisset P. *ὡσαύτως ὁ ἐσθίων κτλ.* scribere, sed exemplum supra v. 2. positum per *καί* simpliciter annectere maluit. *καὶ ὁ ἐσθίων κυρίῳ ἐσθίει*] *et non abstinens, ut dominum* (*Christum*) *honore afficiat*, *non abstinet* (sed carnibus vescitur v. 2.). Causa proximis verbis continetur: *εὐχαριστεῖ γὰρ τῷ θεῷ nam gratias agit Deo* np. pro coenâ, quam sibi concessam esse putat (v. Deut. 8,10. Matth. 14, 19. 15,36. 26,26. 1 Cor. 10,30. 1 Tim. 4,4. 5.). Precatio ad coenam hunc pium erga Deum atque adeo erga Christum reverentem esse docet, qui eo consilio ad homines patris sui legatus venit, ut eos pios erga Deum redderet Act. 26, 18.. Hinc Christianos erga Deum pios etiam erga Christum esse et contra recte concluditur. Itaque *Rueckerti* ambage non opus est: nihil non Christus fecit, ut Dei honorem promoveret: eodem homines vere christiani omnia referunt (1 Cor. 10,31.), Christi praecepto satisfacientes. Itaque qui *grato in Deum animo* (?) carnibus et vescitur et non vescitur Christum se revereri ostendit, quippe faciens quod Christus fieri vult. Non recte *Reich.* et *Rueck.* v. *εὐχαριστεῖν* ad preces clarâ voce ante coenam fundi solitas referendas esse negarunt, quum hanc interpretationem verbi usus stabiliat (Matth. 15,36. 1 Cor. 10,30. 1 Tim. 4,4. 5.). Ipsi, si bene eos interpretor *εὐχαριστεῖν* aut ad grati animi testificationem inter coenandum rettulerunt, aut *gratiam habere* explicuerunt. At Paulo *εὐχαριστεῖν gratias agere*,

χάριν ἔχειν (2 Tim. 1, 3.) *gratiam habere* denotat. Precum formulis, quas temere ante coenam effutias, Paulum nihil tribuisse facile largior (v. *Rueck.*); sed permagni eum momenti preces esse censuisse, quas a Christianis ante coenam mittendas esse haud dubie putavit, h. e. quas pietate flagrans animo in Deum verso fundas contenderim. *εὐχαριστεῖ γὰρ τῷ θεῷ*] καὶ εὐχαριστεῖ τῷ θεῷ 31. 43. Syr. Clem. Alex. Paedag. II, 1. p. 170. et nonnulli alii. Est librariorum mutatio, qui hoc membrum cum proximo exaequarunt. — *καὶ ὁ μὴ ἐσθίων κυρίῳ οὐκ ἐσθίει*] *et abstinens ut Christum honore afficiat abstinet.* *καὶ εὐχαριστεῖ τῷ θεῷ*] *καὶ* neque rem consequentem enuntiat (et, *quoniam* abstinet, gratias Deo agit pro leguminibus et oleribus, *καὶ ὅτι οὐκ ἐσθίει εὐχαριστεῖ τῷ θεῷ, Meyerus, Borg.*), neque hanc vim habet: *et is quoque* gratias agit Deo (*Rueck.*), sed hoc notat: *et dum* [a carnibus] *abstinet, gratias agit Deo* (quibus suam erga Christum pietatem declarat, v. supra) np., ut res docet, pro oleribus, quibus solis salvâ pietate se vesci posse putat, cf. v. 2. (*καὶ μὴ ἐσθίων εὐχαριστεῖ τῷ θεῷ*). Argutatus est *Rueckertus*, quum Paulum propter verba *οὐκ ἐσθίει* ne potuisse quidem *εὐχαριστεῖ γὰρ τῷ θεῷ* pro *καὶ εὐχαριστεῖ τ. θ.* scribere diceret. Nam hominem, de quo agatur, non quod *non vescatur* gratias Deo agere, sed pro oleribus, quae comedat, grato in Deum animo esse ideoque eum ut Christo honorem praestet oleribus vesci recte existimari. Esse *ἐσθίειν non abstinere* et *οὐκ ἐσθίειν abstinere* ad vs. 3. monuimus. Etiamsi P. hic quoque *εὐχαριστεῖ γὰρ τῷ θεῷ* scripsisset, id contextae orationis indicio sic explicandum esset: et abstinens in Christi honorem abstinet: *nam gratias Deo agit* scil. *pro suâ coenâ*, pro oleribus (v. 2.). Addo *Chrysostomi* nugas, quas *Theophylactus* aliique recoxerunt. *Chrys.*: — *Σὺ δέ μοι σκόπει πῶς καὶ ἐνταῦθα πλήττει λανθανόντως τὸν ἰουδαΐζοντα.* (!) *Εἰ γὰρ τὸ ζητούμενον τοῦτό ἐστι τὸ εὐχαριστεῖν, εὔδηλον ὅτι ὁ ἐσθίων οὗτός ἐστιν ὁ εὐχαριστῶν, οὐχ ὁ μὴ ἐσθίων* (!). *Πῶς γάρ, ἔτι τοῦ νόμου ἐχόμενος;* (!) *Ὅπερ οὖν καὶ πρὸς Γαλάτας* [5, 4.] *ἔλεγεν· οἵτινες ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε τῆς χάριτος ἐξεπέσετε.* *Infirmi* Romani observandâ Mosis lege Dei favorem conciliari minime crediderunt, sed nonnullas Judaeorum ferias pie a Christianis negligi negarunt.

V. 7. et 8. Sententiam versu 6. propositam Paulus vs. 7. et 8. pietate confirmat omnibus sui temporis Christianis haud dubie tribuendâ h. m.: qui Judaeorum ritu feriantur quique non feriantur, qui abstinentes sunt et qui non

sunt id agunt, ut *Christo* honorem praestent (v. 6.). Nam nemo nostrûm (Christianorum) tam impius est, ut vitam suam aut mortem ad *suas* res referat (v. 7.). Referimus *enim* vitam nostram et mortem ad *Christum*, unde nos viventes et morientes *Christo* nos subjicere *atque adeo quaecunque agamus ea omnia ut Christum honoremus facere* apparet (v. 8. cf. v. 6.) *) Loquutiones *vivere alicui et mori alicui* latissime patent (v. not. ad 6, 10. et loca a *Wetstenio*, *Kypkio*, *Loesnero* aliisque ad h. l. congesta). Nam quum vitam aut mortem quocunque modo ad aliquam sive personam sive rem referre denotent, quae sit vitae aut mortis alicujus cum re aut personâ ratio res aut contexta oratio docere debet. Pauca ut rem illustrem exempla ponam. Nonnunquam sibi vivere se uno contentum neque alios curantem vitam degere significat. Ovid. Trist. 3, 4, 4. Usibus edocto si quidquam credis amico | vive tibi et longe nomina magna fuge: | vive tibi quantumque potes praelustria vita. | Saevum praelustri fulmen ab arce venit. Valerius Maximus 5, 4, 6. Qui (Atys, Croesi filius) ad id tempus mutus sibi vixerat saluti parentis vocalis factus est. Menander apud Stobaeum tit. 121. 5. (Gaisf. T. III. p. 414. ed. *Lips.* Ὡς ἡδὺ τὸ ζῆν, εἰ μεθ᾽ ὧν κρίνει τὶς ἄν· | Τοῦτ᾽ ἐστὶ τὸ ζῆν· οὐχ ἑαυτῷ ζῆν μόνον. Haud raro alicui vivere vitam ad alicujus studia et voluntatem componere, vitam alicui consecrare, diverso quidem pro contextâ oratione sensu, declarat. Cf. 2 Cor. 5, 15. τῷ Χριστῷ ζῆν. Philo De mutatione nominum §. 38. — ἀλλ᾽ εἴ τισιν ἐξεγένετο τὰς τῶν ἀνθρώπων φυγεῖν σπουδὰς καὶ θεῷ μόνῳ ζῆσαι. (Dicitur

*) Multi interpretes ab hujus loci sententiâ eo aberrarunt, quod quum piam *opinionem*, quâ homines vs. 6. commemorati ducerentur, Apostolo vs. 7. et 8. idoneâ ratione corroborandam fuisse non intellexissent, quae de piâ Christianorum Christum sibi et viventibus et morientibus leges dare *arbitratorum* sententiâ Paulus v. 7. et 8. disputavit, ad *rem veritatemque* rettulerunt, Christum et viventibus et morientibus Christianis *utique* imperare Paulum h. l. dixisse male opinati. *De Wettius* sententias sic connexuit: homines versu 6. dicti Christo fidem praestant. *Et recte quidem id faciunt.* [Hanc nimirum sententiam *dW.* ante vs. 7. cogitando adjecit.]. *Nam* nemo [nostrûm] ita vivit aut moritur, ut sui *sit* arbitrii, sed ut Christo *subsit.* Nihilo felicius *Reichius* sententias ita cohaerere statuit: *oportet* [sic] et firmos et infirmos homines [Christianos] se ad Dei [Christi] voluntatem componere (v. 6.). *Nam* homines [imo Christiani] et viventes et morientes in *Dei* [imo *Christi*] potestate *sunt* [imo *se esse pie existimant*]. Postremo *Rueckertus* II, p. 232. (nolo enim plura hujusmodi peccata coacervare) Paulum recte cogitandi leges violasse perhibuit. Nam Apostolum, cui Christianos *vere* id *facere*, quod eos facere vs. 6. dixisset. vs. 7. et 8. ostendendum esset, eos illud *sane* fecisse *ex officio* iis imposito vs. 7. et 8. demonstrasse (!).

ὁ κατ' ἀρετὴν βίος, lege quae praecedunt.). Adde Alciphr. ep. I, 37. fin. et Terent. Eun. 3,2,27., quae loca I,394. attuli. Saepissime sibi vivere se tantum intuentem, omnia ad suas utilitates convertentem, aetatem agere denotat. Tum et otium, quod tibi in deliciis sit, munerumque et molestiarum quam expetas vacatio spectari potest, tum exoptata libertas, in quâ constitutus vivendi leges tibi ipse statuas. Illud ubi est sibi vivere sibi prospicientem, nullis negotiis districtum, curis vacuum, genio indulgentem vivere designat. [Eurip. Ion v. 660. *Herm.* (cf. I, 394.) Seneca de brevitate vitae c. 5.. Omnis ejus (Augusti) sermo ad hoc semper revolutus est, ut sibi speraret otium. Hoc labores suos, etiamsi falso, dulci tamen oblectabat solatio, aliquando se victurum sibi. Terent. Adelph. 5,4,9.. Ille (frater) suam semper egit vitam in otio, in conviviis: | Clemens, placidus, nulli laedere os, arridere omnibus. | Sibi vixit, sibi (i. e. genium curaturus) sumtum fecit: omnes bene dicunt, amant. | Ego ille agrestis — — tenax | duxi uxorem. Quam ibi miseriam vidi! nati filii: | alia cura. Seneca ep. 48. alteri (i. e. alterius utilitatibus deserviens) vivas oportet, si vis tibi vivere (h. e. vitam ad verum tuum commodum referre). Plutarchi Cleomenes v. 31. (p. 819. F.) — *Δεῖ γὰρ τὸν αὐθαίρετον θάνατον οὐ φυγὴν εἶναι πράξεων, ἀλλὰ πρᾶξιν. Αἰσχρὸν γὰρ ζῆν μόνοις ἑαυτοῖς καὶ ἀποθνήσκειν.* (h. e. turpe est enim vitam nos nonnisi ad nostras utilitates referre et mortem nobis consciscere, ut incommoda subterfugiamus). Hic locus cum nostro verbis quadamtenus convenit, sententiâ discrepat.]. Hoc ubi obtinet sibi vivere *suo arbitrio* aut *ita vivere ut vivendi leges tibi ipse scribas* et alteri vivere *alteri*, *qui vivendi leges tibi imponat*, *obnoxium* vivere designat. Apud Dionysium Halic. 3,17. Horatius pater piis filiis, qui superstite patre se sui juris non esse recte arbitrati patrem de ineundo certamine consuluerunt, haec dicit: *ἀλλ' εὐσεβὲς μὲν πρᾶγμα ποιεῖτε, ὦ παῖδες, τῷ πατρὶ ζῶντες καὶ οὐδὲν ἄνευ τῆς ἐμῆς γνώμης διαπραττόμενοι.* Liv. 3, 61. Consul ex alterâ parte Romanos meminisse jubebat, illo die primum *liberos* pro liberâ urbe Romanâ pugnare. *Sibimet ipsis victuros*, non ut decemvirorum victores praemium essent. In hunc modum noster locus capiendus est. Nam Paulus ut homines vs. 6. memoratos *Christi* reverentiâ et facere quae facerent et omittere quae omitterent demonstraret, nemo nostrûm, inquit, sibi vivit et nemo sibi moritur, h. e. nemo nostrûm tam impius est, ut vivens aut moriens *sui* juris se esse *arbitretur*. Nempe si Apostolus aliquos tum inveniri putasset, qui *sibi* (h. e. ad leges, quas sibi

ipsi scripsissent) viverent, male vs. 6. *generatim* dixisset ὁ φρονῶν τὴν ἡμέραν κυρίῳ φρονεῖ κτέ. Fuissent enim nonnulli, qui ἑαυτοῖς, non κυρίῳ judaicas ferias et celebrarent et negligerent carnibusque et vescerentur et abstinerent. Sed ne hunc locum secus intelligamus tenendum est, quae vs. 7. et 8. dicuntur ad *cogitationes*, quas Christiani de Pauli sententiâ animis informassent, referenda esse. Nempe homines vs. 6. commemoratos *pie in Christum sentire* Paulo ostendendum erat. Sic igitur Ap. argumentatur: feriantes et non feriantes, non abstinentes et abstinentes iis quae faciunt et quae omittunt se in Christum pios praestare *existimant* (v. 6.). Nam nemo nostrûm eâ impietate est, ut vivens aut moriens se sui arbitrii esse *putet* (v. 7.). Quippe sive vivamus sive moriamur Christi arbitrio nos subesse *censemus*. Itaque sive vivamus sive moriamur in Christi potestate nos esse *arbitramur* (v. 8.). Qui vs. 7. et 8. de ratione, quae inter Christum et Christianos *vere* intercedat (nemo nostrûm vivens aut moriens *reapse* in suâ, sed in Christi potestate est: itaque sive vivamus sive moriamur ex Christo *re verâ* pendemus vs. 7. 8.) exponi crediderunt, quae sententia Apostolo idoneâ ratione firmanda esset non cogitarunt. Futilibus argumentis *Reich.*, *Rueck.* et *Meyerus* οὐχ ἑαυτῷ ζῆν et v. 8. τῷ κυρίῳ ζῆν *non sibi vitam dicare* et *Christo vitam consecrare* recte explicari negarunt. Primo obstare sententias oppositas (v. 7. καὶ οὐδεὶς ἑαυτῷ ἀποθνήσκει et v. 8. ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν τῷ κυρίῳ ἀποθνήσκομεν) observarunt. Esse enim mortem non rem tui arbitrii, sed fortunam, quam *patiaris*. Perspicuum autem esse, neque de morte voluntariâ, neque de vitâ post mortem futurâ hic agi (*Rueck.*). Non vita magis, ut mea fert opinio, in nostrâ potestate est, quam mors. Recte autem, nisi fallor, hae sententiae comparatae sunt: nemo nostrûm vitam *Dei beneficio sibi prorogatam* sibi, sed Christo, consecrat: nemo nostrûm mortem *in se ingruentem* sibi, sed Christo dedicat, ut nempe vitam post mortem agendam sibi, non Christo, dicatam velit. Deinde v. vs. 8. τοῦ κυρίου ἐσμέν, quae nos viventes et morientes Christo *reapse* subjectos esse declarent, impedimento esse illi putarunt. At ea verba *in Christi potestate nos esse censemus* significant. Postremo ad v. vs. 9. ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ male provocarunt, quippe quae *ut Christus et mortuorum et viventium dominus esse* (divinitus) *declararetur* denotent, non hanc vim habeant: *ut Christus et in mortuos et in viventes imperio potiretur*. Equidem caussam, cur interpretatio supra probata explicationi a *Reichio*, *Rueck.* et *Meyero* ineptis argumentis rejectae praeferenda

videatur, nullam video, nisi quod cogitationem *nemo nostrûm vivens aut moriens sui juris se esse sed Christo subesse arbitratur* tum sententiam vs. 6. melius stabilire tum conclusionem v. 8. *itaque sive vivamus sive moriamur Christi nos totos esse censemus* firmius fundare intelligo, quam sententiam ex alterâ explanatione natam: *unusquisque nostrûm et vitam* (benigne a Deo propagatam) *et* (impendentem) *mortem non sibi, sed Christo consecrat.* Ceterum Apostolus Christianos non sibi, sed Christo, *vivere* et *mori* eosque et *viventes* et *morientes* Christi totos esse eo fine dicit, ut eos per *totum tempus, quo sint* et in *omni fortunâ*, quam adeant, *Christi imperio* se subjectos esse putare indicet. — V. 8. Cohaerentia: nemo nostrûm *sibi* vivit (ut se sibi leges constituere autumet) et nemo *sibi* moritur (ut se sibi leges ponere putet post mortem observandas) v. 7.. Nam sive vivamus *Christo* (*Christum* nostrum legislatorem pie venerantes) vivimus, sive moriamur *Christo* (qui nobis leges det, ad quas nos accommodemus *mortui*) morimur 1 Cor. 15, 19. (Manifestum est igitur, nullius pretii lectionem nonnullorum codicum esse, qui bis hoc vs. *ἀποθάνωμεν* praebent pro *ἀποθνήσκωμεν*.). Quod idoneum argumentum esse confitebitur, qui praecepta a Christo data cum legibus, quas homines sibi scribere soleant non magis congruere quam Dei voluntas cum Mamonae libidine concordet (Matth. 6, 24.) meminerit (2 Cor. 5, 15.). Homines *τῇ σαρκὶ* obediunt, Christi legislatio cum divini spiritus praeceptis concinit: homines grata et jucunda sectantur, Christus sanctissimae Dei voluntati consentanea praecipit. *ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν* bis] A. D. F. G. al. *ἐάν τε ἀποθνήσκομεν*, quod *Lachmannus* textis intulit. Est calami error (*Rueck.*, *Meyerus*), quem interjectum *τῷ κυρίῳ ἀποθνήσκομεν* peperit; cf. v. c. Rom. 14, 19., Gal. 6, 10. 1 Cor. 11, 34. varr. lect.. Contra nonnulli apud *Matthaeium* male exararunt *τῷ κυρίῳ ἀποθνήσκωμεν* voce *ἀποθνήσκωμεν*, quae praecedit et sequitur, in fraudem inducti. Nam Paulus *ἐάν* cum Conjunctivo, non, ut recentissimi scriptores, cum Indicativo construit (v. *Herm.* ad Vig. p. 820. et *Wineri* gr. p. 271.). Item in his librariorum vitia nemo non facile cognoscet: Gal. 1, 8. *ἐὰν εὐαγγελίζεται.* Luc. 11, 12. *ἐὰν αἰτήσει* et Joh. 8, 36. *ἐὰν ἐλευθερώσει.* Recte nunc Paulus ex antecedente sententiâ hoc colligit: *ἐάν τε οὖν ζῶμεν, ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν τοῦ κυρίου* (*οὐχ ἑαυτῶν* 1 Cor. 6, 19.). *ἐσμέν*] sive *igitur* vivamus, sive moriamur ex *domino* (i. e. Christo, *non ex nobismet ipsis*) nos pendere *censemus.* (Nam ex eo, quod viventes et morientes leges a Christo accipimus, nos sive vivamus sive moriamur *Christo* summittere, non in

nostrâ potestate esse putare consequitur.) Ex his nemo non rationem concludere poterat, neque opus erat, ut P. conclusionem ipse adderet: itaque (h. e. quum unusquisque Christianorum et vivens et moriens a *Christo* se pendere *existimet*) firmi pariter atque infirmi Romani *Christi* reverentiâ ducuntur v. 6.. (De loquutione εἶναί τινος cf. 3,29. Gal. 3,20. 2 Tim. 2,19. 1 Cor. 6,19., *Kuehneri* gr. II, p. 167. et Propert. II,12,36.. Hujus ero vivus, mortuus hujus ero.). Pauli argumentationem plane non intellexit *Rueckertus*, qui conclusionem ἐάν τε οὖν ζῶμεν, ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν τοῦ κυρίου ἐσμέν non solum supervacaneam, verum etiam molestam et perversam esse dixit. Nam hanc sententiam requiri: *recte igitur facit quicunque ea ingenue sequitur, quibus Christo serviat* (v. 6.). Itaque *Rueckertus*, ut Paulum culpâ liberaret, eum verbis ἐάν τε οὖν ζῶμεν κτλ. ad novam rem transgredi opinatus est h. m.: sive *igitur* (i. e. ut ad novam rem transeam) vivamus sive moriamur, ex Christo *pendemus* (sic v. 8.), quo nihil certius est (v 9.). Quamobrem temere alter alterius judex sedeat, a *Christo* (imo a *Deo*) judicandus ipse (v. 10. 11.)!

V. 9. καί post Χριστὸς] om. A. (ut videtur) C. D. E. F. G. 17. 73. 74. 76. al. 9. Mt. C. K. Copt. Vulg. Boern. Orig. I. p. 436. IV. p. 135. et 342. Damasc. II, p. 52. al.. Damnavit καί *Griesbachius*, expunxit *Lachmannus*, retinuit post *Matthaeium Knappius*. *Elsev.* ἀπέθανε καὶ ἀνέστη καὶ ἀνέζησεν, ἵνα —] ἀπέθανε καὶ ἔζησεν, ἵνα —. A. B. C. Ruf., Cyrillus aliquoties (v. *Matthaeium* ed. *min.*), Chrysost. in comment. et apud Damasc. l. c. al.. Hoc *Griesbachius*, *Knappius*, *Lachmannus* aliique scripserunt, probarunt permulti, v. c. *Mill.* Proleg. §. 763., *Bengelius* in appar. et in gnom., *Meyerus* et *Rueck.*. | —ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, ἵνα —. F. G. Vulg. Boern. Orig. ter locis cit. Cyrillus bis (cf. *Matthaeium.*) Ambrosiaster, *Fulgentius*, al.. Hoc temere probavit *Rinck.* Lucubr. crit. p. 131. sq. verba καὶ ἔζησεν ex Apoc. 2,8., ut cur Christus τῶν ζώντων dominus esse diceretur, adjecta esse opinatus. | — ἀπέθανε καὶ ἀνέζησεν, ἵνα — *Cyrill.* semel, v. *Matthaeium* l. c. — Syr. Erp. ἀπέθανε καὶ ἔζησε (ἀνέζησε) καὶ ἀνέστη, ἵνα —. | — ἔζησε καὶ ἀπέθανεν, ἵνα — Sedul. | ἔζησε καὶ ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, ἵνα —. D. E. Clar. Germ. Iren. 3,18., Augustinus semel, Gaudentius. | — ἀπέθανε καὶ ἀνέστη καὶ ἔζησεν, ἵνα —. 5. 17. 73. al., quos *Beng.* et *Matthaeius* ed. maj. et min. sequuti sunt probante *Reichio*. A Paulo ἀπέθανε καὶ ἔζησεν, ἵνα —. profectum esse certum est. Hoc enim e verbis ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ intelligitur. Praeterea va-

riantes lectiones ex hâc genuinâ Apostoli scripturâ natas esse elucet. Nam sunt ἀνέστη et ἀνέζησεν verbi ἔζησεν *glossemata*. (Nego enim librarios ἀνέστη ex 1 Thess. 4,14. temere arripuisse (*Beng.* in Gnom.) et ἀνέζησεν ex ἀνέστη fortuito natum esse (*Meyerus*). Apoc. 20,5. recte *Griesb.* — οὐκ ἔζησαν, cujus glossema est — οὐκ ἀνέζησαν, lectio textus recepti.) Expulit genuinam lectionem ἔζησεν nunc *alterutrum* ejus glossema (contende has scripturas: ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, ἵνα — et ἀπέθανε καὶ ἀνέζησεν ἵνα —.), nunc *utrumque* (cf. lectionem Elsevir. — ἀπέθανε καὶ ἀνέστη καὶ ἀνέζησεν, ἵνα —). Praeterea ἔζησε cum *alterutro* ejus glossemate, diversis modis conglutinatum est; Syrus: — ἀπέθανε καὶ ἔζησε καὶ ἀνέστη, ἵνα — 5.17. al. — ἀπέθανε καὶ ἀνέστη καὶ ἔζησεν, ἵνα —. Irenaeus, al.: ἔζησε καὶ ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, ἵνα —. Hîc verbo ἔζησεν *primus* locus assignatus est propterea, quod ἔζησεν de vitâ a Christo ante supplicium actâ male intellectum esset. Vide etiam Sedulii lectionem: — ἔζησε καὶ ἀπέθανεν, ἵνα —. *Wolfius*, temerarius vulgatarum lectionum propugnator, Paulum καὶ ἀνέστη inter ἀπέθανε et καὶ ἀνέζησεν medium collocasse ideo putavit, quia Christum vitam recepisse non nisi ex ejus in vitam reditione cognitum esset! Ut καί ante ἀπέθανε deleremus a nobis non impetravimus. Nam primo quidem hoc καί in perantiquis subsidiis comparet, v. c. apud Irenaeum l. c., Rufinum ad h. l. et Syrum interpretem, qui libertate sibi sumtâ, quam explicatori jure concedimus, ante Χριστός posuit. Deinde facile excidit. Nam dubitatio de legitimo verborum sequentium et numero et ordine oborta in multis codd. innocenti voculae interitum paravit. Denique eorum disputatio vana est, qui καί ante ἀπέθανε additum esse perhibuerunt, ut καὶ ἀπέθανε καὶ ἔζησεν verbis καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων responderet. Notat enim καί ante ἀπέθανε *etiam* (cf. *Syrum* et *Lutherum*), quo rei cum aliâ re *congruentia* declaratur (Hebr. 6,7. 7,26. 2 Tim. 1,12. 1 Petr. 2,8. Aeschin. adv. Ctesiph. c. 62. — ἧς καὶ ἕνεκα στεφανοῦνται.). Quod nos viventes et morientes in Christi potestate totos esse censemus (v. 8.), id cum *Dei consilio congruit*, qui Christum idcirco necem occumbere et (post mortem) vivere jusserit, ut et vivorum et mortuorum dominus declararetur (v. 9.). νεκρῶν καὶ ζώντων] 54. 55. Goth. Vulg. ms. Clar. Germ. Iren. l. l. al. ζώντων καὶ νεκρῶν. *Bengelius* in Appar.: „*ex formulâ usitatiore.*" Transeo nunc ad loci interpretationem. Male *Olshausenus* verbo ἔζησεν vitam, quâ Christus *ante necem* gavisus est, dici putavit. Obstat enim verborum ordo ἀπέθανε καὶ ἔζη-

σεν. Hysterologia enim, ad quam provocatum est, a *Carpzovio* et *Reichio* locis Act. 13,12. 14,10. 19. inepte defensa, ratione destituta est. Adde, quod opinionis Olshausenianae veritas non ex eo consequitur, quod *ζῶντες* paullo post homines vocantur, qui in terrarum orbe vivant, priusquam eos mors absumserit. Denique loca Apoc. 2,8. 20,4. 5. *Olshausenum* errasse ostendunt. *Meyerus*, *Rueck*. al. *ἔζησεν vivere coepit* enarrarunt citato *Bernhardyo* Wissenschaftl. Synt. p. 382.). Equidem neminem novi, cui *ἔζησα vivere coepi* valuerit. Et si *ἔζησα* hanc vim habuisset, male eam in hunc locum transferres. Hic enim *vixisse* Christum interemptum, non eum *vivere coepisse* dicendum erat: cf. v. *ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ*. Sane Christi *in vitam reversi* vita *sempiterna* est. Itaque Paulus, si Christum vitae redditum *etiamnum vivere* enuntiare voluisset, *εἰς τοῦτο γὰρ Χριστὸς καὶ ἀπέθανε καὶ ζῇ, ἵνα* —. scribere debuisset (v. 2 Cor. 13,4. Rom. 6,10. Apoc. 1,18.). At nullâ temporis, per quod Christo in vitam restituto vita continuaretur, ratione habitâ Christum, postquam mortuus esset, *vitâ gavisum esse* aut *vitam habuisse* affirmasse contentus fuit: *εἰς τοῦτο γὰρ Χριστὸς καὶ ἀπέθανε καὶ [ἀποθανὼν] ἔζησεν, ἵνα* —. Cf. Apoc. 2,8. — *ὃς ἐγένετο νεκρὸς καὶ [νεκρὸς γενόμενος] ἔζησεν*. Apoc. 20,4. 5. — *καὶ ἔζησαν (αἱ ψυχαὶ τῶν πεπελεκισμένων διὰ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ) καὶ ἐβασίλευσαν μετὰ τοῦ Χριστοῦ τὰ χίλια ἔτη. Οἱ δὲ λοιποὶ τῶν νεκρῶν οὐκ ἔζησαν, ἄχρι τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη*. Vehementer autem ii errarunt, qui Paulum hoc dicere opinati sunt: *eo consilio* Christum mortuum esse et vixisse, ut et mortuorum et vivorum dominus *fieret* (*Reich*., *Rueck*., *dW*. al.). Mortem enim Christus oppetiit, *ut Deo morem gereret* (Philipp. 2,8.), revixit nullo quidem, quod ipse cepisset, consilio fretus, sed *per Dei majestatem* vitae redditus (Rom. 6,4.). Accedit, quod Christus neque morte suâ neque in vitam reditione mortuorum et vivorum Christianorum dominus exstitit, sed eo non solum piorum Christianorum, quos suo sibi sanguine redemisset Act. 20,28., verum etiam omnium et angelorum et hominum et manium dominus factus est, quod Deus eum, ut egregium summae obedientiae praemium reportaret, in coelum sublatum universo mundo praefecit (Phil. 2,9. sq.). Neque minus ii lapsi sunt, qui Pauli Christi mortem ad mortuos, vitam ad viventes revocantis distinctionem *in verbis* positam esse dixerunt, *rem attingere* negarunt (*Reich*., *Tholucc*. al.). Ita nimirum acutissimus Apostolus verba collocasset sensu destituta. Nollem illorum opinionem argute defendisset *Meyerus*. Qui non potuisse Christum mundo a Deo praefici, nisi

ex inferis in vitam restitutum Luc. 24,26. (hoc quidem nihil certius est) praefatus, Paulum non hoc dixisse: *exspirasse* Christum, ut *mortuis*, *vixisse*, ut *vivis* imperaret, sed hanc ejus mentem fuisse censuit: Christi *mortem cum vitâ*, quam mortuus recepisset, *conjunctam* eo valuisse, ut in *utrosque*, in mortuos pariter atque vivos, dominaretur. Cui *Meyeri* opinioni et Pauli verba obstant, et contexta oratio reclamat. Ut Paulus quod *Meyero* placuit enuntiaret his fere verbis opus fuisse patet: *εἰς τοῦτο γὰρ Χριστὸς καὶ ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ* (Rom. 8,34.), *ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ* (v. supra). Distinxit Apostolus viventes Christianos a morientibus eosque *sive* viverent, *sive* morerentur in Christi se potestate esse existimare monuit (v. 7. 8.). Quam sententiam ut confirmaret versum 9. adjecit. Itaque Christi mortem, mortui in mortuos, Christi vitam, vitâ gavisi in vivos imperium de Pauli sententiâ portendere longe certissimum est. Ne hunc Pauli locum secus intelligamus duo consideranda sunt: unum, Apostolum non de re loqui per Christi mortem et vitam *vere effectâ*, sed eum rem dicere per Christi mortem et vitam *divinitus declaratam*: alterum, Paulum hîc *aliquam symbolicam* mortis a Christo oppetitae ejusque in vitam reditionis vim explicare, non *dogmaticam* utriusque rei vim enucleare. Nempe *dogmatica interpretatio* certa est et stabilis, quoniam in eâ *rei necessitas* quaeritur; *symbolica* explanatio fluxa est et instabilis, quia imaginationem, non rationem, ducem sequuta res spectat, quae cogitatione comprehendi posse videantur. Christum mortem occubuisse, ut hominum peccata expiaret (Rom. 3,25.), a Deo in vitam revocatum esse, ut Messias divinitus declararetur (v. not. ad Rom. 4,25.) *dogmatum christianorum pervestigatori* certum est. At Paulus *symbolicâ* explicatione adjectâ eosdem clavos, qui Christi corpus cruci affixissent, *Mosis codicem* perfodisse, *ut aboleretur* nos animis nostris informare jussit Col. 2,14.. Sic h. l. dogmaticâ mortis a Christo oppetitae ejusque in vitam reditionis vi minime sublatâ Christum Dei mandatu mortuum esse, ut eum in mortuos dominari *intelligeremus*, vixisse divino consilio ex inferis reversum, ut vivorum dominus *declararetur* fingere nos Apostolus voluit. Quae interpretatio hâc sententiâ niti videtur, dominos ejusdem cum iis, in quos dominentur, sortis esse oportere. Quemadmodum archangeli angelis et homines hominibus imperant, ita Christum per mortem mortuorum, per vitam mortuo redditam vivorum dominum divinitus constitutum esse Paulo probabile visum est. Ita igitur Apostolus h. l. disputavit: — sive vivamus, sive

moriamur Christi arbitrio nos subjectos esse arbitramur (Dei institutis congruenter) v. 8.. Hoc *ipso* (cf. *καί* ante *ἀπέθανε*) enim consilio Christus (moderante Deo) mortuus et (post mortem) vitâ gavisus est, ut et mortuorum et vivorum dominus (divinitus) declararetur (v. 9.).

V. 10. Quae de pietate, quâ omnes Christiani Christum revereantur, vs. 6. — 9. dicta sunt hanc Paulo cogitationem injecerunt, esse Christianos homines inter se pares et arctissimo caritatis vinculo secum copulatos (expende v. *τὸν ἀδελφόν σου* vs. 10.). Tales homines alterum alterius judicem sedere nefas esse Apostolus ex eo intelligi ait, quod omnes Deum suum judicem habituri sint v. 10. — 12.. Verbis *σὺ δὲ* hominem Christo subditum Christo imperanti opponi (*Reich.*, *Meyerus*, *dW.* al. tu *contra*, qui Christo subjectus es, cur —?) verum non est propterea, quod huic opinioni et verba *τὸν ἀδελφόν σου* obstant et *τῷ βήματι τοῦ θεοῦ* refragatur, lectio haud dubie genuina. *σὺ δὲ τί κρίνεις τὸν ἀδελφόν σου;*] *tu autem* (*qui infirmus es*) *cur in judicium vocas fratrem tuum* (i. e. hominem pari tecum dignitate et quocum fidei, spei et caritatis vinclis conjunctus es 1 Cor. 13,13.; cf. *Theophyl.* et *Rueck.*) np. impietatis? Vide vs. 3.. *ἢ καὶ σὺ τί ἐξουθενεῖς τὸν ἀδελφόν σου;*] *aut etiam tu* (qui *provectior* es) *cur contemnis fratrem tuum* (scil. ut hominem superstitiosum)? Cf. v. 3. *τί κρίνεις τὸν ἀδελφόν σου*] D. E. F. G. 45. It. et Ambrosiaster addunt *ἐν τῷ μὴ ἐσθίειν* h. e. *quod abstinens sis.* — *τί ἐξουθενεῖς τὸν ἀδελφόν σου;*] Boern. et Ambrosiaster adjiciunt *in edendo* (*ἐν τῷ ἐσθίειν*) i. e. *quod non abstinens sis.* Sunt glossemata (v. *Erasmum.*). *Theophylactus* explicatione aliter conformatâ sic disseruit: *Σὺ ὁ μὴ ἐσθίων τί κρίνεις τὸν ἀδελφόν σου ἐσθίοντα ὡς λαίμαργον διὰ τὸ ἐσθίειν αὐτόν; καὶ σὺ ὁ ἐσθίων τί ἐξουθενεῖς τὸν ἀδελφόν σου ὡς ὀλιγόπιστον;* Inconsiderate *Rueckertus* Paulum verba *ἢ καὶ σὺ τί ἐξουθενεῖς τὸν ἀδελφόν σου; obiter* adjecisse dixit. Manifestum enim esse putavit, Apostolum hîc tantummodo cum abstinente Romano, qui non abstinentem in impietatis judicium adduceret, agere (cf. v. *πάντες γὰρ κτλ.* et v. 11.). Non cogitavit V. D., provectiores Romanos, qui imbecilliores spernerent, non minus eos *superstitionis* judicio arcessivisse, quam firmiores ab infirmioribus in *impietatis* judicium vocati sunt. Cf. v. 13. *μηκέτι οὖν ἀλλήλους κρίνωμεν.* Recte igitur Paulus utrosque ab judicandi libidine hoc argumento absterrere studuit, quod nemini non factorum suorum ratio *Deo* reddenda esset (v. 10. — 12.). Qui alterum judicio suo recte summittat, legitimus ejus judex sit necesse est. At *Deus* de omnibus Christianis judi-

cium exercebit. Quare qui alterum judicat non solum improbe facit, quoniam in Dei jura invadit, sed etiam stulte, quod homo male sedulus aliena curat suarum rerum oblitus, cui non minus sibi quam alteri factorum rationes Deo reddendas esse ex memoriâ excesserit. Nam suum quisque onus in Dei judicio constitutus bajulabit Gal. 6,5.. *) *πάντες γὰρ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ*] *Grotius*: „Tribunal Christo ut judici attribuitur et 2 Cor. 5,10. et *stare* solent quorum causa tractatur [Matth. 25,33. Act. 26,6.]. Solent autem res divinae ad humanorum modum explicari." *τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ*] Hanc Elsevirii lectionem, quam *Matthaeius* et *Knappius* retinuerunt, *Meyerus*, *dW.* aliique defenderunt, habet Syrus, non item, ut arbitror, Polycarpus epist. ad Philipp. c. 6.. Nam is orationem suam ex h. l. et 2 Cor. 5,10. composuit: — *ἀπέναντι γὰρ τῶν τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ ἐσμεν ὀφθαλμῶν, καὶ πάντας δεῖ παραστῆναι τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ* (haec ex 2 Cor. 5,10. petita sunt, nisi quod Polycarpus nostri loci memor *παραστῆναι* pro *φανερωθῆναι* scripsit), *καὶ ἕκαστον ὑπὲρ ἑαυτοῦ λόγον δοῦναι*. (his verbis Polycarpus locum Rom. 14,12. expressit ibique *δώσει*, non *ἀποδώσει* legit.). Puto Polycarpum Rom. 14,10. *τῷ βήματι τοῦ θεοῦ* in suo codice invenisse neque eum alio consilio *ἀπέναντι γὰρ τῶν τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ ἐσμεν ὀφθαλμῶν* scripsisse, nisi ut et nostrum locum, in quo esset *τῷ βήματι τοῦ θεοῦ* et 2 Cor. 5,10., ubi *ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ* inveniretur, complecteretur. *τῷ βήματι τοῦ θεοῦ* habent A. C. D. E. F. G. 47. in marg. *Origenes* **),

---

*) *Tholuccius* ad hunc l.: „Natürlich (!) will hier Paulus eben so wenig als der Herr selbst Matth. 7,1. jedwedes Richten ausschließen, sondern nur die Freude am Richten, also das unbefugte u. hochmüthige."(!!) Nempe *Hengstenbergius*, *Tholuccius* aliique tenebriones pios, doctos et veri amantes Theologos inviti nullâque vel arrogantiâ, vel superbiâ, vel lucri cupiditate moti impietatis insimulant. Itaque Christi et Pauli praeceptis obedientes viros bonos et praeclare meritos infamant! (v. not. ad v. 4.). O scelus, o pestis, o labes!

**) Falsa *Griesbachii* observatio: *τοῦ θεοῦ* — Rufinus diserte, *non Origenes.*" multos viros doctos in errorem induxit. In commentariis ad h. l. quod tribunal 2 Cor. 5,10. Christi esse dicatur, id h. l. *Deo* tribui identidem praefatus, unum idemque tribunal et Christi et Dei recte vocari Origenes ex Joh. 16,15. et 17,10. docere studuit. Hanc disputationem temere pro Rufini interpolatione haberi vidit *Rueckertus*. Restat alter Origenis locus De oratione I, p. 253. sq., ubi Origenes nostrum locum cum 2 Cor. 5,10. more suo conflavit: — *αὗται δὲ αἱ παράνομοι ἐνέργειαι ἐν τῷ ἡγεμονικῷ τυπούμεναι τὸ καθ᾽ ἡμῶν γίνονται χειρόγραφον, ἀφ᾽ οὗ δικασθησόμεθα δίκην βίβλων τῶν ὑπὸ πάντων, ἵν᾽ οὕτως εἴπω, κεχειρο-*

Damasc. II, p. 52. It., Harl., Tol., Marian., Vulg. ms., *Augustinus* alicubi (alibi reddidit τοῦ κυρίου, v. *Sabatierium*), *Fulgent.*, *Oros.*, *Primas.*, *Sedul.*, *Pacian.*, *Beda* (non *Ambrosiaster*, ut *Griesbachio* visum est; nam Ambrosiastrum τοῦ Χριστοῦ, quod nunc in ejus textu est, legisse docet commentarius). Scripturam — τῷ βήματι τοῦ θεοῦ, *Millio* Proleg. §. 1432., *Griesbachio*, *Reichio*, *Rueckerto* aliisque probatam textis intulit *Lachmannus*. Rectissime. Quum *Deus* judicium de hominum genere *per Christum* habiturus sit (Act. 17,31.), tribunal, ad quod nos morum rationes reddituros assistere aliquando oporteat, et *Christi* (2 Cor. 5,10.) et *Dei* (Rom. 2,5.) per se vocari posse intelligo (v. not. ad 2,16.). At h. l., quo Paulus coram ejus ipsius, qui vs. 10. commemoratus est, non alius, tribunali nobis standum fore ex Jes. 45,23. ubi *Deus* omnium hominum judex declaratus sit, ostenderit (v. 11.) atque inde suae quemque vitae rationem apud *Deum* redditurum esse apparere monuerit (v. 12.), Apostolum πάντες γὰρ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ θεοῦ vs. 10. exarasse *logicae* rationes evincunt. Paulum loco Jesajae (v. 11.) motum versu 12. *Deum* quam Christum judicem nostrum facere maluisse, librarios autem versum 11. et 12. contuitos versu 10. τοῦ θεοῦ pro τοῦ Χριστοῦ scripsisse male contenditur (v. *dW.* et *Meyerum*). Nam Apostolus v. vs. 10. πάντες γὰρ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ θεοῦ sacrâ voce vs. 11. *firmare* statuerat (cf. v. 11. γέγραπται γάρ·) et hoc fuit veterum Christianorum ingenium, ut textus recepti perversitate etiam laetarentur, eâ divinam Christi majestatem stabiliri opinati. Posuerunt scribae v. 10. τοῦ Χριστοῦ partim antecedentium versuum 6. — 9., in quibus de *Christo* exponitur, partim loci 2 Cor. 5,10., ubi τὸ βῆμα τοῦ Χριστοῦ memoratur, invitatu. Nam nostrum locum cum l. 2 Cor. 5, 10. permultos antiquitus contulisse constat (cf. v. c. Polycarpum l. c., Orig. I, p. 254. et in comment. ad h. l.). Qui perversitatem sensissent (paucissimi autem senserunt), quocunque modo eam removere studuerunt. Deleverunt enim τῷ θεῷ vs. 11. et 12.. Fuerunt etiam, qui vs. 11. τῷ κυρίῳ pro τῷ θεῷ frustra ponerent. Nam verba praecedentia vs. 11. λέγει κύριος ad *Deum* spectant. Plerique autem

---

γεγραμμένων, προαχθησόμενον ὅτι πάντες παραστησόμεθα τῷ βήματι (Rom. 14,10.) τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος, πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν εἴτε φαῦλον (2 Cor. 5,10.). Exceptis primis verbis πάντες παραστησόμεθα τῷ βήματι, quae ex nostro loco petita sunt, Origenes omnia ex 2 Cor. 5, 10. hausit. Legit igitur Origenes Rom. 14,10. τῷ βήματι τοῦ θεοῦ.

insulsâ scripturâ vs. 10. *τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ* adeo gavisi sunt, ut eâ probatâ et versu 10. cum vs. 11. 12. et aliis codicis sacri locis collato hunc locum divinam Christi dignitatem clarissime ostendere sibi persuaderent (cf. v. c. *Cyrillum* V, d. 59., *Theodoretum*, *Oecum.* et *Ambrosiastrum.*).

V. 11. Nexus: omnes ad *Dei* tribunal assistemus (v. 10.). Nam omnes Christianos se judicem honoraturos et celebraturos esse Deus sanctissime Jes. 45, 23. asseveravit (v. 11.). Ibi Jehovah, quem propheta loquentem inducit, fore, ut omnes homines (h. e. non solum Judaei, verum etiam barbari) se Deum colant et revereantur his verbis affirmat: בִּי נִשְׁבַּעְתִּי יָצָא מִפִּי צְדָקָה דָּבָר וְלֹא יָשׁוּב כִּי־לִי תִּכְרַע כָּל־בֶּרֶךְ תִּשָּׁבַע כָּל־לָשׁוֹן: h. e. *per me juro: exit ex ore meo in quâ veritas est vox* (es kommt aus meinem Munde als Wahrheit ein Wort; non recte S. V. *Hitzigius*: — Wahrheit kommt aus meinem Munde, ein Wort, das nicht zurückgeht —) *neque revertetur* (revocabitur): *futurum esse ut, mihi ut honos habeatur, omnia genua flectantur et omnes linguae jurent* (scil. בִּי, *per me* i. q. et omnes homines mihi ut Deo cultum tribuant). Sed Paulus, qui hunc l. nonnullâ libertate sibi sumtâ ex versione LXX attulit, omnes *Christianos* Deum *ut judicem* et adoraturos et celebraturos esse ibi portendi putavit. Scilicet צְדָקָה *justitiam* explicuerat et דָּבָר ad *judicis sententiam* rettulerat (exit ex ore meo *quae jus constituat sententia*), sive potius translationi LXX *ἦ μην ἐξελεύσεται ἐκ τοῦ στόματός μου δικαιοσύνη, οἱ λόγοι μου οὐκ ἀποστραφήσονται* hanc sententiam subjecerat: fundet os meum *justitiam*, *sententiae*, quas *judex* feram, non revocabuntur. Nunc de singulis verbis disputandum est. Pro *κατ' ἐμαυτοῦ ὀμνύω* LXX, hebr. בִּי נִשְׁבַּעְתִּי, Apostolus formulam collocavit, quâ Deus uti solet quum per se jurat, *ζῶ ἐγώ*, hebr. חַי אָנִי (Num. 14, 21. 28.). Verba *λέγει κύριος*, hebr. נְאֻם יְהוָֹה, Paulus de suo adjecit, ut *Dei* verba a propheta referri lectores scirent (v. not. ad 12, 19.). Tum neglectis verbis *ἦ μὴν ἐξελεύσεται ἐκ τοῦ στόματός μου δικαιοσύνη, οἱ λόγοι μου οὐκ ἀποστραφήσονται* haec vocabula adjecit: *ὅτι ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ*. Ὅτι a notione formulae *ζῶ ἐγώ* subjecta (*per vitam meam confirmo*) pendet: per vitam meam, inquit Jehova, assevero, *fore*, ut mihi (judici) omnia (Christianorum, cf. v. 10. et 12.) genua se flectant. Cf. not. ad 9, 2. II, p. 242. sq. et LXX 1 Sam. 14, 44. *τάδε ποιήσαι μοι ὁ θεὸς καὶ τάδε προςθείη, ὅτι θανάτῳ ἀποθανῇ σήμερον.* 2 Paral. 18, 13. *ζῇ κύριος, ὅτι ὃ ἐὰν εἴπῃ ὁ θεὸς πρός με, αὐτὸ λαλήσω.* Adde 2 Cor. 1, 18. et Judith. 12, 4. Male Vulg. *ὅτι* vertit *quoniam*. Neque *Meyerus* hoc *ὅτι* percepit, directae orationis

indicem esse arbitratus. *ὅτι*] *εἰ μὴ* F. G. (Boern. *utrûque* lectione temere expressâ *nisi quoniam* h. e. *εἰ μὴ ὅτι*) i. e. per vitam meam, inquit Deus, confirmo: *ni* mihi omnia genua flectentur etc. (scil. non ego dicar Deus). LXX Num. 14, 28. *ζῶ ἐγώ, λέγει κύριος, εἰ μὴ ὃν τρόπον λελαλήκατε εἰς τὰ ὦτά μου, οὕτως ποιήσω ὑμῖν.* Cf. Conject. mea I, p. 32., De conformatione N. T. criticâ, quam Lachmannus edidit, comment. meam I, p. 27. et *Wineri* gr. p. 467.. Est *εἰ μὴ* glossema, fortasse ex LXX Jes. 45, 23. repetitum, ubi nonnulli codices *εἰ μὴ* (pro *ἦ μὴν*) *ἐξελεύσεται κτλ.* habent. *πᾶν γόνυ*] 38. 72. et pauci alii addunt *ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων,* ex Philipp. 2, 10.. Recte ultima verba תִּשָּׁבַע כָּל־לָשׁוֹן in ed. Rom. LXX sic translata sunt: *καὶ ὀμεῖται πᾶσα γλῶσσα τὸν θεόν.* Sed Paulus codicem alexandrinum *καὶ ἐξομολογήσεται πᾶσα γλῶσσα τῷ θεῷ* sequutus *καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται τῷ θεῷ* (et [fore, ut] omnes (Christianorum) linguae laudent Deum, ut judicem suum) scripsit. Nego enim codicem alexandrinum ex hoc Pauli loco depravatum esse (*Reich.*, *Meyerus.*). Nam Apostolum in suo Jesajae codice *ἐξομολογήσεται* invenisse, ex Phil. 2, 11. apparet, ubi orationem suam ad eundem Jesajae locum conformans — *καὶ (ἵνα) πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται, ὅτι κτλ.* dixerit. Noli autem credere, interpretem graecum, cujus vestigiis Paulus ingressus est, verbis *ἐξομολογήσεται πᾶσα γλῶσσα τῷ θεῷ* verba hebraica תִּשָּׁבַע כָּל־לָשׁוֹן paullo liberius vertisse! Imo תְּשַׁבַּח transtulit, quod in codice pro תִּשָּׁבַע exaratum invenisset. *Reichius* plaudente *Rueckerto*, *Chrysostomi* aliorumque interpretationem revocavit: et (fore, ut) unaquaeque lingua confiteatur Deo, scil. *commissa peccata.* Chrysostomus: — *Οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπε, προσκυνήσει ἕκαστος, ἀλλὰ καὶ ἐξομολογήσεται, τουτέστιν εὐθύνας δώσει τῶν πεπραγμένων.* *Theophylactus*: — *καὶ πᾶσα γλῶσσα — ἐξομολογήσεται, ἀντὶ τοῦ λόγους δώσει τῶν πεπραγμένων.* Planissime *Oecumenius*: — *καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται τὰς οἰκείας ἁμαρτίας ἐξ αὐτοῦ τοῦ συνειδότος ἅτε κριτῇ.* Deesse Accusativum *τὰς ἁμαρτίας* (Matth. 3, 6. Jac. 5, 16. Joseph. A. J. 8, 4, 6.) his interpretibus recte obtendas, minus recte illud objicias, significare *ἐξομολογεῖσθαι* sequente Dativo personae sacris scriptoribus *alicui confessionem facere ipsi honorificam* h. e. *aliquem celebrare* (Matth. 11, 25. Rom. 15, 9., v. *Vorstium* de hebraismis N. T. p. 172. sq. et *Schleusneri* Lex. in LXX. II. p. 411. sq.). Quod quamquam verissimum est, nihil tamen impedit, quominus *καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται τῷ θεῷ* absolute posi-

tum esse credamus h. m.: et (fore, ut) unaquaeque lingua *confessionem faciat* (ut nemo non videt *peccatorum*) Deo. Nihilo minus ego quoque vulgatam explicationem (et fore ut quaevis lingua *celebret Deum*, ut judicem) probo. Nam praeterquam quod sacrorum scriptorum usui loquendi consentanea est et sententiam fundit cum eâ, quae praecedit, congruentem egregie rem comprobat divino oraculo hîc confirmandam (v. supra). Fortasse etiam ex Phil. 2, 11. aliquod hujus interpretationis firmamentum jure repetas. Ubi quamquam Paulus Jesajae verba in suam rem convertit ideoque *ἐξομολογεῖσθαι fatendi* significatu posuit, tamen in Jesaja ἐξομολογεῖσθαι pollere *laudare* indicasse videtur. Dixit enim — *καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται, ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστός, εἰς δόξαν θεοῦ πατρός. πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται*] B. D. E. F. G. Goth. It. Ruf. Ambrosiast. Sedul. *ἐξομολογήσεται πᾶσα γλῶσσα*, quod *Lachmannus* male recepit. Est enim ex codice alexandrino LXX. Jes. 45, 23. a librariis haustum. Paulus autem, qui Jesajae locum non syllabatim ex LXX transscripsit verba sic ordinaverat: — *πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται. τῷ θεῷ*] om. D. E. (qui vs. 10. *τοῦ θεοῦ* praebuerunt) et Ephr. | *τῷ κυρίῳ* 47. (qui vs. 10. *τοῦ θεοῦ* habuit) et Syrus post. | *ἐμοὶ* exprimit Syrus ante *πᾶσα γλῶσσα* collocatum. Sunt lectiones nullius momenti. *Τῷ θεῷ* post *κύριος* et *ἐμοί* inconcinnum videbatur. Itaque alii deleverunt, alii verbis *λέγει κύριος* moti *τῷ κυρίῳ* posuerunt, alii denique vocem *ἐμοί*, quae praecedit, contuiti *ἐμοί* scripserunt. Praeterea unus et alter *τῷ θεῷ* amovit, quod *τῷ θεῷ* cum *τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ* v. 10. non consistere intellexisset.

V. 12. Nunc Paulus sententiam affert, quae ex Dei voce (v. 12.) consequatur: itaque ergo (quum nos omnes Deum ut judicem nostrum culturi et praedicaturi simus v. 12.) quilibet nostrûm (Christianorum) *de suâ vitâ* rationem dabit Deo. *) Sententiae pondus in verbis *περὶ ἑαυ-*

---

*) Cum Paulo, qui Deum aut Christum 2 Cor. 5, 10. de omnibus Christianis judicium olim exerciturum esse censuit, Johannes dissensit, qui Messiae judicio non nisi ad improbos homines relato probos et qui fidem habuissent homines *injudicatos* sempiternae vitae participes futuros esse Jesum docentem induxit 3, 18. 5, 24. 29.. *Olshausenus* dissidentibus pacem hâc observatiunculâ obtrudere conatus est, judicis sententiam Christi pios homines Messiae judicio liberantis vocem existimandam esse! *Tholuccius* autem Paulum Rom. 8, 33. 34. Deum aut Christum homines christianos aliquanco judicaturum esse negavisse temere opinatus (!) Apostolum recte Christianos Messiae judicio nunc subjicere nunc eo eximere hâc profundâ, h. e. absurdâ, disputatione efficere studuit: „Wir glauben sagen zu müssen, daß der jenseitige Zustand der Gläubigen in Pro-

τοῦ situm esse vidit *Meyerus*. Ex eo enim quod Deus *de nobis omnibus* judicium facturus est (vs. 12.), stultum et male sedulum eum esse apparet, qui, ut nemo non Christianorum, suae vitae rationem Deo redditurus de Christianorum moribus judicium exercere audeat. Variantes lectiones nihili sunt. ἄρα οὖν] Delevit οὖν *Lachmannus* B. D.* F. G. 67.** (It. Vulg. *itaque*) auctoritate fretus. At voculis ἄρα οὖν Paulus delectatur, v. not. ad 5, 18.. λόγον δώσει] *Lachmannus* ex B. D.* F. G. 39. ap. Mill. et Chrysostomo λόγον ἀποδώσει edidit. Cf. Act. 19, 40. varr. lectt.. Qui ἀποδώσει scripserunt formulam vulgarem (Luc. 16, 2. Hebr. 13, 17. 1 Petr. 4, 5. Dan. 6, 2.) in dictionis minus frequentatae locum oscitanter substituerunt. Xenoph. Cyrop. 1, 4, 3. — ὅτι ἠναγκάζετο [ὁ Κῦρος] ὑπὸ τοῦ διδασκάλου καὶ διδόναι λόγον ὧν ἐποίει καὶ λαμβάνειν παρ' ἄλλων, ὁπότε δικάζοι. Herodot. 1, 34. ἑωυτῷ λόγον ἔδωκε. Demosthenes p. 840. v. 20. λόγον ἑαυτῷ δέδωκε, ubi v. *Reiskium*. τῷ θεῷ] om. B. F. G. 54. 67.** Boern. Cypr. Aug. bis. *Lachmannus* [τῷ θεῷ].

V. 13. Officium Apostolus Romanis commendat e vs. 12. collectum: *ne igitur* (quum unusquisque nostrûm de suâ vitâ rationem daturus sit Deo, v. vs. 12. cl. vs. 10. et 11.) *diutius alteri alterorum* (firmi infirmorum et infirmi firmorum) *judices sedeamus*. Et firmi et infirmi Romani inter se sententias tulerant: illi hos superstitionis judicio arcessitos spreverant, hi illis in suum judicium vocatis impiam levitatem objecerant (vs. 3. et 10.). Neutrum neutris diutius faciendum esse Paulus monet, quum se homines esse a Deo, omnium Christianorum judice, olim judicandos, non aliorum Christianorum judices divinitus constitutos meminerint. Tum oratione in firmos Romanos conversâ *imo hoc potius*, inquit, *vobis judicatum sit, nullam homini, qui fratris loco vobis colendus sit, offensionem facere*. Scilicet et numero plures Romae fuisse videntur firmi, quam infirmi, et minus nocere potuit infirmorum superstitio firmis, quam firmorum imprudentia et nimia

---

portion stehen wird zu derjenigen Stufe der Vollendung u. Treue, zu der sie hier durchgedrungen ist, welches freilich nur auf relative Seligkeit führt; daß aber schließlich in ihnen (!) Christus alles durchdringen, und damit die absolute Seligkeit eintreten werde, sagt 1 Cor. 15, 28." Primo P. hoc non dixit 1 Cor. 15, 28.. Deinde absoluta eademque sempiterna beatitas peracto messiano judicio statim iis tribuetur, quos judex absolverit Matth. 25, 46. Rom. 2, 7. 2 Cor. 5, 10. Gal. 6, 8.. Denique etiamsi vera essent quae *Tholuccius* commentus est, tamen nodum non expedirent inscite a *Tholuccio* nexum.

libertas infirmis. *κρίνωμεν* — *κρίνατε*] **Antanaclasis.** Priore loco *κρίνειν judicis sententiam ferre*, posteriore *apud animum suum constituere* (1 Cor. 2,2. 2 Cor. 2,1.) declarat. *Τοῦτο* his v., quae Substantivi notionem continent, exponitur: *τὸ μὴ τιθέναι πρόςκομμα τῷ ἀδελφῷ ἢ σκάνδαλον.* Cf. 2 Cor. 2,1. *Ἔκρινα δὲ ἐμαυτῷ τοῦτο, τὸ μὴ πάλιν ἐν λύπῃ πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν.* et *Kuehneri* Gr. II, p. 330.. *Τὸ πρόςκομμα* proprie *id, cui pedem impingas, viae impedimentum*, metaphorice *id quod animum offendat aut laedat*, *animi offensionem* notat (cf. II, 361. sq.). *Τὸ σκάνδαλον*, quemadmodum *ἡ σκανδάλη* (Alciphr. ep. 3,22. init.) et *τὸ σκανδάληθρον*, proprie *mobile decipulae tigillum* significat. Hoc pestem per dolum machinatur. Quamobrem *σκάνδαλον perniciem minitans tendicula* (מוֹקֵשׁ Jos. 23,13.) s. *muscipula* dicitur (Rom. 11,9.). Potest decipula viae impedimentum censeri. Hinc *σκάνδαλον quod in viâ retardat*, *offendiculum* valet (מִכְשׁוֹל Levit. 19,14. Judith. 5, 1.). Postremo decipula res videatur, in quâ offendas. Quocirca *σκάνδαλον* ad *mentem* traductum *id quod animum offendit* vel *laedit* designat (1 Cor. 1,23. Gal. 5,11. al.). Quae quum ita sint, *τὸ πρόςκομμα* et *τὸ σκάνδαλον*, si utriusque vocabuli usum *metaphoricum* spectaveris, *notione* minime differunt (utrumque enim *animi offensionem* denotat), neque quidquam video discriminis, nisi quod, *nostris* quidem scriptoribus, *σκανδαλίζειν* et *τὸ σκάνδαλον sollemnia* et *technica* verba sunt, quibus *offendendi* et *offensionis* cogitationes exprimant. *Τιθέναι* Paulus posuit in obstaculi, quod te in viâ remoretur, notionem, quâ v. *τὸ πρόςκομμα* et *τὸ σκάνδαλον* pollent, contuitus. Cf. Levit. 19,14. — *ἀπέναντι τυφλοῦ οὐ προθήσεις σκάνδαλον.* Judith. 5,1. — *καὶ ἔθηκαν ἐν τοῖς πεδίοις σκάνδαλα.* Apoc. 2,14. — *βαλεῖν σκάνδαλα ἐνώπιον τῶν υἱῶν Ἰσραήλ.* Neque voculâ *ἤ*, neque hâc verbositate *πρόςκομμα ἢ σκάνδαλον* recte offendaris. Graecos in negativis sententiis *ἤ*, Romanos *aut*, in affirmativis illos *καί*, hos *et* usurpare jam aliquoties monuimus. *) Hoc igitur P. dixit: imo hoc

*) Non recte *Winerus* gr. p. 414. Luc. 18,11. Rom. 2,15. et 2 Cor. 1,13. *ἢ* — *ἢ καί*, quemadmodum in Xenophontis Cyrop. 3,1,11., *aut* — *aut etiam* notare dixit. Nam Luc. 18,11. et Rom. 2,15. *ἢ* — *ἢ καί* frustra quaeras. In tertio autem loco 2 Cor. 1,13. *Οὐ γὰρ ἄλλα γράφομεν ὑμῖν, ἀλλ' ἢ ἃ ἀναγινώσκετε ἢ καὶ ἐπιγινώσκετε* non sibi respondent *ἢ* et *ἢ καί* (neque enim P. scripsit *ἀλλ' ἃ ἢ ἀναγινώσκετε ἢ καὶ ἐπιγινώσκετε*), sed *ἀλλ' ἢ praeterquam* declarat. 1 Cor. 11,27. *Ὥστε ὃς ἂν ἐσθίῃ τὸν ἄρτον ἢ πίνῃ τὸ ποτήριον τοῦ κυρίου ἀναξίως, ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος καὶ τοῦ*

vobis judicatum sit potius, nullum offendiculum fratri collocare, *aut* (ut *technicâ* voce utar) *scandalum*. Cf. v. 21. Act. 1,7. οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιρούς. Act. 10,14. — ὅτι οὐδέποτε ἔφαγον πᾶν κοινὸν ἢ (*aut*, ut vocem addam in vulgus notam) ἀκάθαρτον. Act. 11,8.. — Nonnullis πρόςκομμα ἢ σκάνδαλον nimis verbosum visum esse antiquitus e variantibus lectionibus cognoscitur. B. — τὸ μὴ τιθέναι τῷ ἀδελφῷ σκάνδαλον. Mt. d. k. al. — τὸ μὴ τιθέναι πρόςκομμα τῷ ἀδελφῷ εἰς σκάνδαλον. *Zachar. Pierce* a *Wolfio* citatus ἢ σκάνδαλον glossema esse putavit Syri auctoritate confisus, qui eâ quam sibi saepe sumsit licentiâ usus ἢ σκάνδαλον non expressit. Inania vocabulorum τὸ πρόςκομμα et τὸ σκάνδαλον discrimina sunt, quae interpretes excogitarunt. *Theophylactus* πρόςκομμα offensionem firmi superstitionis increpatione infirmo factam, σκάνδαλον offensiunculam infirmi per malam relligionem firmo creatam dici sibi persuasit. *Theophylactus*: — καὶ μήτε σὺ ὁ ἐσθίων πάντα πρόςκομμα τίθει τῷ ἀτελεῖ ὡς σφοδρῶς ἐπιπλήσσων, μήτε σὺ ὁ μὴ ἐσθίων πάντα σκάνδαλον τίθει τῷ ἀδελφῷ ὡς παρατηρούμενος. . Ἀμφοτέροις γὰρ τοῖς προςώποις ἁρμόζει ταῦτα ἀνὰ μέρος, τό τε πρόςκομμα καὶ τὸ σκάνδαλον. At Paulus verbis ἀλλὰ τοῦτο κρίνατε μᾶλλον κτλ. *firmos* Romanos compellavit. *Grotius* σκάνδαλον gravius quam πρόςκομμα vocabulum esse opinatus πρόςκομμα *occasionem non accedendi ad Christianismum*, σκάνδαλον *occasionem ab eo recedendi* explicuit. Contra *Tholuccius* πρόςκομμα *quod faciat ut labaris* (pecces), σκάνδαλον *quod animum laedat* valere finxit.

V. 14. Ut causam exponat, quâ motus firmos Romanos infirmorum animos offendere vetuerit (v. 13.), haec monet Apostolus: nulli sane cibi *naturâ* immundi sunt; quare non peccat qui omnibus promiscue cibis vescitur. At qui nonnullos cibos impuros esse *putat*, eum sane polluunt, quoniam suam quemque mentis sententiam sequi decet. Oportet igitur te fraterno amore adductum a cibis abstinere, quos immundos esse infirmus Christianus opinetur, ne eum

---

αἵματος τοῦ κύριου. formula ἐσθίειν τὸν ἄρτον ἢ πίνειν τὸ ποτήριον τοῦ κυρίου ἀναξίως in se spectata aptam sane sententiam fundit (cf. not. ad Marc. p. 277. et *Wineri* gr. p. 413.). Sed Paulo ex antiquissimis subsidiis καὶ πίνῃ reddendum esse proxima verba docent ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου (cf. etiam v. 26. 28. 29.). Si P. ἢ πίνῃ exarasset, ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος ἢ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου ponere debuisset. Librarios ἤ et καί saepe confundere constat (v. Act. 10,14. varr. lectt., *F. V. Fritzsche* Quaest. Luc. p. 203. et *Schaefer*. ad Gregor. Corinth. p. 384..

laedas laesumque ut quod nefas esse judicaverit et ipse faciat tuo exemplo impellas (v. 14. et 15.). *οἶδα καὶ πέπεισμαι*] *notum est mihi et persuasum.* Non est haec inanis abundantia verborum. Possumus enim res scire, quarum veritatem addubitemus et de quâ nobis persuadere frustra conemur. *οἶδα καὶ πέπεισμαι ἐν κυρίῳ Ἰησοῦ*] *scio et persuasum habeo ut homo intime cum Jesu junctus, ut homo christianus* (v. II, p. 82. sqq.). Scilicet homines a Christi disciplinâ alieni nullos cibos naturâ impuros esse partim nesciunt, partim superstitione praepediti veram sententiam firmo animi judicio complecti nequeunt. At Christianis illud et notum et persuasum esse par est (Matth. 15, 11. 1 Tim. 4, 4. Act. 10, 15.). Male *Chrysost.*, *Theodoretus*, *Theophylactus*, *Oecumenius* et schol. Matth. *ἐν κυρίῳ Ἰησοῦ per dominum Jesum* i. e. *ab Jesu edoctus et certior factus* explicuerunt, Paulum ut Christi auctoritate eos refelleret, qui eum Mosis disciplinam oppugnare aegre ferre possent, ad Christum provocasse opinati. *Chrysostomus*: *Εἶτα ἵνα μὴ λέγῃ τις τῶν οὐ πιστῶν, καὶ τί πρὸς ἡμᾶς, εἰ σὺ πέπεισαι; οὐδὲ γὰρ ἀξιόπιστος εἶ ἀντικαταστῆναι νόμῳ τοσούτῳ καὶ χρησμοῖς ἄνωθεν κατενεχθεῖσιν, ἐπάγει ἐν κυρίῳ τουτέστιν ἐκεῖθεν μαθὼν καὶ παρ' αὐτοῦ πληροφορηθείς. Οὐκ ἄρα ἀνθρωπίνης διανοίας ἡ ψῆφος.* *Grotius*: „*per Christum*, qui mihi hoc apertius quam aliis revelavit." Hunc *Tholuccius* nuper sequutus est. Pejus etiam *Kopp.*, *Morus* aliique *per Christi doctrinam* enarrarunt. *οὐδέν*] nihil eorum, de quibus h. l. disputatur, h. e. *nullum cibum*. *δι' ἑαυτοῦ*] *Elsevir.* ex C. Joh. Damasc. II, p. 53., *Theophylacto* et aliis. | A. B. F. G. ΔΙ ΑΥΤΟΥ. | *δι' αὐτοῦ* 47. al. (It. Vulg. August. Ambrosiaster, Pelagius al. *per ipsum* h. e. *δι' αὐτοῦ*), quod plerique ad Christum, nonnulli ad Deum referunt. Schol. 47. in marg. et Severianus apud Oecumenium: *δι' αὐτοῦ, τουτέστι τοῦ θεοῦ.* Schol. a. Matth. *δι' αὐτοῦ*] *ἤτοι τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, ὡς τὰς νομικὰς παρατηρήσεις παύσαντος, ἢ δι' ἑαυτοῦ, τουτέστιν οὐδὲν αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ ἀκάθαρτον, ἀλλὰ τῇ φύσει πάντα καθαρά.* Ambrosiaster *per ipsum* exponit „*salvatoris beneficio*," qui nimirum Mosis lege antiquatâ homines in pristinam libertatem restituerit. Joh. Damascenus libere hunc l. citans II, p. 398. — *ὅτι οὐδὲν κοινὸν παρ' αὐτοῦ* (imo *παρ' αὐτό*, cf. Orig. III, 499.a et *Bernhardyi* Wissensch. Synt. p. 258.), *εἰ μὴ τῷ λογιζομένῳ τι κοινὸν εἶναι.* *Matthaeius* ed. *min.*: „— Graecos autem aliquos *δι' αὐτοῦ* interpretari potuisse vel *διὰ τὴν εὐαγγελικὴν αὐτοῦ (Χριστοῦ) νομοθεσίαν*, vel *τουτέστι τοῦ θεοῦ*, id sane miror." Non vidit Theodoretum et qui hunc sequuti

sunt lectionem δι' αὐτόν explanasse. *Theodoretus*: — Ἵνα γὰρ μὴ λέγωσι· σὺ τίς ὢν ἀντινομοθετεῖς Μωϋσῇ; τὸν Μωϋσέως δεσπότην εἰς μέσον παρήγαγε, διδάσκων, ὡς αὐτὸς τὰς νομικὰς παρατηρήσεις ἔπαυσε καὶ οὐδὲν εἴασε νομίζειν ἀκάθαρτον ἔδεσμα. Τὸ γὰρ δι' αὐτοῦ (imo αὐτὸν), τουτέστι διὰ τὴν εὐαγγελικὴν αὐτοῦ νομοθεσίαν. Αὐτὸς γὰρ καὶ πρὸς τὸν μακάριον ἔφη Πέτρον· ἃ ὁ θεὸς ἐκαθάρισε σὺ μὴ κοίνου (Act. 10,15.). Schol. a. Matth.: Ἄλλως· οὐδὲν ἀκάθαρτον διὰ τὴν τοῦ κυρίου πρόσταξιν, quae v. ad δι' αὐτοῦ [αὐτὸν] pertinentia male ad ἐν κυρίῳ Ἰησοῦ relata sunt. Inepte sane ii fecerunt, qui δι' αὐτοῦ, τουτέστι τοῦ θεοῦ enarrarunt, sed eos hunc locum cum 1 Tim. 4,3. 4. conciliandi studio insanivisse patet. *Matthaeius* ed. min. et *Lachmannus* δι' αὐτοῦ, *Griesbachius* et *Knappius* δι' αὑτοῦ dederunt. Horum vera ratio est. Nam formam δι' αὑτοῦ variantes lectiones δι' αὐτοῦ et δι' αὐτὸν stabiliunt. Opus autem esse Pronomine *reflexivo* manifestum est. Quippe *rei natura* Christianorum *opinioni* (εἰ μὴ τῷ λογιζομένῳ τι κοινὸν εἶναι, ἐκείνῳ κοινόν) opponitur. Non magis autem δι' αὑτοῦ *per se*, *naturâ* significare potest, quam graece αὐτὸ κατ' αὐτό pro αὐτὸ καθ' αὑτό recte dicitur (v. *Stallbaum*. ad Plat. Philebum p. 162.). *Chrysostomus*: τῇ φύσει, φησὶν, οὐδὲν ἀκάθαρτον, ἀλλ' ἀπὸ τῆς προαιρέσεως γίνεται τοῦ μετιόντος. Et nullum cibum *naturâ* impurum esse et Christus dixit Matth. 15,11. et Paulus infra v. 20. πάντα μὲν καθαρά [1 Tim. 4,4.]. Si Paulus nullum cibum impurum esse *Christum* docuisse enuntiare voluerat, perspicuis verbis id dicere debuerat, v. c. his: οἶδα καὶ πέπεισμαι ἐν κυρίῳ Ἰησοῦ, ὅτι οὐδὲν ἀκάθαρτον τῷ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ sive his: παρελάβομεν παρὰ (s. ἀπὸ 1 Cor. 11,23. 1 Joh. 1,5.) κυρίου Ἰησοῦ, ὅτι οὐδὲν ἀκάθαρτον (1 Cor. 11,23. 15,3. Gal. 1,12.). Verba — ὅτι οὐδὲν κοινὸν δι' αὑτοῦ et *Christi beneficio* (1,8. 7,25.), et *Christi culpâ* nullum cibum immundum esse declarare possunt. Sed nonnulli Patres ecclesiastici δι' αὐτοῦ, quod cum δι' αὑτοῦ temere confudissent, ad Christum rettulerunt praejudicatis opinionibus ducti. Nempe nullum cibum *naturâ* impurum esse Paulum propterea dicere non potuisse putarunt, quod Moses, Dei legatus, alios cibos mundos, alios immundos esse declarasset. Praeterea aequum duxerunt, Paulum suam impurum cibum inveniri negantis sententiam Christi auctoritate munire, qui Mosis instituta abrogasset Rom. 10,4. *) Colon pone post δι' αὐτοῦ. Nam

*) Eadem cura nuper torsit *Olshausenum*. Nam nullos cibos *naturâ* impuros esse recte dici propterea negavit, quod Deus Mose

εἰ μὴ τῷ λογιζομένῳ τι κοινὸν εἶναι, ἐκείνῳ κοινόν scil. *ἐστὶν* plena, quae sui juris sit, sententia est: nisi ei, qui nonnullos cibos impuros esse *putat*, illi, inquam (7,16.) impuri sunt (illum, inquam, contaminant). Injuriâ igitur *Rueckertus* Paulo peccatum syntacticum objecit. Qui *εἰ μή* idem quod *ἀλλά* valere putarunt (*Kopp.*, *Flatt.* al.), ne si *εἰ μή nisi* explicuissent absurda sententia oriretur (nulli cibi naturâ impuri sunt, nisi cibos immundos esse *putanti naturâ impuri* cibi sunt) veriti esse videntur. Non cogitarunt, *εἰ μὴ* non ad v. *ὅτι οὐδὲν κοινὸν δι' αὐτοῦ*, sed tantummodo ad vocc. *ὅτι οὐδὲν κοινόν* spectare. Matth. 12,4. *οὓς οὐκ ἐξὸν ἦν αὐτῷ φαγεῖν, οὐδὲ τοῖς μετ' αὐτοῦ, εἰ μὴ* (scil. *ἐξὸν ἦν*, non *οὐκ ἐξὸν ἦν*) *τοῖς ἱερεῦσι μόνοις*; ubi v. not. Luc. 4,26. 27. *καὶ πρὸς οὐδεμίαν αὐτῶν ἐπέμφθη Ἠλίας, εἰ μὴ* (np. *ἐπέμφθη Ἠλίας*, non *πρὸς οὐδεμίαν αὐτῶν ἐπέμφθη Ἠλίας*) *εἰς Σάρεπτα τῆς Σιδῶνος πρὸς γυναῖκα χήραν*. — — *καὶ οὐδεὶς αὐτῶν* (*τῶν ἐν τῷ Ἰσραὴλ λεπρῶν*) *ἐκαθαρίσθη, εἰ μὴ* (hoc refer ad *οὐδεὶς ἐκαθαρίσθη*, non ad *οὐδεὶς αὐτῶν ἐκαθαρίσθη*) *Νεεμὰν ὁ Σύρος*. Gal. 2,16. *Εἰδότες δέ, ὅτι οὐ δικαιοῦται ἄνθρωπος ἐξ ἔργων νόμου, ἐὰν μὴ* (hoc pertinet ad *οὐ δικαιοῦται ἄνθρωπος*, non ad *οὐ δικαιοῦται ἄνθρωπος ἐξ ἔργων νόμου*) *διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡμεῖς κτλ.*. Quamquam h. l. *εἰ μὴ* ad *ὅτι οὐδὲν κοινὸν δι' αὐτοῦ* ita referri potest, ut constructio *κατὰ τὸ σημαινόμενον* agnoscatur. Nam quod naturâ impurum non est, *nemini* impurum est.

V. 15. *εἰ δὲ*] *εἰ γὰρ* A. C. D. E. F. G. 37. 39. al. Copt. Syr. p. in marg. It., Vulg., Joh. Damascenus II,53. (II, p. 398. *εἰ δὲ* habet), Rufin., Ambrosiaster al.. Hoc, quod olim *Millio* Proleg. §. 1287. et *Griesbachio*, nuper

usus interprete nonnullos cibos immundos esse docuisset et quod rerum naturam Adami maleficium inquinasset (Rom. 8,18. sqq.), ut *nihil* purum est, quam *nihil non* purum est rectius diceres (!). Itaque Christum omnia sanctâ reddentem rerum naturam Adami peccato inquinatam emundasse Apostolum h. l. docere putavit (!). Si *Olshausenus δι' αὐτοῦ* a Paulo scriptum esse dixisset, ejus opinio aliquo fundamento niti posset videri. At *δι' αὐτοῦ* probavit! Praeterea rerum naturam nefario Adami facinore non inquinatam, sed in deterius mutatam esse Apostolus censuit 8, 19. sq.. Denique rerum universitas de Pauli sententiâ nunc quidem a Christo non emendata est, sed tum emendabitur, quum Christus de coelo in orbem terrarum redierit. Hujus argumenti pondus *Olshausenus* his nugis elevare studuit: opus Christi inchoatum perfectum a Paulo cogitari et sanctitatem Christianis a Christo tributam naturae impuritatem tollere, ut Christiani cibis naturâ impuris pro puris utantur! Rudis fuit et Judaeorum tanquam puerorum ingenio accommodata Mosis disciplina, quae ciborum discrimina sanxit, adulto hominum generi veritatem Deus per Christum aperuit et nullos cibos naturâ impuros esse planum fecit Gal. 4,3. sq..

Meyero perplacuit, *Lachmannus* textis intulit. Sed εἰ γάρ h. l. ferri non posse *Reichius*, *Rueckertus* et *dW.* viderunt. Ad versum 13. γάρ referri nequit, quum versum 14. non obiter, ut cancellis recte includatur, adjectum esse appareat. Neque melius γάρ versum 15. cum vs. 14. vincit. Nam arguta *Meyeri* ratio nemini satisfecerit. Is γάρ v. 15. ad sententiam mente addendam spectare putavit h. r.: (*adjeci exceptiunculam* v. 14. εἰ μὴ τῷ λογιζομένῳ τι κοινὸν εἶναι, ἐκείνῳ κοινόν *hanc ob rem.*). *Nam* caritatem ex animo ejecerit, qui nullâ istius exceptionis ratione habitâ cibis vescatur, quos infirmi Christiani ut impuros abominentur (v. 15.). Librarios autem γάρ in δέ mutasse, quod γάρ versum 15. cum iis, quae antecedunt, male connectere credidissent, (*Mill.* l. c. et *Meyerus*) parum considerate dictum est propterea, quod scribas γάρ et δέ sexcenties confundere tralatitium est (v. not. ad 11,13. II, p. 476.). εἰ δὲ διὰ βρῶμα ὁ ἀδελφός σου λυπεῖται] si *autem propter cibum* (quia cibum sumis, quem spurcum esse frater tuus judicaverit) frater *tuus in tristitiam conjicitur.* Quippe pii homines non solum suis peccatis maerent, verum etiam quum alios peccare viderint in maestitiâ sunt. Non recte schol. Matth., *Grotius* al. λυπεῖται sic exposuerunt: *contristatur*, np. si libertatem ita defendis, ut ipsi *imperitiam exprobres* (*Morus*: quum videt, se sperni ab aliis, se inique et sinistre dijudicari). Male *Elsner.*, *Wakl.* al. λυπεῖται *damno afficitur* (λυπεῖν τινα *alicui nocere*, jemanden beeinträchtigen, v. Lexx. gr.) explicuerunt. Nam λυπεῖται h. l. esse *tristis redditur*, χαρά docet v. 17.. οὐκέτι κατὰ ἀγάπην περιπατεῖς] *non diutius ad amoris legem vitam dirigis* (*illico* amorem ex animo ejecisti). μὴ τῷ βρώματί σου ἐκεῖνον ἀπόλλυε] *noli cibo tuo sempiternam perniciem* (9,22. 1 Cor. 1,18. 8,11.) *illi afferre* scil. eo, quod tuo exemplo inductus cibis vescatur, quos impuros esse putaverit seque gravi, quo conscientiam contaminet, peccato pollutum aeternâ felicitate indignum reddat (cf. v. 20. 23. 1 Cor. 8,10. 11.), non eo, quod liberaliore tuo cultu efficias, ut Mosis instituta pertinacissime retineat et a Christo ad Mosen deficiat (v. *Theophyl.* cl. *Grot.* et *Semlero*). μὴ τῷ βρώματί σου ἐκεῖνον ἀπόλλυε, ὑπὲρ οὗ Χριστὸς ἀπέθανε] noli *tuo, quo delectaris, cibo* illum perdere, pro quo *Christus mortem occubuit.* H. l. firmi Romani cibus Christi supplicio, infirmus Romanus Christo opponitur. Tu, homuncio, pluris facis delicatum tuum cibum, quam aeternam fratris tui salutem: Christus, Dei filius hominumque sospitator, vitam profudit, ut fratrem tuum ex aeternâ peste extractum sempiterno bearet. Praeclare *Chrysostomus ut orator* hanc sententiam exposuit. Nonnulla igitur addidit a Paulo hic

quidem non cogitata. Exstiterunt sane firmi Christiani, qui ut libertatem suam obtinerent, ne superstitio eam everteret veriti, liberalius viverent. Sed Paulus ita disputavit, ut firmos Romanos et Corinthios, partim quod sapientiae opinio eos inflasset (Rom. 14,2. 10. 22. 1 Cor. 8,10. 11.), partim quod gulae dediti essent (Rom. 14,20. 21. 1 Cor. 8, 13.) omnibus promiscue cibis usos esse eum existimasse appareat.

V. 16. De hujus vs. sententiâ ab interpretibus valde dubitatum est. Quam ut recte constituamus tria nos scire oportet: rem verbis ὑμῶν [ἡμῶν] τὸ ἀγαθόν declaratam, homines, quos Paulus aut compellaverit (ὑμῶν τὸ ἀγαθόν) aut in eorum se numerum aggregans dixerit (ἡμῶν τὸ ἀγαθόν) et homines, a quibus maledicta Apostolus metuerit. ὑμῶν τὸ ἀγαθόν] *vestrum bonum.* His verbis, de quorum sententiâ *Chrysostomus* se habere negat quod liqueat *), *Theodoretus* aliique *fidem Christo tributam*, *Theophylactus* al. *firmam perfectamque fidem*, *Ambrosiaster* (v. etiam *Theophylactum*), *Kopp.* al. *doctrinam christianam*, *Reich.* et *Koelln. doctrinam christianam et quae in Christianos beneficia confert*, *Meyerus ecclesiam christianam*, i. q. v. 17. ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ [sic], *Pelag.*, *Calvin.*, *Beza*, *Grot.*, *Clarius*, *Bengel.*, *dW.*, *Borger.* al. *libertatem quibusvis cibis vescendi per Christum partam* dici arbitrantur. Postremam sententiam unice veram esse e contextâ oratione perspicitur. Nam postquam P. ullum cibum naturâ impurum esse negavit eoque omnibus promiscue cibis uti Christianis licere significavit (v. 14.), deinde non amanter eum facere, qui libertate sibi concessâ intempestive usus imbecillos Christianos cibi, quem hi impurum esse judicaverint, esu in moestitiam conjiciat et exemplo suo corruptos perdat monuit (v. 15.) aptissime hanc sententiam inde colligit: μὴ βλασφημείσθω οὖν ὑμῶν τὸ ἀγαθόν. *Ne convitia igitur* (i. e. quum caritas poscat, ut quibus cibis vesci tibi liberum sit, iis tum abstineas, quum ne eorum esu imbecillibus Christianis noceas verendum tibi sit v. 14. 15.) *vestrâ culpâ fiant vestrae libertati.* (Οὖν, quod F. G. 3. Arm. Goth. non habent, his nixus auctoribus male repudies cum *Millio* Prol. §. 450.). Praeterea nostrae interpretationis veritatem versus 17. ostendit. Ubi quum versus 16. sententia hoc argumento confirmetur, *non* dependere Dei regnum *a cibo potuque*, sed a pietate, in promtu est Christianorum bonum vs. 16. commemoratum *in esculentorum et potulento-*

---

*) *Chrysostomus*: Τὸ ἀγαθὸν ἐνταῦθα ἢ τὴν πίστιν φησίν, ἢ τὴν μέλλουσαν ἐλπίδα τῶν ἐπάθλων, ἢ τὴν ἀπηρτισμένην εὐσέβειαν.

rum usu versatum esse, aut omnia promiscue edendi bibendique libertatem in se continuisse. Si lectionem vulgo receptam (ὑμῶν τὸ ἀγαθόν) retinuerimus Paulus *firmos* Romanos alloquitur. Hos enim per totum hunc locum (vs. 13. — 22.) ne in imbecillorum Christianorum detrimentum christianâ libertate abutantur movere studet. *Meyero*, qui Paulum orationem in omnes omnino Romanos convertere e Plurali (ὑμῶν τὸ ἀγαθόν) cognosci dixit, et loci, in quo Apostolus cum *firmis* Romanis agit vs. 13. — 22., argumentum et hoc objecerim, licuisse Paulo, quum orationem variaret a Singulari (vs. 15. cf. vs. 20. 22.) ad Pluralem vs. 16. transgressus, versu 16. idem facere, quod vs. 13. fecit, ubi verbis ἀλλὰ τοῦτο κρίνατε μᾶλλον κτλ. *firmos* Romanos compellavit. Infirmorum autem Christianorum, non Judaeorum atque gentilium (*Chrys.*, *Grot.*, *Reich.*, *Meyerus* al.) maledicta vitanda esse P. dixit. Multis sane locis operam dandam esse, ne sacrosanctae Christianorum res apud extraneos male audiant, indicatur (v. 1 Tim. 6,1. Tit. 2,5. 2 Petr. 2,2. cl. Rom. 2,24.). Sed *nostro* loco extraneorum convitia Paulo obversata esse hinc tanto minus consequitur, quanto certius est, imbecillos Romanos inepto libertatis christianae usu ut quae res Christianos ornaret eam in vitium verterent et maledicta in eam conferrent adduci facile potuisse. Deinde istam opinionem frustra eo munire coneris, quod Ap. v. 18. καὶ δόκιμος τοῖς ἀνθρώποις (non τοῖς πιστοῖς) scripserit. Quamquam enim P. h. l. infirmorum Christianorum maledicta metuit, recte tamen sententiam vs. 17. *pietate regnum messianum parari* hoc argumento vs. 18. stabiliverit: pium Christianum Deo *et hominibus* acceptum esse. Denique verendum non erat, ne Judaei et gentiles Christianorum libertatem maledictis propterea obruerent, quod nonnullos Christianos intemperanti libertatis usu et in maestitiam conjecisse infirmos Christianos et ut quod ipsi nefas esse putavissent facerent exemplo quod statuissent inductos *sempiternâ felicitate privasse* audivissent (vs. 15.). Contra bene omnia comparata sunt, si Paulum infirmorum Christianorum convitia in mente habuisse censueris. Hos enim libertatem, quam firmi Christiani sibi sumsissent, sinistre interpretari suetos (cf. vs. 3. 10. 13.), credibile est, quum liberaliorem illorum victum cultumque eo valuisse vidissent, ut alii in maerore essent, alii illorum exemplum impie imitati de sempiternâ beatitate periclitarentur, libertatem per Christum partam infamasse atque non libertatem illorum rationem vocandam esse, sed *inhumanam licentiam* et *impiam protervitatem* dictitasse. Libertatem christianam, quam

Ap. ὑμῶν τὴν ἐλευθερίαν (1 Cor. 10,29.) dicere potuisset, generali *boni vestri* (ὑμῶν τὸ ἀγαθόν) nomine indicare maluit rhetoricâ ratione adductus. Sentire enim lectores voluit, perverse facturos esse, si commisissent, ut quod haud contemnendum Christianorum *bonum* esset infirmorum Christianorum *convitiis dedecoraretur* (v. *Rueck.*). Si lectionem vulgatam (ὑμῶν τὸ ἀγαθόν) sequuti fuerimus Paulus hoc dicit: *ne convitiis igitur* (h. e. quum cibis abstinere te deceat, quorum esu infirmum Christianum laedas et perdas vs. 14. 15.) *vestrâ culpâ proscindatur vestra*, *firmi Romani*, in quâ haud mediocre bonum inest, *libertas*, scil. ab imbecillis Romanis libertatem, quam intempestive tuiti fueritis, *inhumanam et impiam protervitatem* dicturis. Non mutatur sententia, ut *Rueckertus* credidisse videtur, si cum *Grotio* et *Millio* Prol. §. 450. et 1287. ἡμῶν τὸ ἀγαθόν a Paulo profectum esse censuerimus. Nam hoc pacto Apostolus omnes lectores notâ humanitate usus ita adhortatur, ut *firmis* Romanis vivendi legem datam velit (cf. v. 19.); *ne maledicta igitur* (i. e. quum inhumanum sit cibos sumere, quorum esu imbecillum Christianum offendas et pessumdes vs. 14. et 15.) *nostrâ culpâ in nostrum Christianorum bonum*, in nostram libertatem, *conjiciantur* (ab infirmis Christianis)! Quibus hoc praescripserim noli quaerere. Ipsi, quos dixi, de se agi sentient ex re et disputatione meâ. ὑμῶν τὸ ἀγαθόν] ἡμῶν τὸ ἀγαθόν D. E. G. Syr. Erp. Copt. Aeth. Goth. It. Vulg. Clemens Al. Paedag. II, 1. p. 166. Damasc. II, p. 53. Ruf. Pelag. al. idque genuinum esse existimo *Grotio* et *Millio* assensus. Certe ἡμῶν τὸ ἀγαθόν commendatur v. 19. ἄρα οὖν τὰ τῆς εἰρήνης διώκωμεν —.

V. 17. Cohaerentia: ne maledicta nostrâ culpâ in nostram libertatem dicantur (v. 16.). *Neque enim regnum divinum a cibo et potu* (rebus indifferentibus), *sed ab honestate, concordiâ et hilari animo dependet, quem spiritus s. gignit* (v. 17.) i. q. versatur enim nostra libertas in cibo et potu, rebus indifferentibus et quae *regni messiani* felicitatem non afferunt, non in honestate iisque ornamentis, quibus destituti a Messiae regno excludentur. οὐ γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ βρῶσις καὶ πόσις] *non est enim regnum divinum cibus et potus* scil. eatenus, quatenus Dei regnum in cibo et potu non inest aut esca et potio tibi regni messiani civitatem non apportant, i. q. *non est regni messiani conditio* (causa) *esca et potio*. Sic metonymia oritur, per quam *rem* pro *rei causâ* poni dicunt. Joh. 17,3. αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωή, ἵνα γινώσκωσι σέ, τὸν μόνον ἀληθινὸν θεόν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν.

hic est autem aeternae vitae *fons*, ut te — cognoscant et Jesum Christum a te missum i. q. tui — et Jesu Christi — cognitio, neque alia res, est sempiternae vitae *causa*. Non habet, insigne, nescio quod, pondus ἐστίν (*Rueck.*), sed ponderosa sunt, ut verborum ordo docet, vocabula ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ h. s.: ut alia a cibo potuque dependeant, at *regnum divinum*, cujus civitate nihil exoptatius fingi potest 2 Thess. 1,5., non ab escâ et potione dependet, sed ab honestate etc.. Si P. τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ notionem delitescere et voces οὐ βρῶσις καὶ πόσις, ἀλλὰ δικαιοσύνη κτλ. eminere voluisset, verba sic ordinasset: οὐ γὰρ βρῶσις καὶ πόσις ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ ἐστιν, ἀλλὰ δικαιοσύνη κτλ. (cf. 1 Cor. 4,20.) h. s.: *non* enim *ab escâ et potione* Dei regnum dependet, *sed ab honestate* etc.. Βρῶσις et πόσις h. l. non *edendi et bibendi actionem* declarant (*Lutherus*, *Meyerus* al.) *), sed *escam* et *potum*, ut recte versio vulgata. Sententia haec est: Dei regnum non parant escae et potiones; neque aqua et olera aditum ad regnum divinum tibi dant, neque vinum et carnes ejus portas tibi claudunt. Cf. 1 Corinth. 8,8.. Interpretationem a nobis initam praeiverunt *Clemens Alex.* Paedag. II, 1. p. 166. sq., *Chrysostomus*, *Theodoretus*, *Theophylactus*, *Photius* apud *Oecumenium* et *Grotius*, qui sensum parum apte his verbis descripsit: „non bibendo neque edendo paratur *jus ad regnum* coeleste." *Donat* enim Deus piis Christianis regni messiani civitatem et sempiternam felicitatem (Rom. 6,23.

---

*) Βρῶμα et πόμα tantummodo *id quod comeditur et bibitur* (escam et potum), βρῶσιν et πόσιν et *edendi bibendique actionem* et *id quod editur et bibitur* significare recte docent Lexicographi. (Idem de latinis vocibus *potus* et *potio* valet.) Cf. Hom. Od. I, v. 191. — γρηῒ σὺν ἀμφιπόλῳ, ἥ οἱ βρῶσίν τε πόσιν τε | παρτιθεῖ —. Il. I, v. 469. αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο — Dan. 1,10. Joh. 4,32. 34. 6,27.. Temere *Tittmannus* De Synonymis in N. T. I, p. 159.: „βρῶμα· βρῶσις] Differunt, ut nostra Speise und Essen 1 Cor. 3,2. 1 Tim. 4,3. Rom. 14,17." *Meyerus*, cui *Lueckius* ad Joh. 4,32. accedere videtur, quum Johannem 4,32. 6,27. huic legi non paruisse concessisset, Paulum tamen Rom. 14,17. 2 Cor. 9,10. Col. 2,16. 1 Cor. 8,4. et scriptorem epistolae ad Hebraeos 12, 16. relligiose eam observasse contendit. At Hebr. 12,16. βρῶσις μία est *unus cibus* (dicitur *lentium ferculum* Genes. 25,30. sq.). Rom. 14,17. vocem βρῶσις idem valere, quod βρῶμα vs. 15. et 20. patet. Col. 2,16. βρῶσις et πόσις *cibus* est et *potus*. 2 Cor. 9,10. ὁ δὲ ἐπιχορηγῶν σπέρμα τῷ σπείροντι καὶ ἄρτον εἰς βρῶσιν — non video, cur *Meyeri* interpretatio *qui suppeditat — panem ad edendum* alteri praeferenda sit: *qui suppeditat — panem in cibum.* Cf. Sophocles apud Athen. l. III. p. 76. D. πέπων δ' ἐρινὸς ἀχρεῖος ὢν | ἐς βρῶσιν ἄλλους ἐξερινάζεις λόγῳ. Itaque etiam Paulus βρῶσιν et πόσιν non solum ut *edendi bibendique actionem* (1 Cor. 8,4.), sed etiam ut *cibum potumque* enuntiaret usurpavit.

Eph. 2,8.). Nostrâ interpretatione τῆς δικαιοσύνης, εἰρήνης et χαρᾶς ἐν πνεύματι vim elevari, quandoquidem illa his nihil tribuat, nisi ut sint aeternae felicitatis praesidia male *dW.* obtendit. Nam dare Deum sempiternam beatitatem probis (Rom. 2,10.), denegare improbis (1 Cor. 6, 9. sq. Gal. 5,21. Eph. 5,5.) saepenumero P. affirmavit neque ii sumus, qui hanc unam ob rem, ut in Messiae civitatem recipiamur, innocentiae, concordiae et animi serenitati operam dandam esse Apostolum hîc dixisse defendamus. Quod autem *Meyerus* et v. vs. 17. ἀλλὰ δικαιοσύνη κτἑ. et versum 18. nostrae interpretationi refragari contendit, id quale sit non intelligo. Multi explicatores τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ hîc quoque vel *relligionis christianae* (*Chr. Fr. Schmid.*, *Morus*, *Borg.*), vel *ecclesiae christ.* (*Wolf.* al.) significatum affinxerunt, v. not. ad Matth. 3,2. p. 111. sq.. *Meyerus* *Wolfium* imitatus hanc explicationem proposuit: *ecclesiae christianae natura non in edendo et bibendo posita est*, *sed* — i. e. non eo ecclesia christ. adest, quod Christiani edant et bibant, sed eo, quod etc.. Scilicet τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ Col. 1,13. et 1 Cor. 4,20. *ecclesiam christ.* notare V. D. sibi persuaserat. At Col. 1,13. Deum nos non re, sed *spe* et *opinione* (ideell) e tenebricoso Satanae regno ereptos in Christi regnum transtulisse, ut pie viventibus (cf. v. 9. — 12.) messianam salutem *sperare* liceat Apostolus exponit (Rom. 8,24.). Non igitur h. l. ἡ βασιλεία τοῦ Χριστοῦ *Christianorum coetum* designat. Locum 1 Cor. 4,20. Οὐ γὰρ ἐν λόγῳ ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, ἀλλ' ἐν δυνάμει sic explana: non enim (magistrorum, de his enim agitur, cf. v. 19.) verbis, sed eorum potentiâ regnum messianum nititur aut inde dependet (1 Cor. 2,5.) h. e. non magistrorum superbiloquentia, sed potentia Messiae regnum condit. Hîc ne τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ ecclesiam christianam notare temere credas reputandum tibi est, Messiae regnum tot cives aliquando habiturum esse, quot magistrorum operâ *pii* Christiani facti fuerint. Sic etiam locus Col. 4,11. explicandus est. Adjuverunt Paulum *ad* regnum messianum qui ei, quum homines idoneos redderet, qui in illud regnum aliquando reciperentur, opitulati sunt. ἀλλὰ δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη καὶ χαρὰ ἐν πνεύματι ἁγίῳ] Δικαιοσύνην, εἰρήνην et χαρὰν ἐν πνεύματι ἁγίῳ h. l. non *integritatem* sensu dogmatico (justificationem), *pacem cum Deo* (5,1.) et *verum conscientiae gaudium* (*Calvin.*, *Calov.*, *Bengel.*, *Zachariae*, *de Ammon*, *Rueck*, al.), sed *honestatem* (6,18.), *concordiam* et *animi hilaritatem a spiritu s. excitatam* (*Chrys.*, *Grot.* permultique alii) denotare firmissimis argumentis ostendi potest. Hoc primo inde consequitur, quod P. δικαιοσύνην, εἰρήνην

et χαρὰν ἐν πν. ἁγίῳ *escae* et *potioni* opposuit. Quas quum pro rebus *per se neque bonis neque malis* commemoraverit (cf. vs. 14. 15.), δικαιοσύνη, εἰρήνη et χαρὰ ἐν πν. ἁγίῳ res *bonas*, quas Christianos habere *oporteat*, enuntient necesse est. Significat autem δικαιοσύνη *honestatem*, quae omnes virtutes complectitur, εἰρήνη *concordiam*, quae nisi inter honestos diuturna esse nequit, et χαρὰ ἐν πνεύματι ἁγίῳ *animi hilaritatem a spiritu s. excitatam*, quae et mater et comes concordiae est. Deinde v. δικαιοσύνη, εἰρήνη et χαρὰ ἐν πνεύματι ἁγίῳ contraria dicunt eorum, quae ne facerent firmos Romanos vs. 15. Ap. monuit. Nefas eos facturos esse, si suis cibis infirmos Christianos in tristitiam conjiciant et exemplo suo corruptos pessumdent P. ibi dixit. Jam improbae inhumanitati (v. 15. οὐκέτι κατὰ ἀγάπην περιπατεῖς) probitatem (δικαιοσύνην) et tristitiae (vs. 15. εἰ δὲ διὰ βρῶμα ὁ ἀδελφός σου λυπεῖται) animi hilaritatem a spiritu s. excitatam (χαρὰν ἐν πνεύματι ἁγίῳ) opponi apparet. Et quoniam fieri non potuit, quin infirmi Christiani a firmis, a quibus injuriam accepissent, magis etiam abalienarentur (v. 15.) et hominum, quorum alteri alteris aut impiam levitatem aut superstitionem objicerent (vs. 3. 10. 13.) contentiones augerentur, idcirco *concordiâ* Messiae regnum parari Ap. h. l. observavit. Mirum est, quantum auxilii ad v. vs. 17. ἀλλὰ δικαιοσύνη κτλ. recte explicanda in vs. 15. sit, interpretes non vidisse. Postremo ejus, quam tuemur, interpretationis veritas ex vs. 19. elucet, ubi P. sententiam afferens *ex antea* (vs. 17. 18.) *dictis collectam* τὴν εἰρήνην *concordiae* significatu posuerit. δικαιοσύνη] Paulum honestatem non dixisse, nisi quam pietas in Deum et Christum peperisset, nemo nescit. καὶ χαρὰ ἐν πνεύματι ἁγίῳ] *Grot.*, *Kopp.*, *Reich.* al. χαρὰν *curam alios exhilarandi* exposuerunt adversante usu loquendi. *Χαρά*, quae τῇ λύπῃ opponitur (cf. vs. 15. λυπεῖται et 2 Cor. 6, 10.), h. l. *animi hilaritatem* declarat, quam qui possidet et sibi ipse placet et alii ei placent (Phil. 3, 1. 4, 4.). Componitur cum concordiâ, quoniam et concordiam parit et cum eâ conjuncta est (cf. 15, 13. et Gal. 5, 22.). Contra tristitia et aegritudo matres et comites sunt rixarum. Ne v. χαρὰ ἐν πνεύματι ἁγίῳ secus intelligamus ad haec potissimum loca nobis attendendum est: Gal. 5, 22. ὁ δὲ καρπὸς τοῦ πνεύματός ἐστιν ἀγάπη, χαρά, εἰρήνη κτέ. 1 Thess. 1, 6. — δεξάμενοι τὸν λόγον ἐν θλίψει πολλῇ, μετὰ χαρᾶς πνεύματος ἁγίου. Hic vocc. ἐν πνεύματι ἁγίῳ tantummodo ad vocem χαρά pertinere docet. Errarunt igitur et qui ἐν πνεύματι ἁγίῳ ad δικαιοσύνη, εἰρήνη et χαρά rettulerunt (*Kopp.*, *Olshaus.* al.), et qui, quoniam εἰρήνη et χαρὰ καὶ ἐπὶ πονη-

ρῶν πραγμάτων inveniatur, ἐν πνεύματι ἁγίῳ eum v. εἰρήνη καὶ χαρά consociarunt (*Chrysost.*, *Theophylactus* al.). Ille locus (Gal. 5,22.) esse χαρὰ ἐν πνεύματι ἁγίῳ animi hilaritatem *a spiritu s. excitatam* (*Photius* apud *Oec.*, *Flatt.* al.) et hanc interpretationem missam faciendam esse: *laetitia de spiritu s. tibi divinitus dato* (Phil. 1,18.) demonstrat. Cf. Col. 1,8. τὴν ὑμῶν ἀγάπην ἐν πνεύματι *vestrum amorem a spiritu div. excitatum.* Pro καὶ χαρὰ ἐν πνεύματι ἁγίῳ etiam καὶ χαρὰ πνευματική (*Photius* ap. *Oec.*, *Pelagius* al.) Paulus scribere potuisset. Vide Coloss. 1,9. cl. v. 8..

V. 18. Firmat P. sententiam vs. 17. h. m.: Messiae regnum non cibo et potu, *sed honestate*, *concordiâ et animi hilaritate a spiritu s. excitatâ* paratur (v. 17.). Nam qui *his rebus* Christum colit gratus Deo est et acceptus hominibus (vs. 18.). Quod idoneum argumentum esse confitebitur, qui neque esse, cur Deus homini quo delectetur regni messiani civitatem deneget, et temere homines hominem sibi probatum summâ felicitate indignum judicaturos esse expenderit. Sententiae pondus verbis ἐν τούτοις inest: ἐν τούτοις, οὐκ ἐν ἐκείνοις. Nam qui *his rebus* (honestate, concordiâ et animi serenitate a spiritu s. excitatâ) Christum colit, Deo gratus est etc., *non qui aut relligioso escarum potionumque delectu*, *aut promiscuo earum usu Christum colit.* Cf. 7,6.. ἐν τούτοις] ἐν τούτῳ A. B. C. D.* F. G. 5. Damasc. II, p. 53. Copt. It. Vulg. Rufinus *diserte* Ambrosiast. Pelag. August. Beda. Hanc lectionem, quae *Erasmo*, *Zegero*, *Millio* Prol. §. 1384., *Griesbachio*, *Knappio* aliisque placuit, *Lachmannus* recepit *Rueckerto*, *Meyero* aliisque plaudentibus. Rectissime vero *Bengelius* in gnom., *Matthaeius*, *Reich.*, *dW.* aliique vulgatam lectionem ἐν τούτοις tuiti sunt, quae Syri, Tertulliani de jejuniis c. 15., (ut videtur, Chrysostomi *)), Theodoreti, Theophylacti et plerorumque codd., qui minusculis literis scripti sunt testimoniis munita est. Tumultuariam κρίσιν exercuerunt,

*) *Chrysostomus* ἐν τούτοις, quod nunc in ejus textu est, legisse concedet qui ejus interpretationem expenderit, qui Theophylactum, Chrysostomi imitatorem, qui τούτοις enarravit, cum Chrysostomo contulerit et codd. Mosq. 8. et 8. rem comprobare meminerit. *Chrysostomus* versum 18. his verbis exposuit: *Οὐ γὰρ οὕτω σε θαυμάσονται τῆς τελειότητος* (his v. respexit ad οὐ βρῶσις καὶ πόσις v. 17.), *ὡς τῆς εἰρήνης καὶ τῆς ὁμονοίας ἅπαντες* (his vocc. *ἐν τούτοις* exposuit: nempe vs. 17. *χαρὰν* explicuit *τὴν ἐκ τῆς ὁμονοίας χαράν.*) *Τούτου μὲν γὰρ τοῦ καλοῦ* (scil. quod *ἐν τῇ εἰρήνῃ καὶ τῇ ὁμονοίᾳ* s. *χαρᾷ* positum est) *πάντες ἀπολαύσονται, ἐκείνου δὲ οὐδὲ εἷς.* *Wetstenius*, a quo *Griesbachius* in errorem inductus est, Chrysostomum *ἐν τούτῳ* legisse idque ad *τὸ ἀγαθόν* vs. 16. rettulisse putavit!

qui *Millium* l. c. sequuti correctores τούτῳ in τούτοις mutasse putarunt, quod *tria*, ex quibus regni messiani civitas suspensa esset, vs. 17. commemorata esse vidissent. Est enim ἐν τούτῳ ineptum, ἐν τούτοις plane necessarium. Ἐν τούτῳ alio, nisi ad ἐν πνεύματι ἁγίῳ vs. 17. referri nequit. Significaret autem ἐν πνεύματι ἁγίῳ δουλεύειν τῷ Χριστῷ idem quod τὸ ἅγιον πνεῦμα ἔχοντα δουλεύειν τῷ Χριστῷ (cf. 7,6.) rationemque P. vs. 18. redderet, cur vs. 17. χαρὰ ἐν πνεύματι ἁγίῳ dixisset h. m.: et animi, inquam, hilaritas *a spiritu s. effecta.* Nam qui *hunc Dei spiritum possidens* Christum colit gratus Deo est etc. (*Rueck.*). Hoc vero a Paulo factum esse multas ob causas statui non potest. Delitescunt enim v. vs. 17. ἐν πνεύματι ἁγίῳ, ut quae tantummodo ad vocem χαρά pertineant. Contra praecipuum sententiae pondus verbis vs. 17. ἀλλὰ δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη καὶ χαρὰ ἐν πν. ἁγίῳ inest. *Haec* quum argumento corroboranda fuerint, Paulum vs. 18. ἐν τούτοις exarasse conficitur. Et fulcitur ἐν τούτοις versu 19., ubi quum Ap. quae ex vs. 17. et 18. consequantur exponat in promtu est eum ad ἐν τούτοις mente revolvi et voce ταῦτα comprehendi τὰ τῆς εἰρήνης καὶ τὰ τῆς οἰκοδομῆς h. e. τὴν δικαιοσύνην, τὴν εἰρήνην καὶ τὴν χαρὰν ἐν πνεύματι ἁγίῳ vs. 17.. Deinde vocc. v. 17. καὶ χαρὰ ἐν πνεύματι ἁγίῳ versu 18. stabiliri male credas propterea, quod Paulus verbis ἐν πνεύματι ἁγίῳ hilaritatis auctorem *obiter* nominatum, non hilaritatem *a spiritu s. effectam* hilaritati *aliunde excitatae* oppositam voluit. Postremo Ap. verbis ὁ γὰρ ἐν τούτῳ δουλεύων τῷ Χριστῷ firmos infirmosque Romanos, qui de cibis et potionibus inter se dissiderent, ita Christum coluisse, ut a spiritu divino *non* agerentur, indicaret. At pietate erga Christum illos homines ductos esse vs. 6. concesserat. (Verbis καὶ δόκιμος τοῖς ἀνθρώποις lectionem ἐν τούτοις stabiliri, quoniam homines nos *virtute* metiantur, non dixerim, v. *de Wettium.* Nam qui *a div. spiritu impulsi* Christo ministrant, eorum virtus exsplendescit et ob eam ab hominibus diliguntur.) Exararunt ἐν τούτῳ pro ἐν τούτοις socordes librarii verbis proxime praegressis ἐν πνεύματι ἁγίῳ decepti (v. 7,6. Phil. 3,3.). τῷ Χριστῷ] Expunxit Articulum, qui in A. D.* F. G. non comparet, *Lachmannus.*

V. 19. Sequitur adhortatio ex vs. 17. et 18. collecta: *itaque ergo* (nempe quum his rebus (innocentiâ, concordiâ et animi hilaritate per spiritum s. effecta v. 17.) regni messiani civitas paretur v. 17. et 18.) *ea, quae concordia poscit consectemur et quae animorum recreatio flagitat, quam alteros nostrûm alteris afferre decet.* τὰ τῆς εἰρήνης, τὰ τῆς οἰκο-

δομῆς] *quae concordiae, animorum recreationis propria sunt, quae eo spectant, quae a concordiâ et animorum recreatione exiguntur* (v. *Bernhardyi* Wissenschaftl. Syntax p. 325. sq. et *Wineri* gr. p. 133.). *Τὰ τῆς εἰρήνης* ad voc. *εἰρήνη* vs. 17., *τὰ τῆς οἰκοδομῆς τῆς εἰς ἀλλήλους*, quae latissime patent et omnia ea complectuntur, quae Christiani ut Christianorum saluti prospiciant faciunt, ad vocc. vs. 17. *δικαιοσύνη καὶ χαρὰ ἐν πνεύματι ἁγίῳ* Ap. rettulit. *διώκωμεν*] *διώκομεν* A. B. G. gr. (lat. sectemur. C. *διώκ ωμεν*) 39. 43. 238.. Quo recepto *Lachmannus* versum sic constituit: *ἄρα οὖν τὰ τῆς εἰρήνης διώκομεν καὶ τὰ τῆς οἰκοδομῆς τῆς εἰς ἀλλήλους; nonne* (v. *Pflugk*. ad Eurip. Alcest. v. 228.) *igitur quae concordia postulat persequimur* — ? At praeterquam quod haec interrogatio h. l. parum apta est, *Lachmanni* consilium Pauli *ἄρα οὖν itaque ergo* cumulantis (v. not. ad 5,18.) consuetudo evertit. Est *διώκομεν* calami error. (Cf. not. ad 14,8.) Idem valet de *ἐργαζόμεθα* Gal. 6,10., quo suscepto *Lachmannus* locum sic scripsit: *ἄρα οὖν ὡς καιρὸν ἔχομεν ἐργαζόμεθα τὸ ἀγαθὸν πρὸς πάντας, μάλιστα δὲ πρὸς τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως; καὶ τὰ τῆς οἰκοδομῆς τῆς εἰς ἀλλήλους*] Post *εἰς ἀλλήλους* addunt *φυλάξωμεν* D. E. F. G. al. — It. et Vulg. et quae *aedificationis sunt in invicem custodiamus*. *Φυλάξωμεν* manifestum librariorum verbum temere desiderantium supplementum est. *τὰ τῆς οἰκοδομῆς*] Qui aedificat opus auget quod aedificat: dissipat aedificium qui destruit. Quâ similitudine ad hominum animos translatâ Paulus *οἰκοδομεῖν τινα* dixit et Pauli usum Germani retinuimus Jemanden erbauen. Significat autem *οἰκοδομεῖν τινα aliquem exstruere* idem quod pietatis et virtutis incrementa alicui afferre, facere aliquem sapientiorem, sanctiorem, meliorem, mentis animique vim in aliquo promovere (1 Cor. 14,4. 1 Thess. 5,11.). Hinc *οἰκοδομεῖσθαι pietatis et virtutis incrementa capere* designat (1 Cor. 14,17.). Substantivum *οἰκοδομή*, de quo voc. vide *Lobeckium* ad Phryn. p. 490. sq., *tria* apud Paulum significat: I. (i. q. *τὸ οἰκοδομεῖν*) *actionem ejus, qui alicui pietatis incrementa affert* (Rom. 14,19.), quo sensu *τῇ οἰκοδομῇ exstructioni ἡ καθαίρεσις destructio* opponitur (2 Cor. 10,8. 13,10.): II. (i. q. *τὸ οἰκοδομοῦν*) *id quod alicujus pietatem et virtutem auget* (1 Cor. 14,3. 5.): III. (i. q. *τὸ οἰκοδομεῖσθαι*) *ejus, qui pietatis et virtutis incrementa capit conditionem* (Rom. 15,2. 2 Cor. 12,19.). Causam hujus, qui Paulo peculiaris est, loquendi rationis interpretes vulgo inde repetunt, quod Apostolus homines christianos nunc aedificio (1 Cor. 3,9. Ephes. 2,20.), nunc Dei templo exaedificando (1 Cor. 6,16. 2 Cor. 6,16. Ephes. 2,22.) assimilare consueverit. Itaque ut huic similitudini insisteret, eum etiam *οἰκοδομεῖν τινα alicui prod-*

esse dixisse (cf. v. c. *Grot.*, *Kopp.*, *Reich.* et *Wahl* Clav. maj. II, p. 151.). Verum interpretes vidissent, si Paulus οἰκοδομεῖν τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ, τὴν ἐκκλησίαν τ. θ. et finitima posuisset; at usurpavit οἰκοδομεῖν τινα, quae loquutio ex istâ Christianorum cum aedificio vel templo comparatione explicari nequit. Imo Paulus ex iis V. T. locis pependit, in quibus בָּנָה et הָרַס cum Accusativo personae (*aliquem construere* et *evertere*) *aliquem fortunare* et *perdere*, alicui prodesse et nocere designat. Contende Ps. 28, 5. καθελεῖς αὐτοὺς (τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀδικίαν vs. 3.) καὶ οὐ μὴ οἰκοδομήσεις αὐτούς. et Jerem. 33,7. καὶ οἰκοδομήσω αὐτοὺς (τὴν ἀποικίαν Ἰούδα καὶ τὴν ἀποικίαν Ἰσραὴλ) ὡς τὸ πρότερον. cum 2 Cor. 10,8. — περὶ τῆς ἐξουσίας ἡμῶν, ἧς ἔδωκεν ὁ κύριος ἡμῖν εἰς οἰκοδομὴν καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν ὑμῶν et 2 Cor. 13, 10..

V. 20. Admonet Paulus firmos Romanos, ne rem committant iis contrariam quae concordia et mutua opitulatio postulet Christianis imperata (cf. v. vs. 19. τὰ τῆς εἰρήνης καὶ τὰ τῆς οἰκοδομῆς τῆς εἰς ἀλλήλους). *Noli*, inquit *propter cibum*, rem nullius momenti, *destruere opus Dei*, rem sanctissimam! Persistit Ap. in similitudine *ab aedificando* petitâ (vs. 19. τὰ τῆς οἰκοδομῆς). Nam λύειν (Joh. 2, 19.) et καταλύειν (Matth. 26,61.) de iis usurpari constat, qui aedificia destruunt (v. *Kypkii* Observ. s. I, p. 353.). Est igitur τὸ ἔργον h. l. opus aedificantis, aedificium. Τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ *Theodoretus fidem* dici putavit motus loco Joh. 6,29. ubi τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ opus est, quod Deus a nobis fieri vult, *Chrysostomus* τὴν σωτηρίαν τοῦ ἀδελφοῦ interpretatus est (cf. vs. 15. — μὴ ἀπόλλυε —), *Pelagius hominem a Deo creatum* exposuit, *Estius*, *Meyerus* al. *hominem divinitus renatum* (2 Cor. 5, 17. Eph. 2,10.) enarrarunt, *Koelln.* et *Borg. quaecunque Deus per Christum in hominum salutem perfecit*, *Morus* aliique τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ i. e. (!) *doctrinae christianae propagationem per terrarum orbem inter Judaeos et paganos.* Esse τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ Christianorum *pietatem*, *concordiam et quam concordia parit hilaritatem* sic ostenditur. Quod P. vs. 19. τὰ τῆς εἰρήνης καὶ τὰ τῆς οἰκοδομῆς vocavit, idem vs. 20. τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ dixit. Jam quum τὰ τῆς εἰρήνης καὶ τὰ τῆς οἰκοδομῆς vs. 19. τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν εἰρήνην καὶ τὴν χαρὰν ἐν πν. ἁγίῳ vs. 17. complectantur, haec ipsa τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ vs. 20. contineat necesse est. Restat, ut de Genitivo τοῦ θεοῦ dicatur. Hunc omnes, nisi fallor, interpretes sic exponunt: *opus, quod Deus exstruxit* (1 Cor. 9, 1.). Sententia aptissima est (cf. Phil. 2, 13.). Nihilominus equidem cum eo non acerrime contendam, qui *opus Deo proprium aut dedi-*

catum enarrare maluerit (1 Cor. 3,9. θεοῦ οἰκοδομή ἐστε i. e. *Deo proprium eique consecratum aedificium estis*; expende versum 16.). Recte autem pietatem, concordiam et hilaritatem, res optimas, exstructo operi assimilari, quod Deo proprium eique sacratum sit in promtu est. Nunc vero ea esse Apostolus concedit, quae firmiores Romani Pauli praecepto objicere potuissent (vs. 20. et 22.), ut ea refutet neque nullam imbecillorum Christianorum rationem habendam esse demonstrare ostendat vs. 20. 21. et 22. 23.. Et primum quidem firmi Romani sic disputare potuissent: vetas tu nos *propter cibum* Dei opus destruere; *at omnes cibi mundi sunt* (ἀλλὰ πάντα καθαρά·). *Non igitur scelus a nobis admittitur, si omnibus promiscue cibis utamur, neque apparet, qui rei mundae usu Dei opus dissolvi possit.* Ad haec Paulus: *omnia* (omnia *alimenta*; nam de his h. l. agitur, cf. vs. 14.) sane, inquit, *munda sunt* (scil. naturâ, cf. vs. 14.), largior, πάντα μὲν καθαρά. At peccat, qui cum alterius offensione omnibus promiscue cibis vescitur; honeste agit, qui a cibo potuque abstinet, quo alter offendatur (vs. 20. ἀλλὰ κακὸν — — ἢ ἀσθενεῖ vs. 21.). Itaque inde, quod omnes cibi per se mundi sunt, nullum scelus a firmis Christianis suscipi neque Dei opus dissolvi, si cum infirmorum offensione omnibus promiscue cibis utantur, minime efficitur. ἀλλὰ] μὲν — ἀλλὰ Cf. Hom. Il. I,22. 24. Act. 4, 16. 17. 1 Cor. 14,17. et Schaef. ad Demosth. T. IV. p. 149. et 238.. ἀλλὰ κακὸν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ διὰ προςκόμματος ἐσθίοντι] Subjectum τὸ πάντα φαγεῖν (cf. *Beng.*) e re supplendum est (v. *Kuehneri* Ausf. Gr. II, p. 37.). Nam verba πάντα μὲν καθαρά sensu cum his congruunt: πάντα μὲν ἔξεστι φαγεῖν. Et de promiscuo omnium ciborum usu h. l. disputatur. Praeterea sententia opposita vs. 21. καλὸν τὸ μὴ φαγεῖν κρέα κτλ. nostram rationem confirmat. Male *Grot.*, *Morus*, *dW.* τὸ βρῶμα, *Reichius* πᾶν, *Pelag.* et *Meyerus* τὸ καθαρὸν Subjectum fecerunt. Κακόν h. l. non *detrimentosum*, *pestiferum* (*Theodoret.*, *Chr. Fr. Schmid.*, *Rueck.* al.), sed *inhonestum* (*Reich.*, *Meyerus*, *dW.*) denotat. Docet oppositum καλόν vs. 21. Loquutio τοῦτό μοι κακόν ἐστιν, quâ *Rueckertus* offensus est, non magis mira est, quam dictio vs. 14. τοῦτό μοι κοινόν ἐστιν, *hoc me polluit.* Ambigua sane per se verba sunt: ἀλλὰ κακὸν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ διὰ προςκόμματος ἐσθίοντι *at inhonestus promiscuus omnium ciborum usus homini est, qui cum offensione* (unter Anstoß, cf. not. ad 2,27.) *illis vescitur.* Nam v. διὰ προςκόμματος et *cum suâ edentis offensione*, ut ὁ ἄνθρωπος ὁ διὰ προςκόμματος ἐσθίων *infirmus* Christianus dicatur (*Chrysost.*, *Theophylactus*, *Chr. Fr. Schmid.*, *Meyerus*,

Rueck. al.), et *cum alterius offensione*, ut ὁ διὰ προσκόμματος ἐσθίων *firmus* Christianus sit (*Pelag.*, *Grot.*, *Beng.*, *Kopp.*, *Boehm.*, *Flatt.*, *Reich.*, *dW.* al.) declarare possunt. Posteriorem interpretationem veram esse invictis argumentis doceri potest. Verbis ἀλλὰ κακὸν — — ἐσθίοντι Paulus ex sententiâ firmis Romanis benigne concessâ (πάντα μὲν καθαρά) non peccare neque Dei opus evertere, qui nullo infirmorum Christianorum respectu habito mundis cibis promiscue vescatur minime consequi ostendere debet. Hoc effectum est, si verbis ἀλλὰ κακὸν — ἐσθίοντι haec sententia subest: at peccat *firmus* Christianus promiscuo mundorum ciborum usu, qui cum *infirmi* offensione cibos suos capiat: nam eo, quod imbecillum offendit, *turbat concordiam*, *infirmum in maestitiam conjicit* etc. (i. q. Dei opus destruit); non effectum est, si Ap. hoc dixit: at scelere se devincit *infirmus* Christianus, qui *contra animi* conscientiam nullum ciborum discrimen facit. Imo hae sententiae plane non cohaerent: noli tu, homo *firme*, ex eo, quod omnia alimenta per se pura sunt, nullum *a te* scelus fieri neque Dei opus *a te* everti, qui nullâ *infirmi* ratione habitâ *omnibus* promiscue cibis *utaris*, concludere; quin tu hominem *imbecillum*, qui repugnante conscientiâ nullum ciborum discrimen faciat, *peccare* memento. Homo infirmus quum firmum carnibus vesci viderit non continuo ejus factum imitatur, sed ejus levitate, quam impietatem interpretatur, laeditur, exasperatur, in maerorem conjicitur. Deinde τὸν ἄνθρωπον τὸν διὰ προσκόμματος ἐσθίοντα vs. 20. *firmum* Christianum dici, qui cum *infirmi* offensione omnia sine discrimine comedat, evincit sententia opposita v. 21. Ibi Paulus *firmum* Romanum alloquens, honestum est, inquit, *te* carnibus, vino et unaquaque re abstinere, quâ *frater tuus offendatur*. Itaque v. vs. 21. μηδὲ ἐν ᾧ ὁ ἀδελφός σου προσκόπτει voc. πρόσκομμα vs. 20. offensionem esse, quae *infirmo* Romano *a firmo* proficiscatur, demonstrant. Tum versus 22. rem comprobat. Ibi rursus Apostolus firmo Romano quod obtendere poterat, ne Pauli praecepto satisfaceret (ἀλλὰ πίστιν ἔχω) benigne largitur: deinde *oratione in eum conversâ* objectionem alio valere, quam quo ille rettulisset monet (κατὰ σεαυτὸν ἔχε ἐνώπιον τοῦ θεοῦ κτλ.). Hinc elucet, item verbis vs. 20. ἀλλὰ κακὸν κτλ. *firmum* Romanum a Paulo dictum esse, qui *infirmum* suis cibis offenderet. Postremo considerandum est, Paulum per totum hunc locum vs. 13. — 22. et rursus 15, 1. — 4. cum firmo Romano agere, ut ne infirmum liberaliore suo victu laedat eum permoveat et sententiam 14,23. eodem consilio ab eo adjectam esse. Quamquam Paulus vs. 19.

communicatione utitur, tamen *firmum* Romanum ab eo dictum esse apparet. Hunc vs. 20. compellat *μὴ ἕνεκεν βρώματος κατάλυε τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ.* Quo facto postquam *eidem* rem concessit, quâ is suum interdictum oppugnare posse videretur (*πάντα μὲν καθαρά*), restabat, ut concessionem non *ex ejus re* esse, sed *contra eum* valere ostenderet, quod fecit verbis *ἀλλὰ κακὸν κτλ.*, si nostram interpretationem inieris. Altera explicatio: at inhonestus est omnium ciborum usus homini (*infirmo*), qui cum *suâ* offensione illis utitur, invalidis argumentis defensa est. Nam versum 20. versui 14. respondere (*Meyerus*, *Rueck.*) precario sumitur. Respondet potius vs. 20. versui 15.. Quod autem verbis *ἀλλὰ κακὸν κτλ.* rationem declarari obtendunt, quâ promiscuo omnium quamvis purorum ciborum usu Dei opus destruatur, infirmo nempe homine, ut repugnante conscientiâ cibo vescatur, quem abominetur (v. *Rueck.* cl. *Meyero*) inducto, reputandum est, v. *ἀλλὰ κακὸν κτλ.* ad v. *πάντα μὲν καθαρά*, non ad vocc. *μὴ ἕνεκεν βρώματος κατάλυε τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ* pertinere, ceterum v. *ἀλλὰ κακὸν κτλ.*, si ea nobiscum exposueris, sane et *peccare* et *Dei opus dissolvere* qui cum *infirmi* offensione omnibus quamvis puris cibis promiscue utatur planum facere.

V. 21. Addit P. sententiam ei, quae proxime praecessit, oppositam: *praeclara* (honesta) *tibi est*, inquit, *abstinentia a carnibus*, *et vinô*, *et eâ re*, *in quâ frater tuus offenditur*, *aut laeditur*, *aut imbecillis est.* *καλόν*] scil. *σοί ἐστι* (1 Cor. 9, 15.). Cf. v. *ὁ ἀδελφός σου* et v. 20.. Male *Lutherus*, *Grotius*, *Flattus* al. *καλόν melius est*, *satius est* explicuerunt. Neque enim sequitur *ἤ* (Matth. 18, 8., ubi v. not. p. 574. et *Wineri* gr. p. 217. sq.). Frustra *Rueckertus*, *Grotii* opinionem anacolutho defendit, cujus suspicio non cadit in simplicissimam hanc Pauli enuntiationem. Nam Paulum haec scripturum: *καλὸν τὸ μὴ φαγεῖν κρέα μηδὲ πιεῖν οἶνον μηδὲ ἄλλο ὅ τι οὖν μᾶλλον ἢ ἵνα σκανδαλίσῃς τὸν ἀδελφόν σου.*, dum verbis — *μηδὲ πιεῖν οἶνον μηδὲ* exaratis *ἄλλο ὅ τι οὖν*, quod in mente haberet, accuratius constituere vellet, ab inchoatâ structurâ deflexisse (*μηδὲ — ἐν ᾧ ὁ ἀδελφός σου προσκόπτει κτλ.*)! Quum infirmos Romanos oluscula comedisse, a carnibus abstinuisse e vs. 2. appareat, eosdem etiam *a vino* abhorruisse statuendum est (v. supra). Ceterum P. *carnes* et *vinum* pro *delicato* cibo potuque commemoravit. Perspicuus in hanc rem locus est 1 Cor. 8, 13. *Διόπερ εἰ βρῶμα σκανδαλίζει τὸν ἀδελφόν μου, οὐ μὴ φάγω κρέα* (carnes, cibum *delicatissimum*, non solum *βρῶμα* vulgare et quo non admodum delector) *εἰς τὸν αἰῶνα, ἵνα μὴ τὸν ἀδελφόν μου σκανδαλίσω.*

Rueckertus Paulum carnibus et vino *quotidianum* Romanorum victum declarasse putat. Non in eâ plerique Romani, homines de plebe, fortunâ fuisse videntur, ut quotidie carnibus et vino mensas exstruere possent. μηδὲ] aut supple φαγεῖν ἢ πιεῖν τοῦτο, ἐν ᾧ κτλ. (*Theophyl.*, *Beng.*, *Flatt* al.), aut cogitando adde ποιεῖν, s. πράσσειν τοῦτο, ἐν ᾧ κτλ. (*Grot.*, *Meyerus* al.). Praefero illud, quoniam per totum hunc l. de cibo potuque agitur vs. 14. 15. 17. 20.. *Chrysostomus* solum πιεῖν mente adjecisse videtur, ut nuper *Koppius*, *Chrys.*: καὶ τί λέγω κρέα; Κἂν οἶνος ᾖ, κἂν ἄλλο ὁτιοῦν τοιοῦτον σκανδαλίζον, ἀπέχου. προςκόπτει ἢ σκανδαλίζεται ἢ ἀσθενεῖ] Haec textus recepti lectio, quam Basilius II, 437. 670., Chrysostomus, Theophylactus, scholia graeca, Pelagius aliique habent, *Knappius*, *Lachmannus* et alii retinent, *Matthaeius*, *Reich.*, *dW.* multique alii defendunt, aptissimam sententiam praebet: — *neque edere aut bibere rem, in quâ frater tuus offenditur, aut* (ut technico vocabulo utar) *laeditur* (v. not. ad vs. 13.), *aut infirmus est.* Plus dicitur ultimis verbis ἢ (ἐν ᾧ ὁ ἀδελφός σου) ἀσθενεῖ, quam iis, quae antecedunt μηδὲ (φαγεῖν ἢ πιεῖν τοῦτο) ἐν ᾧ ὁ ἀδελφός σου προςκόπτει ἢ σκανδαλίζεται. Nam his praeclarum esse eo victu te abstinere, quo tuus frater (pro suâ imbecillitate) *offendatur*, illis pulchrum esse te eo victu non uti, quo frater tuus, quoniam *infirmus* sit, *offendi possit* Apostolus declarat. Quemadmodum vs. 13., ita hîc quoque interpretes vana verborum προςκόπτειν, σκανδαλίζεσθαι et ἀσθενεῖν discrimina excogitarunt. *Theophylactus* (v. etiam *Oecumenium* et schol. cdd. d. et n. apud *Matthaeium*): Εἰπὼν δὲ ὅτι προςκόπτει ἔδειξεν αὐτὸν τυφλώττοντα· οἱ γὰρ τοιοῦτοι προςκόπτουσιν. Σκανδαλίζεται δὲ ὡς κοῦφος, ἀσθενεῖ δὲ ὡς ὀλιγόπιστος. *Bengelius*: „προςκόπτει] *impingit* et vulneratur, adductus ad te imitandum temere, cum jacturâ *justitiae*: σκανδαλίζεται —] irretitur et impeditur, abhorrens ab actione tuâ, cum jacturâ *pacis*: ἀσθενεῖ] infirmus fit, vel certe manet; — viribus internis defectus et haesitans inter imitationem et horrorem, cum jacturâ *gaudii* (cf. vs. 17.).“ Contra *Wetstenius*: προςκόπτει] tuum factum abominans: σκανδαλίζεται] tuum exemplum contra conscientiae suae dictamen imitans. Verba ἢ σκανδαλίζεται ἢ ἀσθενεῖ omittunt A. C. 67.** Syr. Erp. Copt. Aeth., Rufinus ad h. l., Hieronymus, Origenis interpres Hom. XXV in Lucam III, 962. et Origenes ipse hunc versum usque ad προςκόπτει tantummodo excitans I, 762., Damascenus II, 53. et Augustinus *semel*. Itaque suspecta visa sunt *Millio* ad h. l. et Prol. §. 1204., *Zach. Peircio* apud *Wolfium*, *Koppio*; *Gries-*

bachio, *Rueckerto* aliisque, deleta a *Tischendorfio*. At ea genuina esse certum est. Nam primum quidem unde nata sint vocabula ἢ σκανδαλίζεται ἢ ἀσθενεῖ probabiliter dici nequit. Nam σκανδαλίζεται et ἀσθενεῖ duplex esse glossema verbi προςκόπτει (*Mill.*, *Kopp.* al.) temere contenditur, quandoquidem longe aliud est ἀσθενεῖ, quam προςκόπτει. Librarios σκανδαλίζεται et ἀσθενεῖ ex ante dictis supplevisse (*Olsh.*) non rectius affirmatur. Poterant ἢ σκανδαλίζεται ex vs. 13. repetere, unde ἢ ἀσθενεῖ hauserint nemo dixerit. Neque enim credo exstiturum, qui voce. ἢ σκανδαλίζεται ἢ ἀσθενεῖ ex 2 Cor. 11, 29. in hunc l. illata esse sibi persuadeat. Contra quomodo v. ἢ σκανδαλίζεται ἢ ἀσθενεῖ excidere potuerint facile intelligitur. Negligi potuerunt, ab interpretibus potissimum et Patribus eccles., qui hunc l. laudarent, ut *supervacanea* (cf. v. 13.). Potuit etiam oculorum error, quum προςκόπτει cum ἀσθενεῖ confunderetur, innocentibus voculis exitium parare. Deinde si v. ἢ σκανδαλίζεται ἢ ἀσθενεῖ librarii assuissent, quemadmodum in corruptis locis fieri solet (v. v. c. vs. 8.), qui libri ea habent multum inter se dissiderent. Itaque alii σκανδαλίζεται, ἢ ἀσθενεῖ, ἢ προςκόπτει praeberent, alii ἀσθενεῖ, ἢ προςκόπτει, ἢ σκανδαλίζεται haberent, alii alio ordine verba referrent. At nihil variant, nisi quod 76. et Mt. d. σκανδαλίζεται ante προςκόπτει ponunt. Denique ἀσθενεῖ a Paulo profectum esse proxima vs. 22. verba Σὺ πίστιν ἔχεις evincunt. Nempe verbum ἀσθενεῖ hanc cogitationem in Pauli mente excitavit, posse firmum Romanum ἀλλὰ πίστιν ἔχω (i. q. ἀλλ' οὐκ ἀσθενῶ) sibi objicere. Itaque quod obtendi potuisset ultro concessit (σὺ πίστιν ἔχεις·), ut id nihil ad rem valere demonstraret (κατὰ σεαυτὸν ἔχε ἐνώπιον τοῦ θεοῦ· κτλ.). Expende, quaeso, versum 2. ὃς μὲν πιστεύει φαγεῖν πάντα, ὁ δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει.

V. 22. Sentit Paulus, ex iis, quae v. 21. dixerit, hanc a firmo Romano objectionem peti posse: *at est mihi firma mentis sententia*: *at non haereo, quid statuam* (ἀλλὰ πίστιν ἔχω i. q. ἀλλ' οὐκ ἀσθενῶ s. διακρίνομαι): quidni igitur cibo vescar, cujus usum concessum esse *certo sciam*. Quare Apostolus quod sibi opponi posse videt, firmo Romano largitur: σὺ πίστιν ἔχεις· *tibi firmum mentis judicium est, concedo* (cf. v. 20. πάντα μὲν καθαρά). Deinde ex sententiâ benigne ei concessâ, ut suo judicio apud animum suum fruatur, non ut id vitâ factisque exprimat cum infirmi Christiani detrimento consequi P. monet: κατὰ σεαυτὸν ἔχε ἐνώπιον τοῦ θεοῦ (cf. v. 20. ἀλλὰ κακὸν κτλ.). Quum igitur verba σὺ πίστιν ἔχεις *concessionem* contineant, eos falli patet, qui illa *interrogationem* complecti putant cum *Grotio*:

σὺ πίστιν ἔχεις; Qui interrogandi notâ appositâ Pauli orationem concitatiorem reddi dixerunt (v. c. *dW.*), percontationem etiam propterea ab h. l. abhorrere, quod ea firmum Romanum πίστιν habere negaret, non animadverterunt: *tibi firma mentis sententia est? Imo eâ destitutus es.* At firmum Romanum πίστιν habere Paulo confitendum est (σὺ πίστιν ἔχεις· cf. v. 2. et 20.); illud negare debet, recte eam cum imbecilli fratris peste a firmo Romano jactari (κατὰ σεαυτὸν ἔχε ἐνώπιον τοῦ θεοῦ). σὺ πίστιν ἔχεις] ἣν post πίστιν inculcant A. B. C. Toletanus, Rufinus, Augustinus et Pelagius. (*Rufinus*, *Augustinus* et *Pelag.* verba sic interpungunt: σὺ πίστιν, ἣν ἔχεις κατὰ σεαυτόν, ἔχε ἐνώπιον τοῦ θεοῦ.). Hanc lectionem, quam omnes Critici repudiarunt, *Lachmannus* recepit. Corrector ἣν addidit, ut quam mancam esse sibi persuasisset sententiam plenam redderet. Qui verborum ratione non perspectâ vocabula σὺ πίστιν — — ἐνώπιον τοῦ θεοῦ *unam* enuntiationem continere opinatus ἣν, vocem, ut putavit, necessariam et a librariis temere neglectam, adjecit: σὺ πίστιν, ἣν ἔχεις, κατὰ σεαυτὸν ἔχε ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, tu firmum mentis judicium, *quod* habes, penes temet ipsum habe coram Deo. Eodem errore ductus *Lutherus* (cf. *Flatt.*) sic vertit: Hast du den Glauben, so habe ihn bei dir selbst vor Gott. h. e. εἰ πίστιν ἔχεις, κατὰ σεαυτὸν ἔχε ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. Πίστις h. l., quemadmodum vs. 1., mentis sententiam de rebus licitis et illicitis declarat, qui opponitur trepidatio utrum aliquid recte an perperam fiat dubitantis, ἡ διάκρισις (cf. v. 23.). *Erasmus*: *fiducia conscientiae. Grotius*: *persuasio ea, per quam quis credit licitum esse id, quod facit, assensus conscientiae. Bengel.* (v. Chrysost.): *fides de puritate cibi.* Κατὰ σεαυτὸν ἔχε ἐνώπιον τοῦ θεοῦ] *apud temet ipsum firmum mentis judicium habe coram Deo, in Dei conspectu* h. e. *tuâ ipsius mente* illud reconde conscio Deo (esto conscientiâ tuâ et Deo teste contentus, v. *Chrys.* et *Theophyl.*). Κατὰ σεαυτόν cum pondere ante v. ἔχε positum hoc dici indicat: κατὰ σεαυτὸν ἔχε ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, μὴ δείκνυε τῷ ἑτέρῳ (Gal. 6, 4.) *tuo ipsius animo* firmam sententiam repositam habe, *noli eam ostentare alteri.* Hinc eos errasse elucet, qui (*Ambrosiaster*, *Herzogius* apud *Wolfium* al.) κατὰ σεαυτὸν cum verbis σὺ πίστιν, ἔχεις consociarunt: σὺ πίστιν ἔχεις κατὰ σεαυτόν· ἔχε ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. — κατὰ σεαυτὸν] *apud temet ipsum, apud tuum ipsius animum*, κατὰ τὸν νοῦν σεαυτοῦ. Cf. homericum κατὰ θυμόν. Heliodor. 7, 16. ἀλλ' ἐχεμύθει καὶ κατὰ σαυτὸν ἔχε καὶ μηδενὶ φράζε. Joseph. A. J. 2, 11, 1. ὁ δὲ (Aegyptiorum rex) καὶ καθ' αὑτὸν μὲν εἶχε τὴν τοῦ πράγματος ἐπίνοιαν — —. He-

rodot. 3, 74. — ἤ μὲν ἔξειν παρ' ἑωυτῷ, μηδ' ἐξοίσειν μηδενὶ ἀνθρώπων τὴν ἀπὸ σφέων ἀπάτην ἐς Πέρσας γεγονυῖαν.] Ad sententiam contende 1 Cor. 14, 28. ἐὰν δὲ μὴ ᾖ διερμηνευτής, σιγάτω ἐν ἐκκλησίᾳ (scil. ὁ λαλῶν γλώσσῃ v. 27.), ἑαυτῷ δὲ λαλείτω καὶ τῷ Θεῷ (i. e. apud animum suum orationem recitet Deum auditorem habiturus.) Epicteti Dissert. 4, 8, 17. — καλῶς Εὐφράτης ἔλεγεν, ὅτι ἐπὶ πολὺ ἐπειρώμην λανθάνειν φιλοσοφῶν, καὶ ἦν μοι, φησὶ, τοῦτο ὠφέλιμον. Πρῶτον μὲν γὰρ ᾔδειν ὅσα καλῶς ἐποίουν, ὅτι οὐ διὰ τοὺς θεατὰς ἐποίουν, ἀλλὰ δι' ἐμαυτόν· ἤσθιον ἐμαυτῷ καλῶς, κατεσταλμένον εἶχον τὸ βλέμμα, τὸν περίπατον· πάντα ἐμαυτῷ καὶ τῷ Θεῷ. M. Antoninus De rebus suis 7, 58. — μόνον πρόσεχε καὶ θέλε σεαυτῷ καλὸς εἶναι ἐπὶ παντὸς οὗ πράσσεις., ubi vide *Gatakerum*. *Reichius* κατὰ σεαυτὸν *quod ad te ipsum attinet* explicuit (v. Luciani Jup. Trag. c. 24. κατ' ἐμαυτόν et not. ad Rom. 1, 15. T. I. p. 40.), hoc Apostolum dicere arbitratus: *quod ad te ipsum attinet* (non quum verendum est, ne *alterum offendas*) *habe* (sequere) *firmum mentis tuae judicium coram Deo* (qui tibi tuum factum non exprobrabit). *Grotius*: „κατὰ σεαυτὸν ἔχε ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ] i. e. tunc utere, quum alium non habes testem, quem offendas." Haec sententia a Pauli verbis abhorret, quandoquidem ἔχειν πίστιν *habere* firmam mentis sententiam, non eam *sequi* denotat (cf. v. σὺ πίστιν ἔχεις). Deinde istam sententiam Pauli disputatio respuit. Non illum praeclare agere dixit, qui praesente infirmo carnibus abstineat, absente carnibus vescatur, sed *abstinentiam* a carnibus, vino et iis rebus, quibus infirmus Christianus vel offendatur vel offendi possit praeclaram vocavit v. 21.. Denique illi sententiae Pauli sanctitas et prudentia reclamat. Qui praecipit: abstine tu quidem vino quum homines, qui vinum abominentur, tecum sint, sed vinum bibe remotis arbitris: levitatis cum simulatione conjunctae commendator recte judicatur. Qui autem hoc consilium scribit in epistolâ et hominibus, qui pie vinum bibi putant, et viris, qui vini usum relligioni habent dicatâ, incautus, ne dicam stultus, jure meritoque existimatur. Addo infelicissimam *Rueckerti* explicationem: *ubi cum Deo tibi res est* (ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ), tuam tibi sententiam retine, in eâ permane neque te ab eâ demoveri patere! Ut posse firmum Romanum suae conscientiae et Dei testimonio acquiescere (κατὰ σεαυτὸν ἔχε ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ) appareat, P. hanc sententiam adjicit: *beatus est, qui se non in judicium vocat in re, quam approbat* (i. q. beatus est, qui in re, quam probat, non haesitat, sed cui de eâ persuasissimum est), neque est, quod,

ut sit beatus, firmam mentis sententiam cum alterius damno factis exprimat (μακάριος — — δοκιμάζει.). *Lutherus*: Selig ist, der ihm selbst kein Gewissen macht in dem, das er annimmt. μακάριος — — δοκιμάζει] i. e. μακάριος ὁ μὴ κρίνων ἑαυτὸν ἐν τούτῳ, ὃ δοκιμάζει. *Δοκιμάζειν* h. l. valere *probare* (v. *Raphelii* Annot. phil. ex Polybio et Arriano p. 449.) tantum non ab omnibus interpretibus intellectum est. Male *Calvinus examinare* enarravit. Sed permulti explicatores (*Chrysost.*, nuper *Rueck.*, *Meyerus*, *dW.* al.) κρίνειν perperam pro κατακρίνειν *damnare* sumserunt. Multa eos ab hoc consilio deterrere debuerunt; paronomasia in verbis κρίνειν, διακρίνεσθαι et κατακρίνειν vs. 22. et 23. (cf. 1 Cor. 11, 29. sq.) de industriâ quaesita, unde Paulum aliam vim verbo κρίνειν, quam verbo κατακρίνειν tribuisse cognoscitur, sententiae falsitas (non se condemnant multi homines leves et improbi in re, quam stulte et impie approbant neque idcirco beati praedicandi sunt, v. *Chrys.*), et sententia opposita v. 23.. Nempe κατακέκριται v. 23. voci μακάριός ἐστιν et ὁ διακρινόμενος v. 23. vocabulis ὁ μὴ κρίνων ἑαυτὸν ἐν ᾧ δοκιμάζει oppositum est. Hinc v. ὁ μὴ κρίνων ἑαυτὸν ἐν ᾧ δοκιμάζει declarare τὸν μὴ διακρινόμενον ἐν ᾧ δοκιμάζει efficitur. *Theodoretus*: — διὸ μακαρίζει τὸν μὴ κρίνοντα ἑαυτόν, τουτέστι μὴ διακρινόμενον. Judicio se arcessit et quaestionem de se exercet (κρίνει ἑαυτὸν) in re quam probat qui dubitat (ὁ διακρινόμενος), utrum quod perlevi momento motus approbat, an quod aliquibus de causis rejicit verum sit, isque miser est. Quid enim animi fluctuatione, quum quid sentiendum aut agendum tibi sit, non satis scias, miserius? Non in judicium se adducit (οὐ κρίνει ἑαυτὸν) neque deliberat, utrum quod sibi placeat an quod displiceat rectum sit, cui fixum et ratum mentis decretum est, quod sequatur (ὁ πίστιν ἔχων, ὁ μὴ διακρινόμενος). Hic sane beatus est. Nam de recto et vero non errantem et vagam, sed stabilem certamque sententiam habet. Utique generalis haec sententia est: μακάριος ὁ μὴ κρίνων ἑαυτὸν ἐν ᾧ δοκιμάζει, sed quam in firmum Romanum sic transferendam esse vs. 23. ostendit: beatus es, firme Romane, qui pro certâ tuâ de divinitus concesso carnium et vini usu sententiâ in re quam probas non haesitas neque, ut imbecillis Christianus facit, in judicium te voces, utrum carnibus et vino uti fas an nefas sit cum animi angore deliberans. Esto hâc beatitate, quam sententiae tuae firmitas tibi affert, contentus (v. 22.); in infirmi Christiani perniciem tuam sententiam ostentare noli (v. 23.).

V. 23. Ut P. firmum Romanum deterreat, queminus infirmum ad carnium esum suo exemplo inducat (15, 1.),

hanc sententiam annectit: *qui autem* (de cibi puritate) *dubitat, si ederit, condemnatus est, quoniam non e certâ mentis sententiâ edit.* ὁ διακρινόμενος] *qui dubitat* (cf. 4, 20.). It. Vulg. Augustin. al. *qui discernit.* Confuderunt ὁ διακρινόμενος cum ὁ διακρίνων. κατακέκριται] *damnatus est,* nempe hoc ipso, quod dubitans, utrum pie an impie carnibus vesceretur, carnes edit (v. *Wineri* gr. p. 249.). Non exponam eum *Grotio*: *κατακέκριται. a semet ipso scilicet*; neque cum aliis *nempe a Deo*, sed sumam in universum: damnatus est peccati *a nemine non*, a Deo, a Christo, ab hominibus, qui rem rescierint, a semet ipso, *damnationem subiit.* ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως] scil. ἔφαγε. Ut Paulinae vocis veritas cognoscatur, hoc argumento firmatur: πᾶν δὲ ὃ οὐκ ἐκ πίστεως (scil. γίνεται), ἁμαρτία ἐστίν. *quidquid autem non firmo mentis judicio peragitur peccatum existimandum est.* (τὸ pro ὃ tantum habent D.* 37. 71. Athanasius II, 388. hunc l. in rem suam convertens, γὰρ pro δὲ posuit et γενόμενον post ἐκ πίστεως addidit.). Ita igitur P. argumentatus est: quidquid non firmo mentis judicio fit, peccatum est. Atqui certâ mentis sententiâ destitutus facit aliquid, qui haesitans, utrum carnium usus pius an impius sit, carnes comedit. Itaque peccat qui utrum carnium usus licitus an illicitus sit dubitans carnibus vescitur. Pauli *quidquid non satis certo mentis judicio patretur peccatum censendum esse affirmantis sententiâ* nihil verius est. Ut pie aliquid facias et quid Deus a te fieri velit persuasissimum habere et quod officii rationes postulare certe scias, id Dei reverentiâ impulsus facere debes. Quamobrem et qui poenae metu aut emolumenti spe adductus quod Deo acceptum esse cognoverit facit peccat, et qui committit quod utrum fas an nefas sit non satis exploratum habet delinquit. Nam animi impetu incitatus facit priusquam quid faciendum sit ratione et consilio usus perspexerit et temere se dat in dubiam pietatis et impietatis aleam. Aleâ ludit in officio. Praeclarum igitur praeceptum est, quod Romanorum proverbio continetur: *quod dubitas ne feceris* (Plinius epist. 1, 18, 5.). Absurde Augustinus multis locis (v. c. in Joh. tractat. 86, 2., ad Bonifac. 3, 5., contra Julian. 4, 3.) πίστιν h. l. *fidem in Christo repositam* (fidem justificantem) exposuit et ex Apostoli voce *quidquid non e fide Christo habitâ proficiscitur peccatum est*, quam cum Hebr. 11, 6. contenderet, hanc sententiam collegit: vel pulcherrima hominum Christo non fidentium facta peccata esse inani virtutis specie splendentia. Item nonnulli Rabbini neminem nisi Judaeum pie agere posse putarunt, quorum nota vox est: *optimum opus, quod gentes faciunt, peccatum*

est (Tanchuma f. 34, 4.). Augustinum Prosper Aquit. in sentent. 105., *Pareus*, *Calovius* aliique sequuti sunt. Rectissime recentissimi interpretes Chrysostomum, quam Augustinum imitari maluerunt. Quippe perspicuum est, fidem Christo, hominum servatori, adjungendam neque defuisse firmis Romanis (v. 23.) neque imbecillem in iis fuisse (v. 1. 2.). Quamquam *Tholuccius* Chrysostomi interpretatione repudiatâ, quod neque cum v. 22., neque cum v. 1. et 2. conciliari posset, quandoquidem τῷ ἀσθενοῦντι τῇ πίστει nefas esse carnibus vesci *exploratum* fuisset, *πίστιν fidem hominis pii* (religiösen Glauben) explicuit ejusque hominis fidem imbecillem a Paulo dictam esse observavit, qui quidnam sibi credendum esset nondum penitùs percepisset. Primo Tholuccius infirmos Romanos a carnibus abstinendum esse *certo* statuisse temere sumsit. Dubitarunt potius illi, utrum carnes pie an impie comederentur. Itaque, ut decet homines relligiosos, a carnibus abstinuerunt, regulam *quod dubitas ne feceris* sequuti. Recte autem *mentis sententiâ infirmum* eum vocari, cujus animus haereat quid statuat, in promtu est. Deinde Tholuccii enarratio falsa est propterea, quod P. neque infirmos Romanos piorum hominum fide destitui (v. 23.), neque hanc tenuem in illis esse (v. 1. 2.) jure dicere potuit. Mentis sententia in illis infirma fuit et fluctuavit eorum animus. *Bengelium*, quem *Tholuccius* sententiae suae auctorem citavit, plane non intellexit. *Beng.*: „ἐκ πίστεως, ex fide] de quâ v. 2. 5. fin. 14. init. 22. Innuitur ergo ipsa *fides* (i. e. die Ueberzeugung), quâ fideles (np. sensu Romanorum, non Patrum eccles.) censentur, conscientiam informans et confirmans; partim fundamentum, partim norma rectae actionis." Origenem (Rufinum) autem *πίστιν* h. l. non explanasse *fidem evangelio habendam*, vel haec ejus verba ostendunt: „Causam quoque hujus damnationis exponit dicens: quia *non ex fide* sumitur, *sed* utique *ex dubitatione*." Rufini disputationem Tholuccius non assequutus est. — De doxologiâ, quam *Griesbachius* post 14, 23. collocavit, T. I. p. XXXVIII. sqq. disseruimus.

CAP. XV.

ARGUMENTUM.

Oportet autem nos firmos pravas infirmorum opiniones ferre neque nobis ipsis placere (v. 1.). Quisque nostrûm alteri placere studeat quod ad honestum attinet, ut alterius salus augeatur (v. 2.). Nam Christus quoque non sibi ipsi placuit, sed (ita a Davide Ps. 69, 10. loquens inducitur) *maledicta eorum hominum, qui tibi, mi Deus, maledicunt, me obruerunt* (v. 3.). Hoc sacris V. T., quam meis verbis dicere malui. Nam quaecunque olim in sacris V. T. libris scripta sunt, ut nos erudiremur ibi divinitus consignata sunt, nempe ut per constantiam in perferendis malis, quâ libri s. animos nostros roborant, et per consolationem, quam nobis in calamitatibus exhauriendis sacer codex adhibet, beatae vitae spe nunc teneamur (v. 4.). Deus autem, qui constantiam et consolationem nobis per V. T. libros largitur, det vobis mutuam, quâ indigetis, concordiam de *Christi* sententiâ, ut in animorum consensione uno ore Deum celebretis, *salutis per Christum partae auctorem* (v. 5 et 6.). Ut igitur in animorum consensu uno ore a vobis *Deus laudetur*, vos in amicitiam recipite invicem, quemadmodum etiam Christus vos sibi sociavit, ut *Deo laudes* pareret (v. 7.). Hoc autem mihi volo: Christum Judaeorum adjutorem exstitisse Dei *veracitatem* in luce collocaturum, ut nempe rebus affirmaret promissa patriarchis data, paganos autem (in Dei amicitiam per Christum receptos), pro *benevolentiâ in se collatâ* Deum *laudare* (v. 8. et 9.)., quod eos facturos esse V. T. vates instinctu afflatuque divino Ps. 18, 50. Deut. 32, 43. Ps. 117, 1. et Jes. 11, 10. praenuntiarunt (v. 9—12.). Et Jesajas quidem l. c. his verbis usus est: *non frustra exspectabitur Jessaei suboles* (Messias Judaeis promissus) *et is, qui exsurgit, ut regnet in gentiles: in eo* (en Dei benignitatem) *gentiles spem reponent* (v. 12.). Deus autem, *spei* dator, impleat vos omni hilaritate et concordiâ, dum fidem habeatis, ut *abundetis* (sempiternae vitae) *spe* per vim divini spiritus (v. 13.). Persuasum est autem, fratres mei, et ipsi mihi (qui tam graviter vos admonui), vos et ipsos (licet a me non admonitos) abundare bonitate omnique rerum div. scientiâ instructos esse, qui possitis etiam vos invicem commonere, ut me hortatore non egeatis (v. 14.). Audacius autem (quam pro summâ vestrâ bonitate perfectâque sapientiâ) scripsi vobis, fratres, passim, ut *rursus vobis in memoriam revocans* propter Apostoli facultatem et provinciam idcirco mihi a Deo benigne datam, ut *sacerdos Christi* essem, quod ad paganos (Deo per me consecrandos) attinet, qui sacerdotis modo Dei doctrinam inter gentiles administrarem, ut gentiles (per fidem, quam Christo habuissent) tanquam sacrificium Dei arae admoti Deo accepti essent, meâ nempe evangelii administratione per spiritum s. consecrati et optimi Christiani redditi (v. 15. et 16.). Licet igitur mihi gloriari *ut Christi sacerdoti in sacerdotii mei administratione* (v. 17.). Non enim sustinebo aliquid praedicare eorum, quae non perfecit *Christus per me ut gentiles ei obedientes redderem* (i. q. ut gentiles Deo offerrem *sacerdos*)

verbo et re, per vim miraculorum et portentorum, per potentiam spiritus divini, hoc eventu, ut ab Hierosolymis et circum circa usque ad Illyriam Christi evangelium suppleverim, ita quidem ut doctrinam div. tradam enixe operam dans, non ubi Christi nomen innotuerit, me ab aliis magistris jacto fundamento abutar, sed, id quod Jesajae oraculum 52, 15. mihi praescribit, iis paganis, qui nondum quidquam de Christo inaudiverint (v. 18. — 21.). Hinc nimirum impediebar plerumque, quo minus ad vos venirem, quibus Christus jam innotuit (v. 22.). Nunc vero quum non diutius locum docendi eos, quibus Christi nomen nondum innotuerit, habeam in his regionibus, desiderio autem tenear veniendi ad vos a multis annis, simulac proficiscar in Hispaniam videbo vos, uti spero, iter per vestram urbem faciens et a vobis illuc deducar, quum vestrâ consuetudine ante omnia aliquatenus satiatus fuero (v. 23. et 24.). Nunc autem proficisci cogito Hierosolyma et operam navare hominibus Deo sacratis (v. 25.). Nempe placuit Macedonibus et Achaeis parvam quandam pecuniae collationem in pauperes facere, qui sunt inter Christianos hierosolymarios (v. 26.). Nimirum placuit Macedonibus et Achaeis hierosolymariorum Christianorum beneficio obligatis. Nam si caelestium divini spiritus bonorum, quae possident participes facti sunt gentiles, oportet hos etiam in humanis bonis Hierosolymariis ministrare (v. 27.). Quum igitur hoc negotium (iter Hierosolyma faciendum v. 25.) perfecero et auctoritate meâ firmavero Christianis hierosolymariis hunc factae collationis fructum, discedam per vestram urbem in Hispaniam (v. 28.). Scio autem, me, quum veniam ad vos, ita, ut Christi bonorum abundantiam afferam, venturum esse (v. 29.). Sed obsecro vos per Christum et per caritatem, quam spiritus divinus gignit, ut mecum vehementer contendatis in precibus, quas pro me ad Deum fundatis, ut palaestinensium Judaeorum insidiis eripiar et ut meum collectas pecunias deportantis ministerium Hierosolymis destinatum Christianis jucundum sit vestrâque supplicatione efficiatis, ut laetus (non tristis) ad vos, si *Deus* dederit, veniam et vobiscum me recreem (v. 30 — 32.). *Deus* autem, *felicitatis* (quâ ut laetus ad vos veniam tantopere egeo v. 30 — 32.) largitor, vobis omnibus faveat (v. 33.)!

V. 1. Ὀφείλομεν δὲ ἡμεῖς οἱ δυνατοὶ τὰ ἀσθενήματα τῶν ἀδυνάτων βαστάζειν καὶ μὴ ἑαυτοῖς ἀρέσκειν. 2. Ἕκαστος ἡμῶν τῷ πλησίον ἀρεσκέτω εἰς τὸ ἀγαθὸν πρὸς οἰκοδομήν. 3. Καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτῷ ἤρεσεν, καθὼς γέγραπται οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων δὲ ἐπέπεσαν ἐπ᾽ ἐμέ. 4. Ὅσα γὰρ προεγράφη, εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν ἐγράφη, ἵνα διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ [διὰ] τῆς παρακλήσεως τῶν γραφῶν τὴν ἐλπίδα ἔχωμεν. 5. Ὁ δὲ θεὸς τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως δῴη ὑμῖν τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν ἀλλήλοις κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν, 6. ἵνα ὁμοθυμαδὸν ἐν ἑνὶ στόματι δοξάζητε τὸν θεὸν καὶ πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. 7. Διὸ προσλαμβάνεσθε ἀλλήλους, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς προσελάβετο ὑμᾶς εἰς δό-

ξαν θεοῦ. 8. *Λέγω δὲ Χριστὸν διάκονον γεγενῆσθαι ὑπὲρ ἀληθείας θεοῦ, εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὰς ἐπαγγελίας τῶν πατέρων,* 9. *τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἐλέους δοξάσαι τὸν θεόν, καθὼς γέγραπται Διὰ τοῦτο ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἔθνεσι καὶ τῷ ὀνόματί σου ψαλῶ.* 10. *Καὶ πάλιν λέγει Εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ.* 11. *Καὶ πάλιν· Αἰνεῖτε τὸν κύριον πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἐπαινέσατε αὐτὸν πάντες οἱ λαοί.* 12. *Καὶ πάλιν Ἠσαΐας λέγει· Ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν.* 13. *Ὁ δὲ θεὸς τῆς ἐλπίδος πληρώσαι ὑμᾶς πάσης χαρᾶς καὶ εἰρήνης ἐν τῷ πιστεύειν, εἰς τὸ περισσεύειν ὑμᾶς ἐν τῇ ἐλπίδι ἐν δυνάμει πνεύματος ἁγίου.*

V. 1. Male novi capitis initium h. l. constitutum est, quum hic versus cum 14, 23. intime cohaereat, Caput XIV. versu 13. capitis XV. terminari debuerat. Nempe postquam P. *qui de cibi puritate dubitet, si ederit, eum damnatum esse, quoniam non e certâ mentis sententiâ ederit: quidquid autem non firmo mentis judicio fiat nefas habendum esse* 14, 23. dixit, ut firmos Romanos ne infirmos ad carnium esum suo exemplo impellerent deterreret, *oportere firmos infirmorum errores ferre neque sibi ipsis placere nimio semet ipsos amore prosequentes* monuit (15, 1.): oportet *autem* nos firmos pravas infirmorum hominum opiniones ferre neque nobis ipsis placere et nostras sententias inhumane tueri. Haec generalis sententia est, quam ad rem, de quâ Ap. disputat, nemo non facile accommodet. Si firmos falsas infirmorum opiniones aequo animo ferre neque semet ipsos admirari decet, firmis Romanis nimio sui amore ex animis ejecto falsam infirmorum carnes abominantium sententiam tolerandam esse elucet. Hoc firmorum hominum officium duobus argumentis niti Apostolus significavit. Unum verbis *ὀφείλομεν δὲ ἡμεῖς οἱ δυνατοὶ τὰ ἀσθενήματα τῶν ἀδυνάτων βαστάζειν* indicavit. Nam quemadmodum sanos aegrotorum dolores allevare beatosque et hilares miseros et tristes solatio recreare decet, ita firmos infirmorum errores perpeti oportet. Alterum argumentum ultimis hujus versus verbis inest: admirationem sui (*τὴν φιλαυτίαν*) firmos homines de animis excutere oportere, despicientiae, quâ nulla infirmorum hominum ratio

habeatur, matrem. — Multis rebus *δυνατοὶ* et *ἀδύνατοι* esse possumus, ut *χρήμασι* Thucyd. 1, 13., ut *τοῖς σώμασι καὶ ταῖς ψυχαῖς* Xen. Mem. 2, 1, 19.. H. l. *τοὺς δυνατοὺς* et *τοὺς ἀδυνάτους* dici *τῇ πίστει*, *mentis sententiâ* firmos et infirmos e Pauli disputatione intelligitur (cf. 14, 22. et 14, 1. *τὸν δὲ ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προςλαμβάνεσθε*). Sunt igitur *τὰ ἀσθενήματα τῶν ἀδυνάτων* falsae imbecillorum hominum opiniones e mentis infirmitate animique fluctuatione natae. Similiter *δύναμαι* i. q. *δυνατός εἰμι* 1 Cor. 3, 2. ad *mentem* transfertur. Non recte ibi *Meyerus* post *οὔπω γὰρ ἐδύνασθε* et rursus post *ἀλλ' οὐδὲ ἔτι νῦν δύνασθε* ex ante dictis mente addidit *ἐσθίειν βρῶμα*. Non cogitavit *Graecis δύναμαι* passim idem valere, quod *δυνατός εἰμι* (1 Cor. 10, 13.), quam notionem Ap. aliquando (2 Cor. 13, 3.) verbo *δυνατέω* enuntiavit. Hinc potentes viri a Graecis *οἱ δυνάμενοι* vocati sunt. Recte se P. firmis Christianis annumeravit (*ἡμεῖς οἱ δυνατοὶ*); cf. 14, 14. 20.. Nam nullus Apostolus eum animo a praejudicatis opinionibus libero superavit. Itaque in diversissimorum hominum studia, ut iis consuleret, se transformare potuit 1 Cor. 9, 20 sqq.. *Βαστάζειν* (Apoc. 2, 2.) Ap. ita usurpavit, ut Graeci *φέρειν*, Romani *ferre* (v. c. alicujus perversitatem). Est igitur infirmorum infirmitates ferre eas perpeti, non eas impugnare, sed iis indulgere. Verbis *καὶ μὴ ἑαυτοῖς ἀρέσκειν* firmos homines, ut infirmorum opinionibus indulgeant, *τὴν φιλαυτίαν* ex animis eruere oportere, inhumanitatis, quae aliorum hominum commoda respicere nolit, radicem, Ap. declarat. Theophylactus: *Εἰπών· ὅτι ὀφείλομεν βαστάζειν, διδάσκει, πῶς ἂν γένοιτο τοῦτο, ὅτι ἐὰν μὴ τὰ ἑαυτῶν μόνον ζητῶμεν. Ἑαυτοῖς ἀρέσκειν* et *sibi placere* (v. *Burmannum* ad Petronium c. 44. et *Wetst.* ad h. l.) homines dicuntur nimio sui amore capti (*οἱ αὐθάδεις, οἱ φίλαυτοι*), qui quum se suisque rebus mirifice delectentur superbi sunt et arrogantes et hanc sibi summam vivendi legem scripserunt, ut neglectâ aliorum voluntate quod ipsis collibitum fuerit faciant, suis commodis serviant, aliis utilitatem afferre nolint. Aeschylus Prometh. v. 186. *οἶδ' ὅτι τραχὺς καὶ παρ' ἑαυτῷ | τὸ δίκαιον ἔχων Ζεύς·* Ibi schol.: *πάντα δικαίως οἰόμενος ποιεῖν αὐτὸς ἑαυτῷ ἀρέσκων καὶ δίκαιον νομίζων· εἶναι ὅπερ ἂν βούληται πράττειν.* Terent. Prol. in Heautontimor. v. 51. Exemplum statuite in me, ut adolescentuli | vobis placere studeant potius, *quam sibi.* Aliena *Wetstenius* immiscuit, v. c. *ἀρέσκειν ἑαυτῷ se contentum esse.* Plat. Protag. c. 64. p. 335. a. — *ἔγνων γὰρ ὅτι οὐκ ἤρεσεν αὐτὸς αὐτῷ ταῖς ἀποκρίσεσι ταῖς ἔμπροσθεν* —. (Cic. De oratore 2, 4, 15. Ego enim — nunquam mihi minus, quam

hesterno die placui —, qui etc.). Male multi interpretes (v. c. *Beng.*, *Kopp.*, *Borger.*) ἀρέσκειν h. l. ζητεῖν ἀρέσκειν explicuerunt. Nam qui sui admiratione elati suis quam aliorum commodis servire malunt *sibi placent*, non sibi *placere student* *).

V. 2. Sententia: non ut nobis ipsis (ἑαυτοῖς v. l.) placeamus, sed ut *alteri* (τῷ πλησίον) in honestâ re placere studeamus, quo ejus salus promoveatur, officii rationes poscunt. ἕκαστος γὰρ] γάρ hoc diceret: non *nobis ipsis* nos placere decet (v. l.): *nam* unusquisque nostrûm *alteri* placere studeat etc. i. q. *nam* ut quisque nostrûm *alteri* probari studeat *honestum esse arbitror*. Recte Critici γάρ summo consensu vel damnarunt (v. c. *Grot.*, *Mill.* Prol. §. 1107, et *Wetst.*), vel expunxerunt (v. c. *Beza*, *Beng.*, *Matthaeius*, *Griesb.* et *Knapp.*). Nam pleraque subsidia critica γάρ omittunt et nonnulla (II. codd. apud Erasmum, Syr., Erp., Arm. Slav. ed.) δέ pro γάρ habent, ut γάρ et δέ librariorum supplementa esse appareat. ἡμῶν] ὑμῶν F. G. 37. al. Vulg. Basil. Chrys. Theodoret. Ruf. Pelag. al., quod *Millius* l. c. male probavit. Nam ἡμῶν versu 1. et 4. firmatur. τῷ πλησίον ἀρεσκέτω] *alteri placeat* h. e. *enitatur ut placeat*. Itaque qui ἀρέσκειν hoc versu *placere studere* significare statuerunt vim *Imperativo* subjectam *verbo* indiderunt (cf. not. ad v. 1.). εἰς τὸ ἀγαθὸν πρὸς οἰκοδομήν] Multi εἰς et πρός *finem* indicare, verbis πρὸς οἰκοδομήν vocabula εἰς τὸ ἀγαθόν accuratius constitui, denique τὸ ἀγαθόν aut *honestum*, aut *utile* notare putarunt. Haec de *Wettii* sententia est (quivis nostrum alteri placere studeat, ut quod [alteri] prosit fiat, h. e. ut ei consulatur), illa *Bengelii* (quisque nostrûm alteri placere studeat, ut [quod Deo probatur] honestum perficiatur, ut (dicam

*) S. V. *de Bretschneiderus* Lex. man. p. 52. verbum ἀρέσκω in N. T. duo notare dixit: I. *intransitive placeo*, sequente Dativo personae Rom. 8, 8., vel ex hebraismo ἐνώπιόν τινος Act. 6, 5. II. *transitive* (sic) *studeo placere* 1 Cor. 10, 33. Rom. 15, 2. Gal. 1, 10. 1 Thess. 2, 4.. Erravit, si, quod multi crediderunt, posteriorem vim *verbo* ἀρέσκω inesse putavit, quae Praesenti et Imperfecto contineri potest. Nam haec tempora *de conatu* poni constat (v. *Pflugk.* ad Eur. Hel. v. 1085., *Krueger.* ad Xenoph. Anab. 1, 3, 1. et 7, 7, 7. et *Kuehneri* Ausf. Gr. d. griech. Sprache II, p. 67. sq.). Ac 1 Thess. 2, 4. ἀρέσκω de conatu accipiendum esse docent versus 5. et 6.. Ceteros locos V. D. non recte enarravit. Rom. 15, 2. *studii* notio *Imperativo*, non verbo inest: ἕκαστος ἡμῶν τῷ πλησίον ἀρεσκέτω quivis nostrûm alteri *placeat* h. e. *operam det ut alteri placeat*: 1 Cor. 10, 33. ἀρέσκω *active* collocatum cum Accusativo rei et Dativo personae (ἀρέσκω τινί τι, v. Lexica graeca) consociatur: *πάντα πᾶσιν ἀρέσκω omnia omnibus probo.* Denique locum Gal. 1, 10. *Meyerus* recte interpretatus est.

enim rem distinctius) alterius salus promoveatur: „εἰς, in, notat finem internum, respectu Dei; πρός, ad finem externum, respectu proximi. Bonum genus; aedificatio, species." Praeterquam quod articulum (πρὸς τὴν οἰκοδομήν) requiro, neutra interpretatio sententiam fundit, quae justae lectoris exspectationi satisfaciat. Excludere enim P. debebat pravam et perniciosam eorum assentationem, qui ad perversam hominum voluntatem dicta et facta sua fingunt (Gal. 1, 10.). Itaque εἰς quod attinet ad (v. Kuehneri gr. gr. II, p. 279.) interpretor: *quisque nostrum alteri placere studeat quod ad honestum attinet, ut alterius exstructio fiat,* (v. not. ad 14, 19.), ut alterius salus augeatur. Qui ut pietate et honestate alteri probetur operam dat non solum se bonum virum esse declarat, verum etiam alteri prodest, quem pietatis studio inflammat; contra eorum assentatione, qui hominum libidini indulgent, alter facile corrumpitur. Nocet alteri assentatio, non ad οἰκοδομήν, sed ad καθαίρεσιν (2 Cor. 10, 8.) valet.

V. 3. Cohaerentia: Decet nos non nobis ipsis placere (v. 1.), sed huc incumbere ut alteri in honestâ re placeamus (v. 2.), quoniam Christus, cujus exemplum nobis imitandum est, hominibus consulere quam suis commodis servire maluit (v. 3.). καὶ γὰρ] *nam etiam*; cf. ad 11, 1.. καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτῷ ἤρεσεν] *nam Christus quoque* (in cujus, velut unici exempli, mores nos formemus oportet 2 Cor. 8, 9. Eph. 5, 25. 1 Petr. 2, 21. sq.) *non sibi ipsi placuit*, h. e. non *suis* commodis inservivit, quod se admiraretur (cf. v. 1.). Qui si semet ipsum nimium dilexisset Dei ad homines ire jubentis legationem non suscepisset, ut apud Deum divinâ majestate floreret. At hominibus, quam sibi vivere maluit. Itaque Dei voluntati pie obsequutus divinae majestatis opes humanae sortis mendicitate permutavit, vanorum hominum ineptias devoravit, impiorum maledicta aequo animo tulit, ignominiosum crucis supplicium subiit, ut genus humanum ejus amore adductus expiaret (2 Cor. 8, 9. Phil. 2, 6. sqq. Hebr. 12, 2.). Ajentem sententiam ipse his fere verbis Paulus enuntiare potuisset: ἀλλὰ τοῖς ἀδελφοῖς ἑαυτοῦ (Rom. 8, 29.) ἀρέσαι ἐζήτησε σώσας αὐτούς. Sed sacrâ voce, quam Messiam Ps. 69, 10. edidisse existimavit, affirmantem sententiam exprimere satius esse duxit. Hoc sic institui potuit, ut sacra vox paucis verbis mutatis ad inchoatam constructionem accommodaretur: ἀλλὰ, καθὼς γέγραπται, οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων τὸν θεὸν ἐπέπεσαν εἰς αὐτὸν (τὸν Χριστόν). Sic Deo maledicentium hominum maledictis Messiam obrutum esse l. c. dici nemo non intelligeret. Sed lectores in sacris V. T. scriptis volutatos in notissimo

Psalmi loco *Messiam Deum alloqui* minime ignorare arbitratus sacra Psalmi verba syllabatim ex LXX. transscripsit structurae asperitate, quae oriretur, neglectâ (v. not. ad 9, 7. II, p. 284.). Quamobrem errarunt, qui post ἀλλά aliquod verbum cogitando addiderunt, v. c. ἐποίησε, quod ne aptum quidem est, cum *Grotio*, συνέβη αὐτῷ cum *Carpzovio*, ἐγένετο cum *Borgero*. Paulus Davidem psalmo 69. res messianas oblique vaticinantem versu 10. iis verbis usum esse, quibus sollers V. T. interpres Deum a Messia compellari videret, verborum contumelias eorum hominum, qui *Deo* convicium facerent, in *se* redundasse cum animi dolore affirmante opinatus est: contumeliae hominum in *te*, mi Deus, contumeliosorum *me* obruerunt (v. not. ad 11, 9. II, 454. et Joh. 2, 17. Hebr. 10, 5.). Hoc oraculum eventu comprobatum esse censuit. Nam Christum Dei causam egisse, ut homines, qui *Deo* inimicarentur, in *Christum* maledicta conjecisse non mirum esset, a lectoribus concedendum esse vidit. Item homines improbos et a Deo aversos Christo contumeliam et dixisse et fecisse (Matth. 27, 40. sq. Joh. 10, 20. 1 Thess. 2, 15.), probos contra et ad pietatem quasi factos et formatos (Joh. 6, 44. 1 Joh. 3, 9.) fidem Christo habuisse nemini ignotum esse existimavit. Jam Christi, quem Davides loquentem induxerit, de injuriis ab impiis hominibus sibi illatis querimoniam Christum non suis, sed hominum commodis inservivisse ostendere Christiani largiri debent, qui et homines impios in Christum maledicta dixisse certo sciant et Christum hominum amore adductum relicto coelo in eam se fortunam demisisse, in quâ ab improbis hominibus injuriâ affici posset, pie crediderint. Nam si suis, non hominum commodis servire maluisset, in coelo mansisset. Quare sententia haec est: nam Christus quoque non sibi ipsi placuit, *sed*, quemadmodum in literis s. scriptum est (ubi Christus loquens inducitur) *maledicta eorum, qui tibi, mi Deus, maledicunt, obruerunt me* (qui ut homines bearem coelo relicto hominem indui) i. q. *sed hominum commodis amantissime inservivit.* Non intellexit sacrae vocis vim *Rueckertus*, Paulum σέ *ad hominem* (*te*, *mi frater*, cf. 8, 29.) rettulisse opinatus. Non minus ab allati loci sententiâ ii aberrarunt, qui hoc dici putarunt: tuum, mi Deus, non meum honorem quaesivi mihi maledici passus, ne tibi impii homines maledicerent (v. *Wetst.* cl. *Calvino* et *Beza*). Nam Christum se *hominibus* (non Deo) totum addixisse Paulo hîc dicendum est. Perverse *Reichardus*: „*quidquid mali accidere debuerat his*, qui te, o Deus, conviciis onerabant, *id omne undique in me irruit.*" Male *Koppius*: „Ceterum hoc ipso loco carminis veteris sententiam *accommodari* magis, quam *expres-*

sum de Christi calamitatibus vaticinium ei inesse declarari, ex v. 4., quo idem locus ad *Christianos quoslibet* transfertur, luculenter apparet." Primo Apostolus versu 4. Ps. 69, 10. ad homines christianos minime transtulit. Deinde si Davidis vocem ad Christum accommodasset, ut id lectores sentirent, τὸν θεόν pro σέ et αὐτόν pro ἐμέ ponere debuisset. Tum N. T. scriptores psalmum 69. res messianas oblique portendere putarunt. Postremo Johannes 2, 17. verba Ps. 69, 10. ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με [καταφάγεταί με] sic attulit, ut Messiam ibi Deum alloqui eum credidisse manifestum sit. ἐπέπεσον] ἐπέπεσαν A. C. D. E. F. G. 26. 37. 47. 71. 73. al. Damascenus II, 64. *Lachmannus* ἐπέπεσαν edidit. Ego idem feci, non quod Paulum ἐπέπεσαν scripsisse firmissime asseverare auderem, sed quia legem sequendam putavi, quam ad Marc. p. 639. N. T. editori scripsi. LXX. Ps. 69, 10. codices partim ἐπέπεσον, partim ἐπέπεσαν habent (v. *Holmesium*).

V. 4. Causam P. affert, cur praecedentem v. 3. sententiam (Christum hominum commodis peramanter inservivisse) *sacris V. T.*, quam *suis* verbis enuntiare maluerit. Causa haec est: omnia, quae in V. T. scripta sint, Deo moderante consignata esse, ut nos, Christiani, ad constantiam in perferendis malis eruditi et solatio recreati in sempiternae felicitatis spem veniremus (v. 4.). Hinc recte Paulum lectoribus sacram V. T. vocem, eam praesertim, quae summam Christi in perferendis injuriis constantiam declararet multumque solatii miseris Christianis praeberet, in memoriam redegisse consequitur. ὅσα γὰρ προεγράφη] D.* F. G. ὅσα γὰρ προς εγράφη. Est calami error pro προεγράφη. Hunc *Paulus* (De originibus epistolae Paulinae ad Rom. paralipomena p. 10 sq. 1801.) arripuit, ut infelicem suam de hujus epistolae capite 15. sententiam exornaret. | ὅσα γὰρ ἐγράφη B. It. Vulg. Ruf. Ambrosiast. al. Hoc illud ἐγραφη peperit, quod paucis verbis post sequitur. Contra nostrum προεγράφη effecit, ut haud pauci librarii paullo post προεγράφη pro ἐγράφη exararent. | B. 37. ὅσα προεγράφη [B. ἐγράφη], παντα εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν προεγράφη [B. ἐγράφη]. Exaggerarunt scribae vocem ὅσα. Clemens Strom. IV, 5. p. 572. ed. *Potter.* ὅσα γὰρ ἡ γραφὴ λέγει εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν ἐγράφη. Non e codicibus ἡ γραφὴ λέγει haustum est, sed in verbi locum a Clemente subrogatum. Docet tamen Clementis ἡ γραφὴ λέγει, Clementis codicem ὅσα γὰρ ἐγράφη male habuisse. Precario *Reichius* ὅσα γὰρ προεγράφη ad V. T. *oracula* rettulit: quaecunque enim *ante eventum* in V. T. perscripta sunt —. Nam I. sententia *Christi fata ante eventum in sacro codice divinitus consignata esse, ut*

eorum eventus Christianorum spem, quippe Dei instituto nixam, confirmaret non minus a Pauli verbis, quam ab ejus disputatione abhorret. Deinde P. versu 4. generalem sententiam protulit, quâ a messiano oraculo Ps. 69, 10. profectus totum V. T. argumentum complexus est. Tum non solum V. T. oracula nos erudiunt et ad sempiternam felicitatem aptos reddunt, verum etiam multa alia, quae sacer V. T. codex continet (4, 24. 1 Cor. 9, 10. 10, 6. 11. 2 Tim. 3, 16.). Porro verbis ὅσα γὰρ προεγράφη hoc dici *nam quaecunque olim in sacris libris consignata sunt* e voce ἡμετέραν discimus (*ut nos, qui nunc vivimus, Christiani institueremur in s. codice scripta sunt.*). Postremo *Reichius* cogitationi *V. T. libros olim scriptos esse* nullam vim ad lectorum animos confirmandos et tranquillandos inesse incaute negavit. *Technico* usu nostris scriptoribus ἡ γραφή et αἱ γραφαί *divinos* V. T. *libros* significant. Quare γέγραπται *in divinis V. T. libris scriptum exstat* et προεγράφη *ante nostra tempora in divinis V. T. libris scriptum est* in N. T. declarat. *Pii* autem Christiani hâc cogitatione valde moventur: omnia, quae olim in V. T. consignata fuerint, eo consilio moderante Deo ibi consignata esse, ut inde constantiam in ferendis calamitatibus discerent et solatium peterent atque ita sempiternae felicitatis spem haberent. Nam Dei prospicientia hanc in pios Christianos vim habet, ut grato animo iis utantur, quae *Deus benigne* literis mandari jusserit ad eorum animos corroborandos, consolandos et aeternae beatitatis spe imbuendos. Paulum autem hoc dixisse: nam omnia, quae olim in divinis V. T. libris perscripta sunt, ut nos erudiremur *non sine numine* eo consilio in sacris V. T. libris consignata sunt, ut etc. e verbis ἵνα — ἔχωμεν et e vocc. v. 5. ὁ θεὸς τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως cognoscitur. Ἡ ἡμετέρα διδασκαλία h. l. non ea dicitur, per quam quid verum sit discimus, sed ea, quae animos nostros format iisque constantiam et tranquillitatem inseminat (praktische Unterweisung); cf. v. ἵνα — — ἔχωμεν. εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν προεγράφη] εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν ἐγράφη B. C. D. E. F. G. 67.** 80. Syr. Erp. Copt. Goth. It. Vulg. Clemens Alex. l. c. Rufin. Ambrosiast. al.. Hoc recte commendavit *Griesbachius*, dedit *Lachmannus*. Oscitanter librarii προεγράφη modo ab ipsis scriptum pro ἐγράφη posuerunt. διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως] *per constantiam et consolationem.* διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ διὰ τῆς παρακλήσεως (per constantiam et *per* consolationem) A. B. C. 1. 29. 30. 34. 36. 38. 39. 41. 43. 47. 57. 72. al. Mt. a. l. m. Clar. Theodoret. in Dan. 2, 49. Hoc *Complutenses*, *Bengelius*, *Griesbachius*, *Lachmannus* aliique ediderunt. Non mutat haec librorum

discrepantia sententiam. Si receptam lectionem (quam Clemens Alex. l. c. habet) retinuerimus, constantia et consolatio arctius consociantur; sin *καὶ διὰ τῆς παρακλήσεως* receperimus, constantia et consolatio magis divellantur et separatim spectantur: v. Luc. 24, 27. et Joh. 20, 2. — *καὶ ἔρχεται πρὸς Σίμωνα Πέτρον καὶ πρὸς τὸν ἄλλον μαθητήν, ὃν ἐφίλει ὁ Ἰησοῦς.* Ibi argute *Bengelius*: „Ex praepositione *repetita* colligi potest, non una fuisse utrumque discipulum." Has argutias ipse Evangelista v. 2—6. refellit. Nam quod *Bengelius* adjecit: „Una tamen exierunt, *postquam alterum alter investigaverat.*", commentum est Evangelistae narrationi (cf. v. 2—4. et v. 10.) repugnans. Ego *διά*, de quo dubitatur, ita recepi, ut undis saepirem. *ἵνα διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ* [*διὰ*] *τῆς παρακλήσεως τῶν γραφῶν τὴν ἐλπίδα ἔχωμεν*] Interpretes non solum de eo disceptant, utrum *τῶν γραφῶν* tantummodo a voce *τῆς παρακλήσεως* (*Grot.*, *Kopp.*, *de Ammon*, *Flatt.*, *Bretschn.* Lex. p. 425. al.), an ab utroque Substantivo *τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως* (*Chrys.*, *Theophyl.*, *Oecum.*, *Chr. Fr. Schmid.*, *Reich.*, *Meyerus* al.) regatur, verum etiam de potestate *τῆς ὑπομονῆς* et *τῆς παρακλήσεως* inter se dissentiunt. Posterius vocabulum pauci (v. c. Ambrosiaster) *exhortationem*, plerique *consolationem* exponunt, prius alii *constantiam in perferendis calamitatibus*, alii *perseverantiam in fide* (*Reich.*, *Bretschn.*), alii *alienorum vitiorum tolerantiam* (Olsh. cf. v. 1.) explicant. Genitivum *τῶν γραφῶν* ab utroque Substantivo suspensum esse, ita ut *ἡ ὑπομονὴ καὶ ἡ παράκλησις τῶν γραφῶν in malis perferendis constantia et consolatio, quam sacri V. T. libri nobis suppeditant* dicatur firmis argumentis demonstrari potest. Genitivum *τῶν γραφῶν* ab utroque Substantivo pendere primo quidem ex ipso vs. 4. intelligitur. Nam quum verbis *ἵνα — — ἔχωμεν quâ mente* Deus totum librorum sacrorum argumentum, *ut nos ex eo erudiremur*, literis consignare jusserit, declaretur, *τὴν ὑπομονὴν καὶ τὴν παράκλησιν τῶν γραφῶν* intime cohaerere et *τὴν ὑπομονὴν* et *τὴν παράκλησιν*, *quam libri sacri nobis afferant* notare necessario consequitur. Deinde versus 5. rem comprobat. Nam ibi P. Deum *τῆς ὑπομονῆς* et *τῆς παρακλήσεως* largitorem vocat versus 4. ratione habitâ, ubi Deum per V. T. libros divino mandatu conscriptos nobis *ὑπομονὴν* et *παράκλησιν* dedisse significavit. *Rueckertus* de hujus loci interpretatione desperavit, et quoniam *τῆς ὑπομονῆς* et *τῆς παρακλήσεως* potestas hic certo constitui non posset, et quia *ἡ ὑπομονὴ τῶν γραφῶν* non recte diceretur, quandoquidem *αἱ γραφαὶ* neque *ὑπομένουσαι* neque *ὑπομενόμεναι* essent. Contra *τὴν παράκλησιν τῶν γραφῶν* legitimam loquutionem esse

putavit, quia jure diceres *παρακαλοῦσιν αἱ γραφαὶ τοὺς πιστούς!* Bene comparata dictio est *ἡ ὑπομονὴ τῶν γραφῶν*, quandoquidem *αἱ γραφαὶ* et *ἔχουσιν* (continent 2 Petr. 1, 20. *πᾶσα προφητεία γραφῆς*) et *παρέχουσιν ἡμῖν* (nobis subministrant) *ὑπομονήν.* Neque sensu differt loquutio *παρακαλοῦσιν αἱ γραφαὶ τοὺς πιστοὺς* ab hâc dictione: *παράκλησιν παρέχουσιν αἱ γραφαὶ τοῖς πιστοῖς.* Esse autem *τὴν ὑπομονὴν* h. l. *constantiam in perferendis malis* et *τὴν παράκλησιν malorum consolationem* sic ostenditur. Quamquam universalis, quae totum V. T. argumentum complectitur, vs. 4. sententia est, tamen quae versu 4. dicta sunt in Ps. 69, 10. vs. 3. allatum quadrent necesse est propterea, quod cur Psalmi 69, 10. verbis v. 3. usus sit, Apostolus vs. 4. aperit. At Messiae se hominum Deo maledicentium maledictis obrui dicentis confessio Ps. 69, 10. homini Christiano summam Christi in perferendis calamitatibus constantiam, historiae voce testatam, in memoriam revocat. Et in miseram servatoris fortunam venisse magnum piis Christianis solatium est (Joh. 15, 20. Matth. 5, 11. sq. 1 Petr. 4, 13.). Itaque vs. 4. *τὴν ὑπομονὴν in ferendis malis constantiam* et *τὴν παράκλησιν malorum consolationem* denotare certum est. Huc adjice, quod constantia in malis perferendis et malorum consolatio vs. 4. rectissime componuntur. Nam illa ex hâc nascitur. Quî enim rebus adversis fortiter ferendis par sis solatio destitutus, quod doloris acerbitatem mitiget (2 Cor. 1, 3. sq.)? Item in perferendis calamitatibus constantiam, e consolatione, quae animum tuum permulserit, natam beatae vitae spem gignere perspicuum est. Igni enim spectatus Christianus recte judicatur, cujus fides et pietas forti rerum adversarum tolerantiâ probata fuerit (5, 3. sq. 2 Tim. 2, 12.). *Ἡ ἐλπὶς* h. l. *spes Christianis propria*, h. e. beatae vitae spes (*ἡ ἐλπὶς τῆς δόξης τοῦ θεοῦ* Rom. 5, 2.) dicitur. *ἵνα … τὴν ἐλπίδα ἔχωμεν*] *ut … beatae vitae spem nunc habeamus*, ne nunc sine beatae vitae spe vivamus; *ἵνα — τὴν ἐλπίδα σχῶμεν* foret *ut sempiternae vitae spem haberemus* (v. not. ad 1, 13.)*).

*) Frustra *Rueckertus* in ep. ad Rom. 5, 2. (I, p. 230.) ut *ἔσχον* et *ἔσχηκα adeptus sum*, *nactus sum* significare ostenderet tria loca (Plato Apologia Socratis p. 20. D. 2 Cor. 2, 12 et 7, 5.) citavit. Plato l. l. *Ταυτί μοι* (Socrati) *δοκεῖ δίκαια λέγειν ὁ λέγων, κἀγὼ ὑμῖν πειράσομαι ἀποδεῖξαι τί ποτ' ἔστι τοῦτο ὁ ἐμοί, πεποίηκε τό τε ὄνομα* (sapientis viri, cf. p. 18. B.) *καὶ τὴν διαβολήν. Ἀκούετε δή. — — — Ἐγὼ γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δι' οὐδὲν ἀλλ' ἢ διὰ σοφίαν τινὰ τοῦτο τὸ ὄνομα ἔσχηκα.* Non negavit Socrates ultimis verbis, se etiamnum sapientis viri nomen ferre, sed praeterlapsi temporis ratione habitâ se illud nomen *tulisse* dixit. 2 Cor. 2, 12. *Ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν Τρωάδα εἰς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ — — οὐκ*

Non recte *Chrys.*, *Beza*, *Chr. Fr. Schmid.* al. verterunt: *ut spem teneamus*, *ut in spe perseveremus*, quandoquidem ἐλπίδα (ἐλπίδας) ἔχειν nunquam non *spem* (spes) *habere*, *spe duci*, *sperare* significat (v. *Meyerum* cl. Act. 24, 15. 2 Cor. 10, 15. 1 Joh. 3, 3. Polyb. 1, 82, 6. 11, 20, 6. 14, 1, 5. al.). Male *Flatt.*, *Reich.* al. τὴν ἐλπίδα *felicitatem*, *quae speratur* (Col. 1, 5.) explicuerunt: *ut — aeternam*, *quae speratur*, *felicitatem nunc possideamus* (!). Duci Christianos aeternae beatitatis spe, quae iis τὴν ὑπομονὴν et τὴν παράκλησιν afferat, etiamsi iis ἡ ὑπομονὴ et ἡ παράκλησις desint, non satis considerate *Reichius* objecit. Temere enim ii Christiani sempiternae felicitatis spe tenentur, qui non forti malorum perpessione fidei suae sinceritatem probaverint (Rom. 5, 3. 4.). In generali, quae ad totum V. T. argumentum pertinet, vs. 4. sententiâ non solum sanctorum virorum, quae ibi referantur, exempla (*Theodoretus*, *Pelag.* al.) nos durâ fortunâ conflictatos corroborare et solatio erigere a Paulo dicuntur, verum etiam V. T. oraculis, praeceptis, interdictis, promissis et minis ista vis ab eo tribuitur. Ceterum non ut Romani calamitatibus afflicti fortitudinem et malorum solatia e V. T. peterent (neque enim eos propter christianae doctrinae professionem a gentilibus jam vexatos fuisse accepimus), sed suae sortis tristitiam contuitus, quum quantopere suum tot tantisque propter Christi causam injuriis jactati (2 Cor. 11, 23. sqq. 4, 8. sqq. 1, 4. sq.) animum sacri V. T. libri et reborassent et consolati essent meminisset, commoto animo sententiam vs. 4. suae disputationi interposuit. ἵνα ..... τὴν ἐλπίδα ἔχωμεν] Clemens Alex. l. c. et B. ἵνα ..... τὴν ἐλπίδα ἔχωμεν τῆς παρακλήσεως. Est glossema eorum, qui τὴν ἐλπίδα *solatii spem* perverse explicuissent. *Pelagius*: „ut per patientiam et consolationem scripturarum spem habeamus] — — hoc est — — ut per exempla patientiae et consolationis eorum, quae scripta sunt, *speremus consolationem* etiam in praesentibus tentationibus." Sic igitur Paulus h. l. disputavit: proximam vs. 3. sententiam *sacris V. T.*, non meis verbis expressi. Nam quaecunque olim in divinis V. T. libris scripta sunt, ut nos erudiremur ibi divinitus consignata sunt, nempe ut per constantiam in

---

ἔσχηκα ἄνεσιν τῷ πνεύματί μου τῷ μὴ εὑρεῖν Τίτον —. 7, 5. Καὶ γὰρ ἐλθόντων ἡμῶν εἰς Μακεδονίαν οὐδεμίαν ἔσχηκεν ἄνεσιν ἡ σάρξ ἡμῶν, ἀλλ' ἐν παντὶ θλιβόμενοι κτλ. Utrobique Paulus res suas Corinthiis narravit. Illic quum Troadem venisset animo se conquiescere *potuisse*, hîc in Macedoniâ corpori suo requietem *fuisse* negavit.

perferendis malis, quâ libri s. animos nostros firmant, et per consolationem, quam nobis in calamitatibus exhauriendis sacer codex adhibet, beatae vitae spem nunc habeamus (v. 4.).

V. 5. et 6. Ad disputationem suam Apostolus pio voto revertitur, quo dandam a Deo, constantiae et consolationis largitore, *concordiam* Romanis precatur, ut in animorum consensu unâ voce Deum celebrent. ὁ θεὸς τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως] Genitivi res enuntiant, quas Deus *possideat*. Cf. Ps. 24, 7. sq. מֶלֶךְ הַכָּבוֹד LXX ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης *rex, qui majestatem habet* i. q. ὁ ἔνδοξος βασιλεύς, *augustus rex*. Act. 7, 2. ὁ θεὸς τῆς δόξης, i. q. ὁ ἐν τῇ δόξῃ ὢν θεός, Ephes. 1, 17. ὁ πατὴρ τῆς δόξης. Sed ubi de ornamentis agitur, quibus non unus Deus splendet, sed quae possidet, ut ea hominibus dividat, Deus bonorum *possessor* dicitur, ut aut *posse* Deum bona hominibus impertire, aut *reapse* eum ornamenta hominibus *dare* indicetur. Ita fit, ut ὁ θεὸς τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως *Deum constantiae et consolationis largitorem* designet (v. 2 Cor. 1, 3. sq. 7, 6.). Cf. ὁ θεὸς τῆς ἐλπίδος Rom. 15, 13., ὁ θεὸς τῆς εἰρήνης Rom. 15, 33. Phil. 4, 9. 1 Thess. 5, 23. Hebr. 13, 20. *Theophylactus*: — διὸ καὶ θεὸν αὐτὸν ὑπομονῆς καὶ παρακλήσεως ὀνομάζει ὡς δοτῆρα καὶ αἴτιον. Male Grotius: is Deus, *quem tolerantia christiana respicit* et a quo solatia veniunt. Unoquoque loco Deus eorum ornamentorum dator vocatur, quae ut commemorentur res, quae tractatur, poscit. Sic h. l. vs. 4. dictorum invitatu, ut a sententiâ obiter interjectâ ad suam disputationem rediret, Paulus Deum τὸν θεὸν τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως h. s. appellavit: Deus, qui *per sacrum V. T. codicem Dei jussu conscriptum* constantiam in perferendis calamitatibus et malorum consolationem nobis largitur (v. *Chrys.* et *Theophyl.*). Concordiam, quam Ap. proximis verbis Romanis exoptare decrevisset, fecisse ut Deus ὁ θεὸς τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως a Paulo diceretur, *Reichio* et *Meyero* non concedimus. Concorditer inter se vivere videmus non solum viros malorum perferentes et solatiis erectos, sed etiam homines ignavos et de salute desperantes. Imo hoc Pauli votum est: Deus autem, qui nobis per V. T. libros constantiam in ferendis calamitatibus et malorum consolationem largitur, det vobis *decus*, *quo maxime indigetis*, mutuam concordiam. δῴη] Forma hellenistica pro atticâ δοίη (2 Tim. 1, 16. 18. LXX Num. 5, 21. 6, 26. Deut. 28, 24. 25. Ps. 19, 5. al.). *Moeris*: Δοίημεν, δοίητε, ἀττικῶς, δῴημεν, δῴητε ἑλληνικῶς. Vide *Lobeckium* ad Phryn. p. 346 sq. et *Buttmanni* Ausf.

gr. Sprachl. I, p. 507. ed. 2.*). *δῴη ὑμῖν τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν ἀλλήλοις*] *det vobis, ut idem sentiatis inter vos invicem*

---

*) Hellenistica Optativi forma *δῴη* a *Winero* gr. p. 75. multisque aliis cum epicâ Conjunctivi formâ *δώῃ* (cf. Phrynichum ed. Lobeck. p. 345. et *Matthiae* Ausf. gr. Gr. T. 1. §. 212. 10.), quam e nonnullis N. T. locis expellere frustra coneris, confusa est. 2 Tim. 2, 25. 26. *Δοῦλον δὲ κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι, ἀλλ' ἤπιον εἶναι πρὸς πάντας — —, μή ποτε δῷ αὐτοῖς ὁ Θεὸς μετάνοιαν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, καὶ ἀνανήψωσιν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος κτλ..* H. I. A. C. D.* F. G. 31. Mt. k.** Ephr. Chrys. in Mt. a Isidor. pro *δῷ* praebent *δώῃ* a *Lachmanno* jure receptum. Ephes. 1, 16. 17. — *οὐ παύομαι εὐχαριστῶν ὑπὲρ ὑμῶν μνείαν ὑμῶν ποιούμενος ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου, ἵνα ὁ Θεὸς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ πατὴρ τῆς δόξης δῴη* (imo *δώῃ*, ut recte *Matthaeius* ed. min. et *Lachm.*) *ὑμῖν πνεῦμα σοφίας κτλ..* Hîc multi multa frustra tentarunt, ut *δῴη* Optativum tuerentur. *Harlessius* ad h. l. et *Winer*. gr. p. 267. Optativo *δῴη* *optare* Paulum rem, et voce *ἵνα* cum Optativo rem, quam P. preces faciens optet, declarari opinati sunt: — vestri mentionem in precibus meis faciens, ut Deus — — *dare vobis velit* (quod opto) spiritum, qui sapientiam largiatur. Num ex eo, quod recte dictum est *δῴη ὑμῖν ὁ Θεὸς πνεῦμα σοφίας*, dici potuisse *προσεύχομαι, ἵνα δῴη ὑμῖν ὁ Θεὸς πνεῦμα σοφίας* consequitur? Et ut interdum *ἵνα* cum Conjunctivo post verba rogandi et precandi *rem*, quam preceris, designet (3 Esr. 4, 46. cf. *θέλω ἵνα* Joh. 17, 24. et similia), tamen multo frequentius in N. T. post illa v. *ἵνα precantis consilium* declarat (Matth. 24, 20. Marc. 13, 18. 2 Thess. 1, 11. Col. 1, 9. vide Philem. v. 4—6. *Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου πάντοτε μνείαν σου ποιούμενος ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου — —, ὅπως ἡ κοινωνία τῆς πίστεώς σου ἐνεργὴς γένηται κτλ.*). Non inepta visa esset haec loquendi ratio *Harlessio* p. 87., si meminisset, preces apud Deum *efficacissimas* esse Paulum credidisse (v. not. ad Rom. 15, 30—32.). Hinc fieri non potuit, quin et ipse precaretur et alios precari juberet, *ut aliquid fieret*. Multo melius *Meyerus ἵνα* cum Optativo post tempus praesens *cogitationem eventus* designare censuit collato *Hermanno* ad Soph. El. v. 57. ad Aj. v. 1217., *Klotzio* ad Devarii librum de graecae linguae particulis II, 622. sqq. aliisque: — vestri mentionem faciens in precibus meis, ut (hoc cogito, utrum Deus facturus, an non facturus sit nescio) — Deus det vobis spiritum, qui sapientiam largiatur etc. At hujus constructionis in toto N. T. nullum vestigium est, nisi quod Eph. 6, 19. conformatio recepta male habet — *ἵνα μοι δοθείη λόγος* pro *ἵνα μοι δοθῇ λόγος* (cf. *Matthaeium*, *Griesbachium*, *Knappium* et *Lachmannum*). In N. T. *ἵνα* cum Conjunctivo et Futuro construitur. Est igitur Eph. 1, 17. *δωη*, quod omnes libri habent, Conjunctivus *δώῃ*. Item in loco consimili Eph. 3, 16. probo *ἵνα δώῃ ὑμῖν*, pro quo boni libri *ἵνα δῷ ὑμῖν* continent. Praeterea hîc illîc *δώῃ* pro *δῷ* in variantibus lectionibus comparet, v. c. Joh. 15, 16.. Philologi vel e serioribus scriptoribus *δώῃ* expellunt et conjecturâ *δῷ* reponunt, v. c. *Sturzius* Dionis Cassii Hist. Rom. 48, 20. — *ἂν μὲν ἀποδῴη* (imo *ἀποδώῃ*, *Sturzius ἀποδῷ*) *τῷ δήμῳ τὴν αὐτονομίαν — —. ἂν δὲ τῇ δυναστείᾳ ἐμμείνῃ — —.*, fortasse non recte. Quam-

h. e. largiatur vobis mutuam concordiam, quae efficiat, ut neque firmi infirmos contemnant, neque infirmi firmos impietatis postulent (14, 3. 10.). Perperam *Theophylactus* post *Chrysostomum*: Ἐπεύχεται οὖν παρ' αὐτοῦ δοθῆναι τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν ἀλλήλοις. Τοῦτο γὰρ ἀγάπης ἀληθοῦς ὃ περὶ ἑαυτοῦ τις φρονεῖ, τοῦτο καὶ περὶ τοῦ πλησίον φρονεῖν. Item It. et Vulg.: Deus — det vobis id ipsum sapere *in alterutrum* —. Nam quod his interpretibus placuit δῴη ὑμῖν τὸ αὐτὸ φρονεῖν εἰς ἀλλήλους (12, 16., ubi v. not.) foret. κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν] — ut idem sentiatis inter vos invicem *secundum Christi Jesu voluntatem* (8, 27., ubi v. not.). Is quantopere sibi concordia cordi esset et amoris omnibus hominibus praestandi lege, quam tulit, et eo declaravit, quod dissociatas nationes consociavit (Ephes. 2, 14. sq.) Argutati sunt *Chrysostomus*, *Theodoretus*, *Theophylactus* et *Oecum.*, quum Paulum ut piam et Christi voluntati consentaneam concordiam Romanis se optare significaret κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν addidisse dicerent: nam inveniri etiam ἀγάπην κατὰ κόσμον (*Theophyl.*), sceleratam impiorum hominum consensionem. Paulum non improbam latronum conspirationem, sed piam et christianis hominibus dignam concordiam Romanis precari suâ sponte quisque intelligit neque erat, quod Ap. perspicuam rem verbo declararet. Sunt, qui (*Rueck.*, *Meyerus* al.) κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν *ad Christi Jesu exemplum* (Gal. 4, 28.) moti vs. 3. et 7. parum recte interpretentur: — ut idem sentiatis *inter vos invicem ad Christi exemplum*. Non unus aliquis concordiam probare potest, sed esse debet, cum quo concorditer vivat. Quod quum illi sensissent, finxerunt, quod fieri plane nequit, κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν ad τὸ φρονεῖν, non ad τὸ αὐτὸ φρονεῖν pertinere: Deus det vobis, ut idem sentiatis inter vos invicem *ad Christi exemplum* h. e. ut quemadmodum Christus *animati sitis*. Posset κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν *ad Christi Jesu exemplum* enarrari, si Paulus h. l. Romanis concordiae *studium* optaret. Ven. *de Ammon* quum κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν exponeret ἐν τοῖς κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν *in rebus ad religionem Christi spectantibus* (ergo in Christi causâ), sicut *Calvinus*, κατὰ Χριστὸν cum ἐν Χριστῷ confudisse videtur (v. not. ad 8, 1). V. 6. Mutuam concordiam Paulus Romanis a Deo precatur, ut (quo nihil pulchrius, nihil optabilius sit) in animorum consensione uno ore (in sacris conventi-

---

quam judicium difficile est propterea, quod librarii formas δῷ, δῴη, δώῃ, δώσῃ et δώσει perpetuo confundunt (v. varr. lect. Joh. 15, 16. 17, 2. 2 Tim. 2, 7. 4, 14. Apoc. 8, 3.).

bus hymnis et psalmis, v. 1 Cor. 14, 15. 26. cf. Eph. 5, 19. Col. 3, 16.) Deum celebrent. ὁμοθυμαδόν] De Adverbiis in — δόν (cf. v. c. ῥοιζηδόν 2 Petr. 3, 10., ἀναστάδον, σχεδόν, γνωμηδόν) consule *Buttmanni* Ausf. gr. Sprachl. II, p. 452. ἐν ἑνὶ στόματι] per unum os, *uno ore* (Terent. Andr. I, 1, 69.). Graeci sic saepe ἐξ ἑνὸς στόματος ponunt (v. *Wetst.*) Aristoph. Equit. v. 670. *Dind.* οἱ δ' ἐξ ἑνὸς στόματος ἅπαντες ἀνέκραγον· | νυνὶ περὶ σπονδῶν; ubi schol. exponit ὁμοθυμαδὸν καὶ μιᾷ φωνῇ. Non explicari ὁμοθυμαδόν verbis ἐν ἑνὶ στόματι (*Reich.*) perspicuum est, quum alia notio voci ὁμοθυμαδόν quam verbis ἐν ἑνὶ στόματι subsit. Neque accurate vertas *una mente atque voce* (Cic. Philipp. 7, 8, 22.), quandoquidem P. non scripsit ὁμοθυμαδὸν καὶ ἐν ἑνὶ στόματι. Imo v. ὁμοθυμαδὸν ἐν ἑνὶ στόματι hanc vim habent: ut *in animorum consensione* (dum animis concordetis) uno ore Deum celebretis. Laudum, quae Deo uno ore a Christianis canantur, causa est animorum concordia (*Meyerus*). Si Christianis animorum consensus desit, secessione factâ singulae eorum factiones unâ voce Deum laudant, non totus eorum coetus eum uno ore celebrat. Male igitur *Griesbachius* aliique virgulam post ὁμοθυμαδόν collocarunt. Diversi generis locus est, quem interpretes certatim h. l. afferunt Demosth. Phil. IV, p. 147. Ἡγοῦνται γὰρ ἐὰν μὲν ὑμεῖς *ὁμοθυμαδὸν ἐκ μιᾶς γνώμης* Φίλιππον ἀμύνησθε, κἀκεῖνον κρατήσειν ὑμᾶς καὶ αὐτοῖς οὐκέτ' ἔσεσθαι μισθαρνεῖν· — Ibi enim synonyma cumulata sunt, ut summae consensionis notio fortiter exprimeretur (v. *Lobeck.* ad Phryn. p. 753. sq. et not. ad Marcum p. 22 sq.). τὸν θεὸν καὶ πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ] Dubitant interpretes, utrum Genitivus tantummodo a posteriore Substantivo, τὸν πατέρα (Deum et *domini nostri Jesu Christi patrem*), an ab utroque, τὸν θεὸν καὶ πατέρα (*domini nostri Jesu Christi Deum et patrem*) suspensus sit. Illud antiquitus v. c. *Theodoreto* placuit (*Theodoretus*: Ἡμῶν θεὸν ἐκάλεσε [Paulus] τὸν θεόν, τοῦ δὲ κυρίου Ἰησοῦ πατέρα· ὁ γὰρ πάντων ἡμῶν θεὸς αὐτοῦ πατήρ.), nuper *Meyero* ad h. l. et ad 1 Cor. 15, 24. 2 Cor. 11, 31. Ephes. 1, 3., *dW.*, *Harlessio* in ep. ad Ephes. 1, 3. et aliis. Hoc *Grotius*, *Bengelius*, *Reichius*, *Rueckertus* aliique probarunt. Haud dubie horum vera sententia est. Nam primum quidem formula ὁ θεὸς καὶ πατὴρ Ἰησοῦ Χριστοῦ nihil, nisi *Jesu Christi Deum et patrem* significare potest, quod aeque certum est, ac dictionem Gal. 1, 4. ὁ θεὸς καὶ πατὴρ *ἡμῶν nostrum Deum et patrem* valere. Cogitationem *Deum* (nostrum) *et Jesu Christi patrem* P. sic fere enuntiaturus fuisset: τὸν θεὸν ἡμῶν καὶ πατέρα Ἰησοῦ

Χριστοῦ sive his verbis: *τὸν θεὸν τὸν πατέρα Ἰησοῦ Χριστοῦ* (v. Col. 1, 3. varr. lect.). Deinde Paulo, ut hoc diceret: *Jesu Christi Deum et patrem τόν θεόν τε καὶ πατέρα Ἰησοῦ Χριστοῦ* scribendum fuisse falso contendit *Harlessius*. Sic loqui Apostolus debuisset, si divinum numen Jesu Christi *et* Deum *et* patrem vocare voluisset. At numen *Jesu Christi Deum et patrem* appellare maluit (v. 1 Petr. 2, 25.) — *ἀλλ' ἐπεστράφητε νῦν ἐπὶ τὸν ποιμένα καὶ ἐπίσκοπον τῶν ψυχῶν ὑμῶν.*). Tum *Meyerus* formulam *ὁ θεὸς καὶ πατὴρ Ἰησοῦ Χριστοῦ* utique *Deum et Jesu Christi patrem* declarare ex iis locis apparere, in quibus dictioni *ὁ θεὸς καὶ πατὴρ* Genitivus non adjectus sit, non recte affirmavit. In promtu est enim ibi divinum numen eorum Deum et patrem dici, de quibus exponatur. 1 Cor. 15, 24. *Εἶτα τὸ τέλος, ὅταν παραδῷ* [scil. *ὁ Χριστὸς*] *τὴν βασιλείαν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ* —. Hic de Christo agitur. Itaque numen divinum *Christi* Deum et patrem nuncupari planum est. Ephes. 5, 20. — *ἀλλὰ πληροῦσθε ἐν πνεύματι* — — — *εὐχαριστοῦντες πάντοτε ὑπὲρ πάντων ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῷ θεῷ καὶ πατρί.* Paulus *Ephesios* semper pro omnibus ornamentis gratiarum actionem *Deo et patri* persolvere jubet. Dicit igitur Deum O. M. h. l. *Ephesiorum* Deum et patrem. Idem valet de ceteris locis a *Meyero* citatis Col. 3, 17. Jac. 1, 27. 3, 9.. Accedit, quod Paulus Ephes. 1, 17. Deum O. M. claris verbis *Christi Deum* vocavit: — *ἵνα ὁ θεὸς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ — δώῃ ὑμῖν πνεῦμα σοφίας* —. Compara Christi vocem Joh. 20, 17. *ἀναβαίνω πρὸς τὸν πατέρα μου καὶ πατέρα ὑμῶν καὶ θεόν μου καὶ θεὸν ὑμῶν.* et locum epist. ad Hebr. 1, 9. *διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε* (Messias ut Deus [cf. v. 8.] compellatur), *ὁ θεός, ὁ θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου.* Deus O. M. Christi *Deus* est ut *Christi rex* et *gubernator*, Christi *pater*, ut *filii sui procreator*. (Est enim Christus *κτίσμα θεοῦ* Col. 1, 15.). Deus Christo major et potentior est Joh. 14, 28.. Deus Christum ad homines ire jussit, Christus a Deo imperata obedienter fecit Phil. 2, 6. sq.. Nunc sane proximos Deo honores Christus in coelo occupavit. Nihilominus nunc quoque Deus dictator est, Christus summum ille quidem magistratum gerit, sed dictaturâ tamen minorem. Deus *imperat*, Christus apud Deum pro amicis *deprecatur* (Rom. 8, 34. 1 Cor. 11, 3.). Mundo Deus Christum praefecit, sed hâc lege, ut datum imperium devictis omnibus adversariis ei redderet, qui dedisset et semet ipsum Deo subjiceret 1 Cor. 15, 24—28.. Absurde Patres ecclesiastici (v. v. c. *Theophylactum*), ne Arianis

succumberent, Deum O. M. *humanae* Christi naturae *Deum*, *divinae patrem* a Paulo nominari perhibuerunt. Denique formulam ὁ θεὸς καὶ πατὴρ Ἰησοῦ Χριστοῦ *Jesu Christi Deus et pater* semper consulto atque ita Apostolus posuit, ut aliquid ad sententiam conferat. 1 Cor. 15, 24. verbis τῷ θεῷ καὶ πατρί esse aliquando a Christo imperium Deo tradendum, ut *majori* et *suo jure mundi gubernationem recuperaturo* significatur. 2 Cor. 11, 31. Paulus quod vs. 30. non nisi suam infirmitatem gloriose de se praedicaturum esse dixerat, ita sanctissime affirmavit: Jesu Christi Deus et pater (i. q. Deus salutis per Christum partae auctor) — scit me non mentiri. Metuit enim, ne Corinthii lectis iis, quae de genere suo et de cruciamentis fortiter perlatis, quibus fidem Christo datam liberasset, exposuisset vs. 22. sqq., se superbum virum esse opinati versus 30. sententiam se non ex animo dixisse putarent. Nulla autem asseveratio homini christiano sanctior esse potest, quam per *Deum, salutis christianae auctorem*, rei affirmatio. Tum aptissime in epistolarum prooemiis *Christi Deus et pater* (i. q. *salutis per Christum effectae auctor*) memoratur, ubi aut beneficia praedicantur *per Christum* a Deo vel lectoribus (Ephes. 1, 3. 1 Petr. 1, 3.), vel epistolae scriptori, ut lectoribus prodesse posset (2 Cor. 1, 3.) data, aut gratiae Deo aguntur, quod lectores fidem *Christo* datam minime fefellisse dicerentur (Col. 1, 3. sq.). Ephes. 1, 17. Deus O. M. *Christi Deus* et *pater*, *qui majestatem possideat* appellatur, ut ab eo Pauli optatum impetrabile videri significetur. Quidni enim *Christi Deus fidelibus Christi amicis* (v. 15.) sapientiae suae thesauros aperiat, aut quidni *pater*, *majestatis possessor*, opes suas cum filiis participet *majestatem* suam conspicuam redditurus? Venio ad nostrum locum, ubi v. vs. 5. κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν fecerunt, ut Paulus Deum O. M. Christi Deum et Patrem vs. 6. diceret. Optat Apostolus Romanis, ut idem inter se sentiant de *Christi* voluntate, ut in summo animorum consensu uno ore *Christi Deum et patrem* (i. e. Deum O. M. *salutis per Christum partae auctorem*) celebrent. Deus O. M. *Christianorum* Deus vocatur, quia omnia moderatur, pater, quoniam patris voluntate in Christianos propendet (Gal. 1, 4. Ephes. 1, 17. 5, 20. Col. 3, 17. Jac. 1, 27. 3, 9.).

V. 7. Sententia: ut in animorum consensu uno ore a vobis Christi Deus et pater *laudetur* (v. 6.), vos in amicitiam recipite invicem, quemadmodum etiam Christus vos in amicorum numerum aggregavit, ut *Deo laudes* pareret (v. 7.) διὸ] *quamobrem*, h. e. ut in animorum consensione uno ore *Dei laudes celebretis* (v. 6.). Nam vocem διό ad

versum 6. referendam esse, e verbis *καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς προςελάβετο ὑμᾶς εἰς δόξαν θεοῦ* intelligitur, quibus ad vocc. v. 6. *ἵνα — — δοξάζητε τὸν θεὸν κτλ.* respicitur h. s. in amicitiam vos invicem recipite, ut *a vobis* concordissime fiat, quod *a Christo* factum est. Non recte *de Wettius*: *quamobrem* h. e. *ut mutuam concordiam ostendatis* (v. 5.). Male *Grotius*: *διὸ*] *haec quum ita se habeant*, i. e. *quum in evangelio praecipuum sit dilectio.* Pessime *Rueckertus*: *quamobrem*, h. e. *propter argumenta inde a cap.* 14. *v.* 1. *exposita, ad quem locum nunc revertor.* De v. *προςλαμβάνεσθαι* v. 11, 15. 14, 1. 3.. *προςλαμβάνεσθε ἀλλήλους*] Paulum et infirmos, qui olim Judaei fuissent, et firmos, qui gentiles aliquando fuissent, Romanos alloqui e voce *ἀλλήλους*, e vs. 8. et 9. et ex ipsâ re cognoscitur. In promtu est enim, non potuisse Deum in animorum consensu uno ore a Romanis laudari, nisi infirmi Romani cum firmis, firmi cum infirmis amice viverent. *Rueckertus* firmos Romanos, qui postquam paganorum superstitionem ejurassent Christi discipuli exstitissent, a Paulo compellari credit propterea, quod hi vs. 8. et 9. tales describantur, quos *benigne* Deus sibi sociaverit! Quem fugit, vs. 8. et 9. non verba *ὁ Χριστὸς προςελάβετο ὑμᾶς*, sed vocabula *ὁ θεὸς προςελάβετο ὑμᾶς εἰς δόξαν θεοῦ* illustrari. Non rectius *Reich.* et *Koelln.* eo, quo *Rueckertus* usus est, argumento delusi Paulum Romanos, qui olim pagani fuissent, *potissimum* h. l. alloqui putarunt. *καὶ ὁ Χριστὸς*] cujus exemplum sequi vos oportet (cf. v. 3.). *ἡμᾶς*] *nos, homines christianos. ὑμᾶς*] *vos* (i. e. et qui Judaei et qui pagani olim fuistis Romanos) A. C. D.** E. F. G. 37. 39. 72. 80. al. versio syr. utraque Arr. Copt. Arm. Goth. Slav. ed. Vulg. Germ. Boern. Chrys. Ruf. Ambrosiaster al.. Hoc, quod *Millio* Proleg. §. 1353. placuit, *Complutenses*, *Bengelius*, *Matthaeius*, *Griesbachius*, *Knappius*, *Lachmannus* aliique ediderunt, multis plaudentibus. Congruit *ὑμᾶς* cum ante dictis v. 5 — 7.. Semper librarii *ἡμᾶς* et *ὑμᾶς* confundunt. Itaque *ἡμᾶς* eorum, qui *ὑμᾶς* ad infirmos firmosque Romanos recte rettulissent, glossema esse (*Meyerus*) non arbitror. *εἰς δόξαν θεοῦ*] Haec verba *Chrysostomus*, *Theophylactus*, *Oecumenius* (*Oecum.*: *εἰς δόξαν θεοῦ*] *τὸ ὑπέρβατον προςλαμβάνεσθε ἀλλήλους εἰς δόξαν θεοῦ.*), *Heum.* aliique cum vocabulis *διὸ προςλαμβάνεσθε ἀλλήλους* (quare in amicitiam vos invicem recipite *in Dei laudem*, quemadmodum Christus quoque vos sibi sociavit) male copularunt. Nam verba *εἰς δόξαν θεοῦ* cum vocc. *καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς προςελάβετο ὑμᾶς* connectenda esse (*Beng.*, *Flatt.*, *Reich.*, *Meyerus* al.) e vs. 8. et 9. elucet, ubi verba *εἰς δόξαν θεοῦ* exponuntur:

— quemadmodum etiam Christus vos sibi sociavit, ut Deum laude afficeret (v. 7.), h. e. *veracitatis* laudem eo, quod *Judaeos* beavit (v. 8.), *benignitatis* eo, quod *gentiles* caritate complexus est, Deo pareret (v. 9.). Eodem argumento *Bezae*, *Grotii*, *Boehmii*, *Beneckii* aliorumque interpretatio evertitur: — quemadmodum etiam Christus vos in suam familiaritatem venire voluit, ut *majestatis a Deo tribuendae* (sempiternae felicitatis Joh. 17, 24. Rom. 5, 2. 8, 18.) *participes essetis*. Praeterea v. εἰς δόξαν θεοῦ *in Dei laudem* significent necesse est. Referuntur enim ad voce. v. 6. ἵνα — δοξάζητε τὸν θεὸν κτλ. (cf. supra). Postremo Paulus, si quod *Grotio* placuit, dicere voluisset, articulum εἰς τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ (5, 2. 8, 18.) addidisset. εἰς δόξαν θεοῦ] εἰς δόξαν τοῦ θεοῦ A. C. D. E. F. G. 37. Hoc dedit *Lachmannus*.

V. 8. et 9. Exponuntur v. vs. 7. καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς προςελάβετο ὑμᾶς εἰς δόξαν θεοῦ h. m.: Christus vos sibi sociavit, ut *laudem* Deo pareret (v. 7.), *veracitatis* laudem, salute patriarchis a Deo promissâ Judaeis datâ, *benignitatis*, ope gentilibus latâ, quibus messianam beatitatem Deus non pollicitus erat (v. v. c. *Kopp.*, *Meyerum* et *d W.*). Neque *Rueckertus* hunc locum intellexit, quoniam tantummodo verba v. 7. ὁ Χριστὸς προςελάβετο ὑμᾶς versu 8. et 9. explicari falso sumsit, et eum plane pervertit *Michelsenus* versu 8. et 9. Pauli adhortationem v. 7. διὸ προςλαμβάνεσθε ἀλλήλους muniri opinatus (v. libellum: Der Brief Pauli an die Römer, entwickelt von *Rasmus Nielsen*. Deutsche Bearbeitung von *A. Michelsen*. Leipz. 1843.) — λέγω δὲ] *dico autem* (v. Gal. 4, 1. λέγω δέ, Gal. 3, 17. τοῦτο δὲ λέγω, 1 Cor. 1, 12. λέγω δὲ τοῦτο, 1 Cor. 7, 29. 15, 50. τοῦτο δέ φημι). Hanc, quae vulgatur, lectionem a Syro expressam *Matthaeius* et *Knappius* retinuerunt. Sed permulta subsidia (A. B. C. D. E. F. G. 5. 6. 19. 73. Goth. It. Vulg. Cyr. Ruf. Ambrosiast. al.) λέγω γὰρ (*nam* dico) habent, quod non minus bene in hunc locum convenit. Hoc, quod *Millius* Prol. §. 1287. et *Griesbachius* probaverant, *Lachmannus* scripsit. Ego in re incertâ et quae codicum quamvis multorum et antiquorum testimoniis constitui nequit (saepissime enim librarii δέ et γάρ confuderunt, cf. 11, 13. et 14, 15.) nihil novavi. Ἰησοῦν Χριστὸν] cf. v. 6. Χριστὸν Ἰησοῦν (cf. v. 5.), quod *Bengelio* in gnom. placuit, 37. 46. 47. 48. 67. 72. 73. 80. Mt. e. d. l. a. al. Vulg., Athan. 1, 955., Chrys. in textu, (in comment. τὸν Χριστὸν ipse posuit, non e codice hausit), Theodoret., Theophyl., Oec., Ambrosiaster al. Χριστὸν omisso vocabulo Ἰησοῦν (cf. Rom. 5,

6. 15, 18. Gal. 3, 16.) continent A. B. C. Vulg. ms. Cyrill. II, 838. V, d. 119. 146. Damascen. II, 54., *Rufinus* al. Lectiones variantes vocem Ἰησοῦν suspectam reddunt. Damnavit eam *Griesbachius*, delevit *Lachmannus*. διάκονον γεγενῆσθαι περιτομῆς] διάκονον γενέσθαι περιτομῆς, quod a *Lachmanno* editum *Rueckertus* amplexus est, B. (C. a primâ, *ut videtur*, manu; secunda manus ἐγενῆσθε περιτομή [γεγενῆσθαι περιτομῆς] rescripsit) D.* F. G. Athan. I, 955. Utrumque pariter aptum est. Γεγενῆσθαι (*exstitisse*) notat, quo tempore Paulus Romanis scripsit, quod Christus Judaeorum minister exstitisset praeterlapsum esse, γενέσθαι (*fuisse*, cf. *Buttm.* Ausf. gr. Sprachl. II, 135.) significat, Christum Judaeorum ministrum *aliquando fuisse* (v. *Kuehneri* Ausf. Gr. II, 70. et 73.). Aeschines adv. Ctesiph. c. 14. — καὶ γὰρ πυνθάνομαι μέλλειν Δημοσθένην — καταριθμεῖσθαι πρὸς ὑμᾶς, ὡς ἄρα τῇ πόλει τέτταρες ἤδη γεγένηνται καιροί, ἐν οἷς αὐτὸς πεπολίτευται. — — — Δεύτερον δὲ καιρόν φησι γενέσθαι, ὃν ἤγομεν χρόνον τὴν εἰρήνην κτλ. Librarios γεγενῆσθαι et γενέσθαι, γεγενημένων et γενομένων saepe confudisse non mirum est (v. *Schaef.* ad Demosth. II, 71. et 273.). Ego paucis illis subsidiis, qui γενέσθαι habent, tantum tribuendum esse non putavi, ut vulgatam scripturam mutarem. διάκονον γεγενῆσθαι περιτομῆς] *ministrum*, i. e. *adjutorem, exstitisse hominum circumcisorum* (cf. v. 9. τὰ ἔθνη, quae τῇ περιτομῇ opponuntur, v. 7. ὑμᾶς et vinculum, quo v. 8. et 9. cum v. 7. cohaerent). Oportet ministrum eam vel personam vel rem adjuvare, cui deserviat. Quare διάκονος περιτομῆς *Judaeorum* **adjutorem** adsignificat. (cf. Gal. 2, 17. ἁμαρτίας διάκονος, 2 Cor. 11, 15. διάκονοι δικαιοσύνης [i. e. ministri *virtutis*, expende v. 13. et v. v. 14. εἰς ἄγγελον φωτός] Eph. 3, 7. διάκονος τοῦ εὐαγγελίου, Col. 1, 25. διάκονος τῆς ἐκκλησίας.) Vide Matth. 20, 28.. Precario *Carpz.*, *Heum.* al. et hujus loci ratione parum perspectâ et loco Matth. 15, 24. abusi διάκονον περιτομῆς concise dictum esse putarunt pro διάκονον θεοῦ εἰς τὴν περιτομήν (Rom. 15, 16.). Quod sic enuntiandum fuisset: — Χριστὸν θεοῦ διάκονον γεγενῆσθαι εἰς τὴν περιτομήν. Neque recte *Reich.* et *Olshausenus* Christum *Judaeorum ministrum* a Paulo propterea vocatum esse dixerunt, ut Romani paganorum superstitione per Christum liberati adversus eos Christianos, qui a Mose ad Christum transiissent, reverentiam adhiberent. Nam primum quidem Χριστὸς διάκονος περιτομῆς ἐγένετο sententiâ congruit cum Χριστὸς περιτομὴν προςελάβετο (cf. v. 7.), Christum autem et Judaeos et ethnicos in suam amicitiam recepisse

Apostolus vs. 7. significavit. Deinde Christum non minus gentilium, quam Judaeorum ministrum exstitisse Paulus negare non potuit, qui omnium hominum peccata Christi supplicio expiata esse censuit (v. Rom. 10, 11. sqq. cl. Matth. 20, 28.). Postremo quamquam P. Christum *paganis ministrasse* non expressis verbis h. l. dixit, perspicue tamen id vs. 9. indicavit. Non eo quod Christum *Judaeorum ministrum* appellavit, sed eo, quod Christum *Judaeorum* in amicitiam receptione *veracitatis*, *gentilium* ad salutem vocatione *benevolentiae* laudem Deo peperisse scripsit, ne ethnici Christiani judaicos Christianos (v. 11, 17. sqq.) prae se spernerent efficere voluit. ὑπὲρ ἀληθείας θεοῦ] ὑπὲρ h. l. non est *propter*, i. q. ἕνεκεν (Aeschin. adv. Tim. c. 69. fin.), sed *in emolumentum*: Christus Judaeis ministravit *in veracitatis divinae emolumentum*, h. e. *ut Dei veracitatem defenderet eamque illustrem faceret* (für Gottes Wahrhaftigkeit, d. h. zur Sicherstellung seiner Wahrhaftigkeit). Joh. 11, 4. 3 Joh. 7.. Verba ὑπὲρ ἀληθείας θεοῦ Paulus ipse explicat vocabulis εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὰς ἐπαγγελίας τῶν πατέρων *Christus Judaeis in veracitatis divinae emolumentum deservivit*, *ut nempe rebus affirmaret* (rata faceret) *promissa*, *quae Judaeorum majores possederunt* (promissa *patriarchis* a Deo data, Rom. 9, 4. Gal. 3, 8. sq. Act. 3, 25.). Loquutionem βεβαιοῦν τὰς ἐπαγγελίας nonnullis exemplis illustravit *Raphelius* Annot. philol. ex Polybio p. 449. et *Wetstenius*. Pauli sententia plana est. Christum Judaeos in amicitiam recepisse ait, ut felicitate, quam Deus patriarchis pollicitus esset, eorum posteris datâ Deo *veracitatis* laudem pareret et efficeret, ut Judaei Deum quod *promissa servasset* celebrarent. Recte igitur mireris, *Grotium* Apostoli mentem non percepisse hoc ab eo dici opinatum: Christum ministrum exstitisse Judaeorum *propter veritatem Dei*, i. e. *propter evangelium* (sic ὑπὲρ ἀληθείας θεοῦ perperam sumsit), quod nimirum Christus ipse per se non nisi Judaeis circumcisis tradidisset (Matth. 15, 24.), ut promissa impleret patriarchis a Deo facta: Hebraeis autem, non ceteris gentibus Messiam divinitus promissum esse *). V. 9. Verba τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ

---

*) Nihil hoc loco discas e Patribus ecclesiasticis, qui versus 8. sententiam propterea non assequuti sunt, quod περιτομῆς vocabulum de ipsâ circumcisione, non de hominibus circumcisis (Rom. 3, 30. 4, 9.) exposuerunt. Origenes (Rufinus) duas interpretationes proposuit, quarum ei, quam posteriore loco commemoravit, ipse non multum tribuisse videtur. Putavit autem Christum *circumcisionis ministrum* h. l. vocari, quod *mentis circumcisionem* (Rom. 2, 29.

ἐλέους δοξάσαι τὸν θεὸν a voc. v. 8. *λέγω δὲ* suspensa esse apparet. Duo Paulus dicit: unum, Judaeis Christum consuluisse, ut Dei *veracitatem* in luce collocaret, alterum, gentiles in amicitiam a Christo receptos pro *benevolentiâ* Deum celebrare. Eorum, qui v. *τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἐλέους δοξάσαι τὸν θεὸν* ex voc. v. 8. *εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὰς ἐπαγγελίας τῶν πατέρων* nexa esse statuerunt (*Erasmus*, *Morus* al.), opinio propterea ferri nequit, quod manifestam oppositionem tollit: *λέγω — Χριστὸν διάκονον γεγενῆσθαι περιτομῆς ὑπὲρ ἀληθείας θεοῦ — τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἐλέους δοξάσαι τὸν θεόν.* Nullo hic locus anacolutho laborat (*Kopp.*), sed Paulus, ut ingeniosi scriptores facere soleat, oratione in breve contractâ ea non expressis verbis dixit, quae attenti lectores facile assequerentur. Versu 8. *Χριστὸν διάκονον γεγενῆσθαι περιτομῆς ὑπὲρ ἀληθείας θεοῦ* scripsit (erant enim v. v. 7. *καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς προσελάβετο ὑμᾶς εἰς δόξαν θεοῦ* explicanda), rem, quam prudentibus lectoribus contexta oratio (cf. v. v. 7. *καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς προσελάβετο ὑμᾶς εἰς*

Col. 2, 11.) instituisset, per quam promissa Judaeorum majoribus divinitus data eventum habuissent! Sed quam priore loco explicationem posuit, eam multi sequuti sunt. Scilicet Christum *circumcisionis ministrum* dici, quia *semet ipsum circumsecari passus esset*, Origenes opinatus est! Nempe Deum Genes. 22, 18. Abrahamo haec pollicitum esse: *ἐνευλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου πάντα τὰ ἔθνη.* Jam quum et ipse Abrahamus et totum ejus genus circumcisionem suscepisset, ut Deus promisso suo satisfaceret (*ἐνευλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου πάντα τὰ ἔθνη*) is Abrahami nepos, qui omnes nationes beaturus erat, circumsecari debuit. Nam si non circumsectus fuisset, non fuisset *τὸ σπέρμα τοῦ Ἀβραάμ* Genes. 22, 18.. Repetiit Origenis nugas *Theodoretus*, deteriores fecit *Chrysostomus*, qui multa, quae nullo elemento P. indicavit, temere addidit. Is sic disputavit. Haec Deus Abrahamo promissa dederat: *σοὶ δώσω τὴν γῆν καὶ τῷ σπέρματί σου* (Genes. 12, 7.) et *ἐν τῷ σπέρματί σου ἐνευλογηθήσονται πάντα τὰ ἔθνη* (Genes. 22, 18.). At Judaei Mosis lege violatâ indignos se salute divinitus promissâ praebuerunt. Itaque Christus et ut Abrahami nepos nosceretur (Genes. 22, 18.) circumcisus est, et ut sublatâ Mosis lege et Dei irâ sedatâ Judaei idonei fierent, quibus promissa felicitas daretur (Genes. 12, 7.) omnibus Mosis legibus satisfecit earumque diras in se derivavit. *Chrys.*: — *Ὅταν οὖν λέγῃ* (Paulus) *διάκονον περιτομῆς, τοῦτο* (*sic*) *λέγει, ὅτι ἐλθὼν* (*ὁ Χριστὸς*), *καὶ πάντα τὸν νόμον πληρώσας, καὶ περιτμηθεὶς, καὶ γενόμενος σπέρμα τοῦ Ἀβραὰμ ἔλυσε τὴν κατάραν, ἔπαυσε τοῦ θεοῦ τὴν ὀργὴν, ἐπιτηδείους λοιπὸν ἐποίησε τοὺς μέλλοντας δέχεσθαι τὴν ἐπαγγελίαν, ἅπαξ ἀπαλλαγέντας τοῦ προσκεκρουκέναι.* Chrysostomum Theophylactus, Photius apud Oecumenium, Johannes Damascenus II, 54. sq. aliique imitati sunt.

δόξαν θεοῦ) ostenderet, non diserte enuntiavit: *celebrare nunc Judaeos ad Christi sacra transgressos Deum, quoniam suis promissis stetisset.* Versu 9. *Christum paganorum ministrum exstitisse* non dixit, sed rem ex ope, quam Christus gentilibus tulisset, consequentem consulto posuit: pro benevolentiâ erga se collatâ eos *Deum celebrare.* Nam Christum etiam gentilibus deservivisse planum erat (cf. v. 7. καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς προςελάβετο ὑμᾶς εἰς δόξαν θεοῦ) neque illud obscurum, Paulum h. l. de iis Judaeis et gentilibus disputare, qui Christi beneficio usi essent. Itaque cordatum lectorem sua verba sic explicaturum esse Apostolus credidit: τὰ δὲ ἔθνη (ὧν διάκονος Χριστὸς γεγένηται) ὑπὲρ ἐλέους δοξάσαι τὸν θεόν. Rem autem ex ope paganis a Christo datâ consequentem P. memoravit, ut verbis τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἐλέους δοξάσαι τὸν θεὸν ad vocc. v. 7. καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς προςελάβετο ὑμᾶς εἰς δόξαν θεοῦ reverteretur. Tardus scriptor, qui lectores ex sui ingenii tenuitate aestimatos tantum intelligere, quantum expressis verbis dictum esset, putavisset, versum 8. et 9. putide in hunc ferme modum diduxisset: λέγω δὲ Χριστὸν διάκονον γεγενῆσθαι περιτομῆς μὲν ὑπὲρ ἀληθείας θεοῦ, εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὰς ἐπαγγελίας τῶν πατέρων, ἵνα οἱ ἐκ περιτομῆς ὑπὲρ ἀληθείας δοξάσωσι τὸν θεόν, ἐθνῶν δὲ ὑπὲρ ἐλέους θεοῦ, εἰς τὸ ἐνδείξασθαι τὴν χρηστότητα τοῦ θεοῦ, ἵνα οἱ ἐθνικοὶ ὑπὲρ ἐλέους δοξάσωσι τὸν θεόν. ὑπὲρ ἐλέους] *pro misericordiâ, benignitate* (v. II, 315.). Ὑπέρ h. l. illud *pro* significat, quo nos aliquid remunerari indicamus. Cf. Graecorum loquutionem χάριν ἀποδοῦναι ὑπὲρ εὐεργεσίας et Ephes. 5, 20. εὐχαριστεῖν ὑπὲρ πράγματος. Addo miram *Reichii* interpretationem, qui *celebrare Deum* pro *colere Deum* et *colere Deum* pro *in Christianorum coetum receptum esse* Paulum posuisse, ὑπέρ autem causam, quâ motus Deus gentiles in Christianorum coetum recepisset (idem fere, quod ὑπό cum Genitivo, cf. Phil. 2, 13. et *Kuehneri* gr. §. 608. 2. b.) notare opinatus verba τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἐλέους δοξάσαι τὸν θεὸν sic cepit: *gentiles autem Deum pro suâ misericordiâ in Christianorum coetum recepisse!* τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἐλέους δοξάσαι τὸν θεὸν] *paganos autem pro benevolentiâ sibi praestitâ Deum celebrare.* Aoristo δοξάσαι Dei celebrationem actionem cito transeuntem Apostolus declaravit (Marc. 15, 31. 2 Cor. 6, 1.*) v. *Herm.* ad Vig. p. 746. et

---

*) 2 Cor. 6, 1. Συνεργοῦντες δὲ καὶ παρακαλοῦμεν μὴ εἰς κενὸν τὴν χάριν τοῦ θεοῦ δέξασθαι ὑμᾶς. i. e. ut Dei autem minister hoc quoque vos admoneo, ne frustra beneficium divinum *reci-*

Kuehnerum l. l. II, p. 80.). Praesens δοξάζειν Dei laudationem actionem durantem sisteret. Male *Calvinus*, *Cameron*, *Grot.*, *Wolf.*, *Boehm.* al. enarrarunt: gentiles autem pro benignitate Deum laudare *oportere* (v. *Lobeck.* ad Phryn. p. 753. et 2 Cor. 2, 7. *)). Nam quid pagani beneficio a Deo affecti faciant, non quid eos facere oporteat Paulo hîc dicendum est. Atque illud eum dixisse V. T. loca v. 9.—12. allata docent, in quibus *celebraturos* gentiles aliquando Deum esse, *quod eos Deus beneficio per Christum ornasset* Paulo interprete praedicitur, non hoc portenditur, fore, ut paganos Deum celebrare *oporteat* propter beneficium in eos a Deo collatum. Nihilo melius *Win.* gr. p. 307., *Reich.*, *Rueck.*, *Meyerus*, *dW.* al. hunc l. sic explicuerunt: paganos autem pro benevolentiâ sibi praestitâ Deum *celebrasse*, quod tum eos fecisse credunt, quum per Christum in tutelam reciperentur (*Meyerus*). Quidni vero gentiles, ut homines memores et gratos facere decet, in Dei tutelam *recepti*, *dum viverent*, Deum laudarent, quod summo beneficio a Deo affecti essent? At v. τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἐλέους δοξάσαι τὸν θεὸν vocabulis vs. 8. Χριστὸν διάκονον γεγενῆσθαι περιτομῆς ὑπὲρ ἀληθείας θεοῦ respondent (*Win.* l. c.). Nempe Paulum de iis Judaeis et paganis, qui Dei beneficio per Christum oblato usi essent, h. l. exponere ejusque verba hanc vim habere: paganos autem, quibus Christus opitulator exstitisset, aut in tutelam a Deo receptos, pro benevolentiâ in se collatâ Deum celebrare (v. supra) manifestum est. At Paulus jam omnes gentiles in Dei tutelam pervenisse finxit, de certis quibusdam hominibus non disputavit (*Rueck.*). Utique Paulus de iis Judaeis et paganis disseruit, qui Dei beneficio usi ad Christum se contulissent. Nam neque Judaei Mosi dediti Deum laudabunt, quod Christo ad homines misso fidem patriarchis datam liberaverit, neque idolorum cultores

---

piatis (male multi *receperitis*). Comprobat nostram interpretationem manifesta *gradatio* (cf. 5, 20.). Non solum vos obtestor Christo prospiciens: *recipite* divinum beneficium (5, 20. καταλλάγητε τῷ θεῷ i. q. δέξασθε τὴν χάριν τοῦ θεοῦ, cf. 6, 1.), verum etiam ut Dei minister vos admoneo, ne *frustra* divinum *beneficium* recipiatis, 6, 1.).

*) 2 Cor. 2, 6. 7. Ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων, ὥστε τοὐναντίον ὑμᾶς χαρίσασθαι καὶ παρακαλέσαι (h. e. ut contra vos homini ignoscere eumque consolari *oporteat*), μήπως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος. Non ignovisse Corinthios homini, qui cum novercâ rem habuerat, sed Paulum *argumenta* cumulare, quibus sceleris veniam ei a Corinthiis impetret totus locus v. 5.—11. docet.

Deum O. M. pro benevolentiâ per Christum sibi praestitâ celebrabunt. Sic igitur Paulus h. l. disputavit: — Christus *vos* sibi sociavit, ut *laudem* Deo pareret (v. 7.). Hoc autem mihi volo: Christum *Judaeorum* adjutorem exstitisse Dei *veracitatem* in luce collocaturum, ut nempe rebus affirmaret promissa patriarchis data, paganos autem (in Dei amicitiam per Christum receptos) *pro benevolentiâ in se collatâ Deum laudare* (v. 8. et 9.) — Pauli sententiam, Christum salute Judaeis, quorum majoribus felicitatem messianam Deus *promisisset*, datâ Dei *veracitatem*, beatitate gentilibus, quibus nullam summae felicitatis spem Deus fecisset, tributâ Dei *benignitatem* in luce collocasse, speciosam magis quam veram esse multi interpretes senserunt (v. v. c. *Cameronem* et *Olshausenum*). Certe *benignitate* adductus Deus ea Abrahamo ejusque generi promissa fecit, quae promisit (v. Genes. 12, 1. sqq. 15, 5. 17, 4. sq. al. cl. Luc. 1, 54. sq.). Praeterea Deus se eâ lege Abrahami posteros beaturum esse, ut pie et honeste viverent, haud obscure indicaverat Genes. 18, 19.. At Judaei Dei leges proterve violarunt (Rom. c. 2.). Quum igitur et *benigne* Deus Abrahamo ejusque posteris beatitatem promisisset et Judaeorum impietas fecisset, ut Deus suis promissis non diutius teneretur, Christum eo, quod rebus illa Dei promissa affirmasset, Dei *benignitatem*, non *veracitatem* conspicuam reddidisse elucet. Sane Deus ipsis gentilibus, ad quos neque Mosen, neque prophetas voluntatis suae interpretes legasset, messianam salutem non pollicitus est. At hoc se beneficio paganos ornaturum esse in sacris *Judaeorum* libris perscribi jussit (Rom. 4, 2. sq. 6. sq. 10, 11. sq. Gal. 3, 8. sq.), idque tam claris verbis, ut vel tardi Judaei ejus mentem perspicere possent (Rom. 10, 18. sqq.). Bonus autem vir quod se in Cajum beneficium collaturum esse Sempronio dixerit, eo, ut *veracis* viri nomen tueatur, Cajum afficit, etiamsi id Cajo non ipse spoponderit. Quanto magis Deus, ut se *veracissimum* esse Judaeis declararet, quam se salutem gentilibus daturum esse *Judaeis* dixisset, eâ gentiles beare pro *sanctitate* suâ debuit. Itaque eorum ratione habitâ, quae Deus de salute messianâ cum paganis communicandâ *Judaeis* dixerat, *Dei veracitas* poposcit, ut paganis promissam beatitatem largiretur parique jure quae ab eo vs. 8. et 9. scripta sunt sic reciprocata essent, ut *Χριστὸς διάκονος γεγενῆσθαι περιτομῆς ὑπὲρ ἐλέους θεοῦ* et *τὰ ἔθνη ὑπὲρ ἀληθείας θεοῦ δοξάσαι τὸν θεὸν* dicerentur. Recte vero Paulus Deum messianâ felicitate et Judaeis et gentilibus datâ *benignitatem* in lucem protulisse dixisset. *Olshauseno* judice Paulus argu-

mentatione, quae tardis lectoribus satisfaceret (argumentatione κατ' ἄνθρωπον), non quae re veritateque niteretur (argumentatione κατ' ἀλήθειαν) usus, ut ethnicis Christianis privilegiorum Judaeis a Deo datorum admirationem injiceret, Deum salute *Judaeis* concessâ *veracitatem* suam, felicitate *gentilibus* donatâ *benignitatem* ostendisse scripsit. Assentirer *Olshauseno*, si quanti Pauli sententia a nobis facienda esset docere voluisset. At Paulum ipsum sensisse, suam sententiam non veram esse temere statuit. Qui meminerit, quantum Paulus judaicae nationi tribuerit (Rom. 1, 16. 3, 2. 9, 4. 5. 2 Cor. 11, 22. Phil. 3, 5.) quantoque verborum pondere in referendis Judaeorum ornamentis *promissa patriarchis data* (Rom. 9, 4.) memoraverit, et qui consideraverit, quam accurate *gentiles pro benignitate sibi praestitâ Deum laudaturos esse* sacros V. T. scriptores praedixisse ostenderit Rom. 15, 9 — 12., si dicere quam fallaciter velare verum maluerit, Paulum de suae sententiae v. 8. et 9. veritate minime dubitasse ingenue fatebitur. Duae res fecerunt, ut Paulus sententiam diceret et suo et suorum aequalium judicio firmam, nostro, qui non nisi idoneis rationibus movemur, infirmam. Nam primum Paulus nimiâ, ut Judaeus, judaicae nationis admiratione captus erat. Deinde res humanas, ut saepe alias (cf. v. c. 11, 28.), in Deum transtulit. Promissa beneficia homines jure et lege nixi ab eo exigunt, qui illa fecerit. Jura enim humana poscunt, ut suis quisque promissis stet. Non promissa beneficia homines ab ejus liberalitate et benevolentiâ repetunt, qui illa insperanti tibi dederit. — Ut Paulus gentiles quod nunc faciant, h. e. quod felicitatis messianae benigne participes facti *propter benevolentiam* in se collatam Deum nunc celebrent, aliquando facturos esse in V. T. praedictum esse demonstret, quattuor loca affert. Horum agmen ducit locus Ps. 18, 50. ex LXX transcriptus, nisi quod κύριε post ἐν ἔθνεσι praetermissum est. Vocem κύριε 39. 47. 72. 80. al. Vulg. al. Chrys. al. ex LXX Pauli verbis male addiderunt. Davides l. l. haec dixit: *propterea* (h. e. quoniam tuo, mi Deus, auxilio sustentatus egregiam de exteris nationibus victoriam peperi et hostes meos devici cf. v. 48. et 49.) celebrabo te inter exteras (quae mihi parent) nationes et in tui nominis honorem psallam. Sed Paulus allegoricae interpretationis mysteriis initiatus Deum per verba Davidi subministrata simul hoc tecte indicasse putavit: gentiles olim Deum laudaturos esse, quod *benevolentiâ* motus Deus eos messianae felicitatis participes fecisset. Quam ob rem reconditam vocis sacrae sententiam hanc esse censuit: *propterea* (h. e. *propter tuam benevolentiam*,

quâ adductus me hominem paganum per Christum beasti) *laudabo te* (14, 11.), mi Deus, *inter gentiles et nomen tuum carmine celebrabo.* De Pauli sententiâ Ps. 18, 50., si quod *oblique* Deus per Davidem significaverit, spectaveris neque τὸν ἀπόστολον τῶν ἐθνῶν, sensu collectivo sumtum (*Reich.*), neque *Christum* (*Theophyl.*, *Surenhus.* in βίβλῳ καταλλαγῆς p. 515., *Beng.*, *Meyerus* al.), sed *gentilem per Christum in Dei gratiam receptum* loquentem induci ex Apostoli consilio intelligitur. Nam *gentiles* Deum aliquando propter benevolentiam sibi per Christum praestitam laudaturos esse sacros V. T. scriptores vaticinari, Paulo hîc ostendendum est. Ps. 18, 50. Paulo interprete *Christi* verba referri multi interpretes crediderunt partim loco Hebr. 2, 12. moti, partim propterea, quod allegoricae interpretationis licentiâ non satis consideratâ Davidis verba in Christum, Davidis nepotem, transferri posse, homini gentili tribui non posse sibi persuaserant. Horum nonnulli adversante usu loquendi et contextâ oratione Christum Ps. 18, 50. hoc dicere opinati sunt: *patefaciam te*, mi Deus, inter gentiles. *Theophylactus*: τὸ δὲ ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἔθνεσιν ἐκ προςώπου τοῦ Χριστοῦ εἴρηται ἀντὶ τοῦ κηρύξω σε, ὦ πάτερ, ἐν τοῖς ἔθνεσι. Alii quum beneficio divino affectum gentilem Ps. 18, 50. de Apostoli sententiâ loqui Pauli disputationem demonstrare vidissent, ut praejudicatam opinionem tuerentur Christi celebrationem pro gentilium celebratione memorari affirmarunt. Inepte *Bengelius*: „Quod in Psalmo Christus dicit se facturum, id Paulus gentes ait facere: *nempe Christus facit in gentibus.*" (!). *Meyerus* autem Christi laudationem poëticâ licentiâ pro ethnicorum Christianorum Deum ἐν ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ Ephes. 5, 20. sive διὰ τοῦ Χριστοῦ Col. 3, 17. celebrantium laudatione positam esse existimavit. Num idcirco Christus Deum celebrat, quod ethnici Christiani Deum Christi auctoritate, jussu, beneficio et reverentiâ laudant?

V. 10. *Καὶ πάλιν λέγει*] scil. ἡ γραφή (Rom. 9, 17.), quod voc. ex γέγραπται vs. 9. facile suppletur (*Boehmius*, *Meyerus* al.): *et rursus* (i. e. alio loco, Matth. 4, 7.) *libri sacri dicunt.* Citatur locus Deuteron. 32, 43., ubi Moses exteras nationes his verbis alloquitur: *jubilando celebrate, nationes exterae, ejus* (Jehovae) *populum: nam ministrorum suorum sanguinem Jehovah ulciscetur et vindictam sumet de adversariis suis et expiabit* (contaminatam) *populi sui terram.* Vide *Onkelosum* et *Syrum.* Jubet igitur Jehovah exteras nationes felicem praedicare Israelitarum populum, quod potentem, qui sua jura fortiter defendat, et

sibi propitium Jehovam habiturus sit. *Cocceji* interpretatio: *tollite vocem, gentes, populus ejus*, h. e. *gentiles, qui et ipsi Dei populus estis*, praeterquam quod contorta est, sententiam perdit. Idem valet de hâc explicatione: *jubila tollite*, (Israelitarum) *familiae, quae estis Jehovae populus.* Praeterea in eâ hoc vitiosum est, quod vox גּוֹיִם ad *Israelitarum* tribus refertur. LXX locum valde interpolatum exhibent: *Εὐφράνθητε οὐρανοὶ ἅμα αὐτῷ, καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι θεοῦ· εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐνισχυσάτωσαν αὐτῷ πάντες υἱοὶ θεοῦ, ὅτι κτλ.* Horum nihil in textu hebraico legitur, nisi quod verbis *εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ* vocabula hebraica הַרְנִינוּ גוֹיִם עַמּוֹ respondent. Quo jure haec v. LXX *εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ* verterint quaesitum est. *Grotius* eorum codicem hâc dittographiâ laborasse suspicatus est: הַרְנִינוּ גוֹיִם עִם עַמּוֹ, alii eos pro עַמּוֹ aut וְעַמּוֹ aut אֶת־עַמּוֹ in códice invenisse conjecerunt. Postrema suspicio eo confirmatur, quod *Kennicotto* auctore codex 146. et fortasse etiam 507. אֶת־עַמּוֹ habet. Quamquam etiam fieri potest, ut LXX verba הַרְנִינוּ גוֹיִם עַמּוֹ expresserint, sic nimirum intellecta הַרְנִינוּ גוֹיִם (הַרְנִינוּ) עַמּוֹ *jubila tollite, exterae nationes*, (jubila tolle), *Jehovae natio* i. q. *jubila tollite, gentiles, una cum Jehovae populo.* Sed sive LXX אֶת־עַמּוֹ legerint, sive textum hebraicum, quo nos utimur, quo diximus modo explicuerint, eos aut corrupto codice usos esse, aut incorruptum textum hebraicum male enarrasse longe certissimum est. Nam sententia *jubila tollite gentiles una cum Jehovae populo* a Mosis loco prorsus abhorret. Erravit igitur *Tholuccius*, qui non pedetentim, sed *tolutim* ad rerum investigationem accedere et ab eâ recedere suetus lectionem ab LXX expressam genuinam esse dixit, הַרְנִינוּ גוֹיִם עַמּוֹ ferri posse negavit, quoniam hâc scripturâ probatâ aut גּוֹיִם ad *Israelitarum* tribus referri, aut הַרְנִין cum *Accusativo* strui necesse esset, quorum neutrum recte fieri putasset. Vir doctus neque quid Mosi l. c. dicendum esset intellexit, neque הַרְנִין eodem jure cum Accusativo construi, quo רַנֵּן Ps. 51, 16. cum hoc casu copulatum est (*jubilo aliquem* [*aliquid*] *celebrare*) reputavit, et stulte *LXX lectionem* commendavit, quandoquidem viri circumspecti utrum LXX הַרְנִינוּ גוֹיִם עַמּוֹ male explicuerint an textum codicis a nostro textu discrepantem converterint certo se scire negabunt. — Paulus quidem nullâ textus hebraici ratione habitâ alexandrinos interpretes sequutus Deum verbis *εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ* hoc oblique indicasse credidit, gentiles, *quo-*

niam benevolentiam erga eos Deus contulisset, una cum populo israelitico olim laetos fore: *jubila tollite, gentiles* (sc. quod Deus *benignitate* adductus vos messianae salutis participes esse jussit; cf. v. 9.), *una cum Dei populo*. *Εὐφραίνεσθαι* h. l. *laetitiam suam voce et clamoribus declarare* notat. Cf. LXX. Jes. 54, 1. Gal. 4, 27. *εὐφράνθητι* (רָנִּי) *στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα*. — V. 11. *καὶ πάλιν*] *καὶ πάλιν λέγει* D. E. F. G. 1. Syr. al. It. Ambrosiaster al. Hoc scripsit *Lachmannus*. *Λέγει* e vs. 10. mente repetendum librarii male Pauli verbis adjecerunt. Citavit Paulus Ps. 117, 1. ex LXX, nisi quod *καί* ante *ἐπαινέσατε* addidit a nonnullis (3. 30. 63. al. Mt. d. k. Syr. Chrys.) LXX auctoritate male expunctum. Ps. 117, 1. vates omnes nationes ad Jehovae laudes dicendas adhortatur, quia magna ejus sit in Israelitas benignitas Ps. 117, 2.. Sed Paulus vatem hoc dicere existimavit: celebrate Jehovam omnes exterae nationes, quoniam populum judaicum per Messiam magno beneficio affecit, quod vobiscum *benigne* participavit (cf. v. 9.). Laudare solemus eos, qui beneficiis nos ornaverint. Eo igitur, quod vates exteras nationes ad Dei laudes canendas hortatus est, Deum iis *se laudandi materiam benigne olim daturum* esse Paulo judice significavit. *αἰνεῖτε τὸν κύριον πάντα τὰ ἔθνη*] *αἰνεῖτε πάντα τὰ ἔθνη τὸν κύριον* *Lachmannus* edidit ex A. B. D. [47. Arm. Goth.] Vulg. Clar. Germ. [Chrys. Theodoret.]. Noli hunc verborum ordinem propterea magni facere, quod ab LXX translatione discrepet. In promtu est enim, Paulo non v. *πάντα τὰ ἔθνη* et *πάντες οἱ λαοί*, sed vocc. *αἰνεῖτε τὸν κύριον* et *ἐπαινέσατε αὐτόν* (*laudate Deum accepto beneficio* cf. v. 9.) ponderosa esse. *ἐπαινέσατε*] *Lachmannus* *ἐπαινεσάτωσαν* ex A. B. C. [39. Chrys. ms. Damasc. II, 55.]. Hi *ἐπαινεσάτωσαν* e versionis LXX codicibus, in quibus *ἐπαινεσάτωσαν* pro *ἐπαινέσατε* scriptum esset, hauserunt (v. *Holmesium*). *ἐπαινέσατε αὐτὸν*] Aristoph. Plut. v. 745. *ἐγὼ δ' ἐπῄνουν τὸν θεὸν πάνυ σφόδρα, | ὅτι βλέπειν ἐποίησε, τὸν Πλοῦτον ταχὺ κτλ.*. Ibi schol. *καταχρηστικῶς τὸ ἐπῄνουν ἐπὶ τοῦ θεοῦ· κυρίως γὰρ ἐπὶ ἀνθρώπου τὸ ἐπαινεῖν*. Observationis rationem nullam video. *Ἐπαινεῖν τὸν κύριον* LXX aliquoties dixerunt (Ps. 63, 4. 145. 4 148, 1.). Cf. Phil. 1, 11. *εἰς -- ἔπαινον θεοῦ*.

V. 12. *καὶ πάλιν Ἡσαΐας λέγει*] Verba *πάλιν Ἡσαΐας λέγει* om. Chrysostomus. | *καὶ Ἡσαΐας λέγει* voce *πάλιν* neglectâ versio aethiopica (non Ambrosiaster). *Mill.* Proleg. §. 1215. librarios *πάλιν* ex vs. 10. et 11. repetiisse contendit. Affertur locus Jesajae 11, 10. Verbis hebraicis וְהָיָה בַּיּוֹם הַהוּא שֹׁרֶשׁ יִשַׁי אֲשֶׁר עֹמֵד לְנֵס עַמִּים אֵלָיו גּוֹיִם יִדְרֹשׁוּ

haec sententia subjecta est: *et fit illo die* (Messiae tempore): *Jessaei surculus* (progenies), *qui constitutus* (quae constituta) *est pro vexillo, ad quod nationes concurrant* — (nunc structura mutatur, v. Apoc. 3, 12.) — *ad eum* (eam) *exterae nationes, ut eum* (*eam*) *consulant, accedent* (vide praeclaros S. V. *Hitzigii* et *Knobelii*, collegae amicissimi, commentarios). LXX hunc locum paullo liberius sic converterunt: *καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν — ἐπ᾿ αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι —*. Sublato vexillo conventus ad locum, in quo vexillum propositum esset, populo edicebatur. Itaque LXX, quum Messiae cum vexillo, ad quod nationibus conveniendum sit, comparatione Messiae in nationes imperium indicari putassent, verborum אֲשֶׁר עֹמֵד לְנֵס עַמִּים sententiam his vocabulis enuntiarunt: *καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν et qui exsurgit ut nationibus imperet.* Praeterea nationes ad Messiam, ut eum consultarent, venturas esse a vate pro *spei in Messia a nationibus reponendae indicio* memorari arbitrati verba אֵלָיו גּוֹיִם יִדְרֹשׁוּ libere ita verterunt *ἐπ᾿ αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι in eo nationes spem reponent.* Sed alexandrinos interpretes verborum structurâ non intellectâ וְהָיָה cum שֹׁרֶשׁ יִשַׁי male consociasse VV. DD. sine idoneâ causâ vulgo statuunt. Scilicet *Breitingerus*, *Holmesius* aliique editores male sic interpunxerunt: *καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ᾿ αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι —*. Tu ita distingue: *καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν — ἐπ᾿ αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι —*. Sed quod vitium alexandrinis interpretibus VV. DD. affinxerunt, Paulus sane commisit, qui verbis *καὶ* ante *ἔσται* et *ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ* post *ἔσται* praetermissis *ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν* copulavit h. s.: *exsistet* (non frustra exspectabitur) *Jessaei suboles et is qui exsurgit, ut regnet in gentiles: in eo gentiles spem reponent.* Hic locus Deum Judaeos pro *veracitate suâ*, gentiles pro *suâ benignitate* per Messiam aliquando beaturum esse (v. 8. et 9.) perspicue portendere Paulo visus est. Messiam Jessaei subolem (*τὴν ῥίζαν τοῦ Ἰεσσαί*) ut *Judaeis proprium iisque a Deo promissum* vocari putavit. Messianam gentilium felicitatem eo portendi existimavit, quod propheta Messiam *τὸν ἀνιστάμενον ἄρχειν ἐθνῶν·* dixerit. Postremo Deum *benevolentiâ* motum gentiles per Messiam beaturum esse prophetam oblique eo indicasse Ap. censuit, quod gentiles in *Messia, Jessaei nepote, spem* reposituros esse affirmasset (confer v. *ἐπ᾿ αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι* cum vocc. *ἔσται*

ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί.). *Oecumenius*: καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν] τὸ καὶ παρέλκεται (sic), ἵνα ἦ ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί, ποία αὕτη; ὁ ἀνιστάμενος, φησίν, ἄρχειν ἐθνῶν, τουτέστιν ὁ Χριστός. Rectius καί h. l. *explicativum* esse dixisset (Joh. 1, 16. *F. V. Fritzsche* Quaest. Luc. p. 9.). Sed καί haud dubie hic copula est. ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί] שֹׁרֶשׁ יִשַׁי *Jessaei surculus*, i. e. *suboles*, *stirps*, *progenies*. Vide Apoc. 22, 16. ἡ ῥίζα καὶ τὸ γένος τοῦ Δαυΐδ. cl. Apoc. 5, 5. Sir. 47, 22. 1 Macc. 1, 10..

V. 13. Aptissime Paulus quae 14, 1. — 15, 12. disputavit voto conclusit, quo optavit, ut Deus, spei largitor, Romanis omni, dum fidem haberent, hilaritate et concordiâ repletis adjuvante divini spiritus vi spei abundantiam daret vs. 13.. Dixit P. Deum *spei datorem* (τὸν θεὸν τῆς ἐλπίδος, cf. not. ad v. 5.) verborum vs. 12. ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν, quibus Deum gentilibus aeternae felicitatis spem benigne fecisse declaraverat, invitatu, non temere, sed quod Romanis abundantem sempiternae felicitatis spem, quâ nihil melius Christianis exoptes, per omnem hilaritatem et concordiam iis donatam, quorum ornamentorum ne jacturam facerent metuendum erat, a Deo precari constituisset. Consentaneum est, spei largitorem lubenter *abundantem* spem dare et ea tibi decora donare, quae possidere debeas, ut spei abundantia tibi dari possit. Recte igitur Paulus Romanis a Deo, *spei largitore*, omnem hilaritatem et concordiam, dum fidem haberent, optavit, ut beatitatis aeternae *spe abundarent*. Qui enim Deus, *spei* dator, Christianis *abundantem* spem deneget? Et quum abundanti spei nisi in hilaribus et concordibus hominibus locus esse nequeat, quidni animorum serenitas et concordia a Deo *spei* largitore recte repetatur? πᾶσα χαρὰ et εἰρήνη *omnis hilaritas et concordia* hilaritas et concordia est, cujus nulla pars deminuta sit. Cf. *Wetstenium* et *Theilium* ad Jac. 1, 2.. Epicteti Dissert. ab Arriano dig. 2, 2. Εἰ γὰρ προαίρεσιν θέλεις τηρῆσαι κατὰ φύσιν ἔχουσαν, πᾶσά σοι ἀσφάλεια, πᾶσα σοι εὐμάρεια, πρᾶγμα οὐκ ἔχεις. Cic. De N. D. II, 21, 56.. Nulla igitur in caelo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec vanitas inest, contraque *omnis* ordo, veritas, ratio, constantia —. Ornamenta omnibus numeris absoluta Paulus Romanis a Deo precatur, quae veritus est, ne de cibis et potionibus disceptantes amitterent, mentis hilaritatem, concordiae matrem, et ipsam concordiam (cf. 14, 17.). Rixae, quum inter jurgantes contumeliae intorquentur (14, 3. 10.), animos in morositatem conjiciunt eosque dissociant. ἐν τῷ πιστεύειν] impleat vos omni hilaritate et concordiâ, *dum fidem habeatis*. Fides

et omnium virtutum et sempiternae felicitatis fons est (v. not. ad 1, 13.). Fides parit concordiam et aeternae salutis spem accendit. Utrum *εἰς eventum* (ita ut abundetis), an *consilium* (ut abundetis) h. l. declaret decerni nequit, quamquam posterius mihi melius placet, quam prius: ut vos *abundetis* (sempiternae beatitatis, cf. 5,2.) spe per vim divini spiritus, qui illam spem nobis inseminat inseminatamque in nobis auget. Nam nos a Deo diligi testatur (5,5. 8, 31. sqq.). Variantes lectiones nullius frugis sunt. *πληρώσαι ὑμᾶς πάσης χαρᾶς καὶ εἰρήνης*] *πληροφορήσαι ὑμᾶς* (ἐν B.) *πάσῃ χαρᾷ καὶ εἰρήνῃ*. Est *glossema* (v. 2 Tim. 4, 17. 5. Col. 4,12. Rom. 15,29. varr. lect.). Et inaudita loquutio est *πληροφορεῖν τινα ἔν τινι* (s. *τινί*): *πληροῦν τινα ἔν τινι* et *τινί* P. posuit Ephes. 5,18. Rom. 1,29.. *ἐν τῷ πιστεύειν*] om. D. E. F. G. Arm. It. Vigilius Taps. semel. *Millius* Proleg. §. 1288. „*ἐν τῷ πιστεύειν* vereor ut sit *scholion*: vix verba tam insignia praetermitteret scriba." Nuper *Rueckerto* haec verba suspecta visa sunt. Nam salvâ sententiâ ea deesse posse et miram esse fidei mentionem *vocabulis ἐν τῷ πιστεύειν* factam. Docent variantes lectiones verba *ἐν τῷ πιστεύειν* per librariorum errorem excidisse. Similium verborum vicinia *ἐν τῷ πιστεύειν* et *εἰς τὸ περισσεύειν* librarios in fraudem induxit. I. *πιστεύειν εἰς τὸ* omittit. Aberravit scriba a *τῷ* ad *τὸ*. | *εἰς τὸ περισσεύειν* B. et 57. praetermittunt. Defecerunt a *πιστεύειν* ad *περισσεύειν*. Contra qui *ἐν τῷ πιστεύειν* non habent quum festinarent verborum *ἐν τῷ πιστεύειν* et *εἰς τὸ περισσεύειν* similitudine decepti *ἐν τῷ πιστεύειν* male neglexerunt. | 62. *ἐν τῷ περισσεύειν* exhibet. Temere scriba *ἐν τῷ* repetiit modo exaratum. *εἰς τὸ περισσεύειν ὑμᾶς ἐν τῇ ἐλπίδι*] Cf. 1 Cor. 15,58. 2 Cor. 8,7. *ἐν* omittunt D.* E. F. G. 31. 44. Mt. 8. Boern. Clar. Germ. Vigil. Taps. Cf. 2 Cor. 3,9. varr. lect..

V. 14. *Πέπεισμαι δέ, ἀδελφοί μου, καὶ αὐτὸς ἐγὼ ὑπὲρ ὑμῶν, ὅτι καὶ αὐτοὶ μεστοί ἐστε ἀγαθωσύνης, πεπληρωμένοι πάσης γνώσεως, δυνάμενοι καὶ ἀλλήλους νουθετεῖν.* 15. *Τολμηρότερον δὲ ἔγραψα ὑμῖν, ἀδελφοί, ἀπὸ μέρους, ὡς ἐπαναμιμνήσκων ὑμᾶς διὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν μοι ὑπὸ τοῦ θεοῦ.* 16. *εἰς τὸ εἶναί με λειτουργὸν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τὰ ἔθνη, ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ, ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος, ἡγιασμένη ἐν πνεύματι ἁγίῳ.* 17. *Ἔχω οὖν καύχησιν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*

τὰ πρὸς τὸν θεόν. 18. Οὐ γὰρ τολμήσω τι λαλεῖν ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν, λόγῳ καὶ ἔργῳ, 19. ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων, ἐν δυνάμει πνεύματος θεοῦ, ὥστε με ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ πεπληρωκέναι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, 20. οὕτω δὲ φιλοτιμούμενον εὐαγγελίζεσθαι, οὐχ ὅπου ὠνομάσθη Χριστός, ἵνα μὴ ἐπ' ἀλλότριον θεμέλιον οἰκοδομῶ, 21. ἀλλὰ, καθὼς γέγραπται Οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ, ὄψονται, καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασιν, συνήσουσι. 22. Διὸ καὶ ἐνεκοπτόμην τὰ πολλὰ τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. 23. Νυνὶ δὲ μηκέτι τόπον ἔχων ἐν τοῖς κλίμασι τούτοις, ἐπιποθίαν δὲ ἔχων τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν, 24. ὡς ἂν πορεύωμαι εἰς τὴν Σπανίαν ἐλπίζω διαπορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς καὶ ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι ἐκεῖ, ἐὰν ὑμῶν πρῶτον ἀπὸ μέρους ἐμπλησθῶ. 25. Νυνὶ δὲ πορεύομαι εἰς Ἱερουσαλὴμ διακονῶν τοῖς ἁγίοις. 26. Εὐδόκησαν γὰρ Μακεδονία καὶ Ἀχαΐα κοινωνίαν τινὰ ποιήσασθαι εἰς τοὺς πτωχοὺς τῶν ἁγίων τῶν ἐν Ἱερουσαλήμ. 27. Εὐδόκησαν γάρ, καὶ ὀφειλέται αὐτῶν εἰσιν. Εἰ γὰρ τοῖς πνευματικοῖς αὐτῶν ἐκοινώνησαν τὰ ἔθνη, ὀφείλουσι καὶ ἐν τοῖς σαρκικοῖς λειτουργῆσαι αὐτοῖς. 28. Τοῦτο οὖν ἐπιτελέσας καὶ σφραγισάμενος αὐτοῖς τὸν καρπὸν τοῦτον ἀπελεύσομαι δι' ὑμῶν εἰς τὴν Σπανίαν. 29. Οἶδα δὲ ὅτι ἐρχόμενος πρὸς ὑμᾶς ἐν πληρώματι εὐλογίας Χριστοῦ ἐλεύσομαι. 30. Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ πνεύματος συναγωνίσασθαί μοι ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν θεόν, 31. ἵνα ῥυσθῶ ἀπὸ τῶν ἀπειθούντων ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ [ἵνα] ἡ διακονία μου ἡ εἰς Ἱερουσαλὴμ εὐπρόσδεκτος γένηται τοῖς ἁγίοις, 32. ἵνα ἐν χαρᾷ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς διὰ θελήματος θεοῦ καὶ συναναπαύσωμαι ὑμῖν. 33. Ὁ δὲ θεὸς τῆς εἰρήνης μετὰ πάντων ὑμῶν. [Ἀμήν.].

Sequitur epistolae epilogus (15,14. — 16,24.), in quo se Paulus ante omnia Romanis excusat, quod eos per epistolam ad pietatem cohortatus sit, ab impietate revocaverit idque interdum liberius fecerit, muneris auctoritate: nam se Apostolum, qui *gentilium* saluti se consecraret, a Deo

constitutum esse ait (v. 14 — 16.). Versu 14. non ad totius epistolae argumentum, sed ad ea dumtaxat loca a Paulo respici, in quibus Romanos ad virtutem hortatus est et a flagitiis absterruit, ex ipsâ vs. 14. sententiâ cognoscitur. Nam Romanos hortatore non egere et quoniam suâ sponte plenum bonitate animum gerant et quia tantâ rerum divinarum scientiâ praediti sint, ut ipsi se invicem de officio admonere (νουθετεῖν) possint Apostolus vs. 14. affirmat. Itaque Pauli se hîc illic *liberius* scripsisse concedentis confessio vs. 15. ad omnia ea epistolae loca referenda est, in quibus Romanos ut homines, qui in officio claudicarent, et ardentius ad virtutem cohortatus est et acrius a vitiis revocavit, v. c. 6,12—14. 19. 8,9. 11,17. sqq. 12,3. 13,3. sqq. 13. 14. 14,3. 4. 10. 13. 15. 20.. Paulum vs. 14 — 16. non nisi admonitionum proxime praecedentium 14,1.—15,13. audaciam excusare non recte statuit *Meyerus*, *Grotium* sequutus. Primo *Meyerus* sententiam suam eo firmavit, quod Paulus non ad Apostoli munus, quod a Deo accepisset, sed ad Apostoli *ad gentiles* divinitus missi officium provocaverit. Hinc Paulum v. 14—16. disputationis, in quâ *firmos* Romanos a *gentilium* sacris ad Christi disciplinam transgressos alloquutus esset 14, 1. 15, 1., rationem habuisse manifestum esse *Meyerus* censuit. At fuit Paulus *gentilium* Apostolus, non quod gentiles tantummodo instituendi officium recepisset, sed quia *extra Judaeam* docuit et eas terras peragravit, quas plerique gentiles incolerent (v. II, p. 478.). Itaque in his terris Paulo, *gentilium* Apostolo, non solum gentiles, verum etiam *Judaei* instituendi erant. Recte igitur non solum ethnicos, sed etiam *judaicos* Romanos paullo ante admonuit (14,4. 10.). Deinde verbum νουθετεῖν vs. 14. non in totius epistolae argumentum quadrare bene quidem *Meyerus* observavit, sed Paulum v. 14—16. ad locum 14,1. — 15,13. respexisse inde non consequitur. Nam etiam quum in dogmaticâ epistolae parte aliquoties, tum semper 12,1. — 13,14. Romanos ad virtutis studium incitavit et a pravitate avocavit. Postremo Paulum infra suis rebus v. 22. — 32. expositis versu 33. ad 14, 1. — 15, 13. hoc voto reverti: Deus, *concordiae* largitor, vos omnes tueatur: *Meyerus* dixit. Ut ibi ὁ θεὸς τῆς εἰρήνης Deum *concordiae* auctorem, declaret, quod non concedimus, ex eo, quod Paulus vs. 33. memor eorum, quae 14, 1. — 15, 13. disputavit, Romanis *concordiam* optavit, eum 15,14—16. tantummodo loci 14, 1. — 15, 13. rationem habuisse minime efficitur.

V. 14. πέπεισμαι δέ, ἀδελφοί μου] Alloquitur P. neque potissimum judaicos (*Boehm.*), neque ethnicos (*Chr.*

Fr. Schmid.) Christianos, sed omnes pariter lectores. ἀδελφοί μου Syrus et D. ex emend. (ἀδελφοί solum D.* E. F. G. et Theodoretus) post περὶ ὑμῶν ponunt. καὶ αὐτὸς ἐγὼ] i. e. persuasum est autem, fratres mei, *et ipsi mihi, qui vos graviter ad virtutem cohortatus sum et a vitiis deterrui*, de vobis (*Chrys.*, *Reich.* al.); cf. not. ad 7,25.. Parum apte *Bengel.*, *Morus*, *Olsh.* al. *et ipsi mihi*, *non modo aliis*, contorte *Meyerus* et *dW. et ipsi mihi*, *qui meo*, *non aliorum judicio* (1,8.) *confido. Tholuccius*: „αὐτὸς ἐγώ entweder eben ich —, oder von selbst in populärer Ausdrucksweise, wozu der Gegensatz, ohne das, was ihr in Folge meiner Ermahnung thut (!!). Confudit *Tholuccius* καὶ αὐτὸς ἐγὼ cum καὶ αὐτοί, quod sequitur. καὶ αὐτοὶ] i. e. *vos et ipsos*, *licet a me non admonitos* abundare bonitate. καὶ αὐτοὶ] om. D. E. F. G. Arr. Aeth. It. Agapet. et Chrys. in comment. (sed sunt qui καὶ αὐτοὶ contineant codices). Verba καὶ αὐτοὶ *necessaria* sunt. Nam Paulus haec dicere debet: vos *vestrâ sponte aut citra meam admonitionem* bonitate abundare firme mihi persuasum est. Per errorem καὶ αὐτοὶ ante μεστοὶ excidit. *Mill.* Prol. §. 450. et 1288. explicatorem verbis καὶ αὐτὸς ἐγὼ motum καὶ αὐτοὶ addidisse opinatus est. Ἀγαθωσύνη, quemadmodum ἀγαθότης, recentioris officinae vocabulum, in LXX, N. T. et PP. eccles. (v. *Suicer.* Thes. eccles. I, p. 15. sq.) frequentatur. Et *bonitatem* et *benignitatem* significat. Thomas M. χρηστότης, οὐκ ἀγαθότης οὐδ' ἀγαθωσύνη. H. l. *bonitatem* declarat, quae *malitiae* opponitur. It. Vulg. Boern. Ambrosiaster et Pelag. vertunt: quoniam pleni estis *dilectione*. Exprimunt ὅτι — μεστοί ἐστε ἀγάπης, quod G. habet, glossema eorum, qui ἀγαθωσύνης vocabulum male *benevolentiae* significatu sumsissent (cf. v. c. *Theophyl.*) Non igitur illi ἀγαποσύνης pro ἀγαθωσύνης in graecis codd. invenerant (*Erasmus* et *Zegerus*). *Fix* in Stephani Thes. ed. Hase s. v. ἁγιωσύνη: „Ἀγαποσύνη in VV. LL. *corruptum* videtur esse vocabulum, fortasse pro ἀγαθωσύνη." Qui suâ sponte et a nemine admoniti bonitate abundant, eos hortatore non egere apparet. Sed quum vel optimi viri saepe errent, sapienti monitore opus est, qui errore ductis verum monstret. Ne hoc quidem Romanos indigere Paulus adjungit: nam eos omni rerum divinarum scientiâ instructos esse, ut et ipsi se invicem admonere possint, se firmissime credere. δυνάμενοι καὶ ἀλλήλους νουθετεῖν] i. e. *qui possitis etiam vos invicem commonere*, ita ut *meâ* admonitione non indigeatis. Non apta est *Bengelii* et *Rueckerti* explicatio: etiam vos invicem, *non modo quisque se ipsum* (2Tim. 2,2.). Quo loco Paulus se quod Romanos praeter necessitatem admonuerit purgat *suam* admonitionem Romanorum admoni-

tioni opponere debet. *δυνάμενοι καὶ ἀλλήλους νουθετεῖν*] *δυνάμενοι καὶ ἄλλους νουθετεῖν* 37. 46. 57. 72. 73. 74. al. Syrus, Slav. Chrys., Theodoret., Theophyl., Oec., Ruf. [Demosth. p. 74,7. *Reiske* pro *ἀλλήλων* est qui *ἄλλων* habeat probante *Schaefero*.] Haec lectio a *Beza*, *Grotio*, *Wetstenio* et *Griesbachio* probata est, neque ea *Matthaeio* ed. maj. displicuit. | It. Vulg. *δυνάμενοι ἀλλήλους νουθετεῖν* omisso *καὶ*. | D. E. F. G. *ἀλλήλους δυνάμενοι νουθετεῖν*. Scriptura *δυνάμενοι καὶ ἄλλους νουθετεῖν* sententiam fundit a Pauli consilio abhorrentem: *qui possitis non solum ipsi verum discere, sed etiam alios* (imperitiores) *de vero admonere* (*Chrysost.*, *Grot.* al. cf. 2 Tim. 2, 2. Hebr. 5,12.). Nam ut Apostolus supervacaneas videri suas admonitiones efficiat, hoc ei dicendum est: quod *ab se* in hâc epistolâ factum sit, *ipsos quoque Romanos* facere posse, quum alter ab altero admoneatur. Itaque lectio *δυνάμενοι καὶ ἀλλήλους νουθετεῖν* genuina est. *Ἄλλους* ex *ἀλλήλους* natum est, quum scribae mediam hujus vocis syllabam temere neglexissent. Hic error saepe a librariis commissus est. Sic Joh. 4,8. B. *ἀπελύθεισαν* pro *ἀπεληλύθεισαν* habet. Eph. 1,11. A. B. et multi alii *ἐκλήθημεν* pro *ἐκληρώθημεν* continent. Lectionem *ἀλλήλους δυνάμενοι νουθετεῖν* correctores ter repetito *καὶ* offensos invexisse (*Reich.*, *dW.*) non credo. Nam D. E. F. G. hunc versum sic scribunt: *πέπεισμαι δὲ καὶ αὐτὸς ἐγὼ περὶ ὑμῶν, ἀδελφοί* [D.* *ἀδελφοί μου*], *ὅτι* [*καὶ αὐτοὶ* per festinationem omiserunt, v. supra] *μεστοί ἐστε ἀγαθωσύνης* [G. *ἀγάπης*] *καὶ πεπληρωμένοι πάσης γνώσεως, ἀλλήλους δυνάμενοι νουθετεῖν*. Imo quum *δυνάμενοι ἀλλήλους νουθετεῖν* omisso *καὶ* ante *ἀλλήλους* in codicibus, quos describerent, invenissent (v. It. et Vulg.), aut per errorem verba transposuerunt (*ἀλλήλους δυνάμενοι νουθετεῖν*), aut de industriâ, ut *ἀλλήλους* ponderosum vocabulum facerent. Tantum Paulus hoc versu Romanis tribuit, quantum in paucissimos eorum convenit, partim amore impulsus (vel optimi et veracissimi homines in laudandis iis, quos diligunt, modum excedunt), partim hoc consilio ductus, ut suis admonitionibus pondus adjiceret. Pellit enim animos nostros admonitio propter nostram bonitatem et sapientiam admonitione suâ non opus esse videri dicentis. Ceterum ex eo, quod P. se *ut gentilium Apostolum* Romanis, et optimis et sapientissimis Christianis, nonnunquam paullo liberius officii rationes *in memoriam revocasse* v. 14 — 16. scripsit, amicos, qui Romae viverent, esse, quod Romanos de certis quibusdam officiis graviter admoneret, eum certiorem fecisse suspicamur.

V. 15. et 16. τολμηρότερον] τολμηροτέρως, quod *Lachmannus* edidit, tantummodo A. et B. continent. τολμηρότερον *audacius*, *liberius* scil. quam pro summâ vestrâ bonitate perfectâque sapientiâ (v. 14.), cf. Bernhardyi Wissensch. Syntax p. 433. et not. ad Marc. p. 392.. Verba ἀπὸ μέρους cum vocc. τολμηρότερον ἔγραψα ὑμῖν copulanda sunt: *audacius autem scripsi vobis*, *fratres*, *ex parte*, i. e. *hîc illîc in meâ epistolâ*, *in nonnullis epistolae locis* (cf. supra). Ἀπὸ μέρους non vertit Syrus. Male *Erasmus*, *Grotius* al. ἀπὸ μέρους junxerunt cum τολμηρότερον h. s.: *aliquantulum audacius*, *paullo liberius*. Quod his placuit, τολμηρότερον ἔγραψα ὑμῖν, non τολμηρότερον ἀπὸ μέρους ἔγραψα ὑμῖν graece dicendum est. Praeterea verba ἀπὸ μέρους ad id referenda esse, quod Paulus *fecerit*, h. e. ad vocc. τολμηρότερον ἔγραψα ὑμῖν verborum ordo docet. Vel hoc argumento *Oecumenii* interpretatio evertitur: τολμηρότερον ἀπὸ μέρους ἀντὶ τοῦ τρόπον τινὰ καὶ εἴ τις μὴ τὴν διάνοιαν ὅλην βλέπει, ἀλλ' αὐτὰς τὰς λέξεις ἐκ μέρους πολυπραγμονεῖ γυμνώσας τῆς διανοίας (!). Non percepit hujus loci sententiam *Bengelius*, Paulum se Romanis purgare, quod epistolam ad eos dederit opinatus. Eadem *Calvini* opinio fuisse videtur. *Bengel.*: „τολμηρότερον, audacius] i. e. τολμηρότερον, audacius, feci, qui scriberem ignotis, quum potius ipse venire deberem. In scriptione ipsâ, non in modo scribendi, *audaciam* aliquam ait esse positam." Quomodo *Beng.* ἀπὸ μέρους ceperit parum liquet. ἔγραψα ὑμῖν, ἀδελφοί, ἀπὸ μέρους] A. B. C. Copt. Aeth. Cyr. Chrys. Ruf. ἔγραψα ὑμῖν ἀπὸ μέρους. Itaque *Lachmannus* ἀδελφοί *Griesbachio* suspectum expunxit. | 3. 108. ἔγραψα ὑμῖν ἀπὸ μέρους, ἀδελφοὶ (Arm. ἀδελφοί μου). Quum blanda Romanorum compellatio h. l. aptissima sit et vox ἀδελφοί facilius negligi ut supervacanea quam ut necessaria a scribis addi potuerit, ego ἀδελφοί retinui. Primo ἀδελφοί post ἀπὸ μέρους rejectum esse videtur, ne ἀπὸ μέρους a τολμηρότερον δὲ ἔγραψα ὑμῖν avulsum esset, deinde incerta voculae sedes fecisse, ut a nonnullis librariis omitteretur (*Meyerus*, *dW.*). Certe ἀδελφοί post ἔγραψα ὑμῖν variantes lectiones vs. 14. firmant. Nam qui ibi ἀδελφοί μου post περὶ ὑμῶν male collocarunt voce ἀδελφοί, quam v. 15. post ὑμῖν in suis codd. positam invenissent, moti sunt. ὡς ἐπαναμιμνήσκων ὑμᾶς] *ut vos denuo recordari faciens* i. q. ritu ejus, qui vos rursus reminisci faciat. Plato Leg. 3,8. — *καὶ ὃ λέγων ἐγὼ νῦν λέγω πάλιν, ἅπερ τότε εἰ μὲν βούλεσθε, ὡς παίζων, εἰ δ', ὡς σπουδάζων.* Cf. *Bernhardyi* Synt. p. 333.. Neque Participium Praesentis *consilium* indicat, in quam rem *Rueckertus*

2 Cor. 1,13. 5,12. 8,8. et Plat. Gorg. p. 483. C. male citavit, neque ὡς cum Participio consociatum hanc vim habet (in memoriam *revocaturus*): v. *Wineri* gr. p. 559.. Modeste Paulus ὡς ἐπαναμιμνήσκων ὑμᾶς scripsit, h. e. ut vos denuo recordari faciens, *non ut nova vobis tradens* (οὐχ ὡς διδάσκων ὑμᾶς.) Cf. 2 Petr. 1,12.. Ἐπὶ in ἐπαναμιμνήσκω, verbo non saepe obvio (cf. Demosth. p. 74,7. *Reisk.*, Plat. Leg. 3, p. 688. A.), *iterationem* notare verissime Lexicographi docent. (v. ἐπανορθόω, ἐπαναπολέω, ἐπανανεόομαι). Est igitur ἀναμιμνήσκω cum duplici Accusativo alicui aliquid in memoriam *revoco* (1 Cor. 4,17.), ἐπαναμιμνήσκω τινά τι (Plat. Leg. l. c.) alicui aliquid *rursus* in memoriam *revoco* et levi sensus discrimine Apostolum ἀναμιμνήσκων s. ὑπομιμνήσκων (2 Petr. 1,12.) pro ἐπαναμιμνήσκων ponere potuisse elucet. Ita Demosthenes 74,8. — ἕκαστον ὑμῶν, καίπερ ἀκριβῶς εἰδότα, ὅμως ἐ π α ν α μ ν ῆ σ α ι βούλομαι scripsit, sed paullo post 74,22. ταῦτ' οὖν, ὡς μὲν ὑ π ο μ ν ῆ σ α ι, νῦν ἱκανῶς εἴρηται dixit. Nostro loco ὡς ἐπαναμιμνήσκων modestius est, quam ὡς ἀναμιμνήσκων. Nam illud plus, quam hoc tribuit Romanis. N. T. interpretes hic eo peccarunt, quod inauditos significatus verbo ἐπαναμιμνήσκω affinxerunt et in eo argutati sunt, quod P. ὡς ἐπαναμιμνήσκων, non ὡς ἀναμιμνήσκων posuisset. *Chrysostomus*: καὶ οὐκ εἶπε [Paulus] διδάσκων, οὐδὲ ἀναμιμνήσκων, ἀλλ' ἐ π α ν α μ ι μ ν ή σ κ ω ν, τουτέστι μ ι κ ρ ό ν τ ι ἀναμιμνήσκων (sic). Adde *Theophylactum*, *schol. Matth.* et *Bengelium*. *Reichius* ἐπαναμιμνήσκειν interpretatur insuper (ἐπὶ, praeter necessitatem) rursus (ἀνὰ) commonefacere (μιμνήσκειν) et *Rueckertus* aliquem rei, quam *probe sciat*, commonefacere! Idem ἀναμιμνήσκω τινά τι explicat aliquem de re admonere, quae *ex ejus memoriâ f o r t a s s e excesserit*! *Zach. Pierce* apud *Wolfium* διά conjecturâ delet, ne res reticeatur, cujus memoriam P. Romanis refricare voluerit (ut in memoriam vobis *revocans gratiam a Deo mihi datam*, v. 1 Cor. 4,17.)! *Officiorum Christianis injunctorum* memoriam Paulum in Romanis redintegrare voluisse ex re et contextâ oratione intelligitur. *Gratia Paulo divinitus data* in eo cernitur, quod Deus eum benigne ex Christi adversario *idoneum Christi apostolum* fecit (v. not. ad 12,3. III, p. 34.). Rueckertus *Apostoli* munus non seclusisset, si ad v. vs. 16. εἰς τὸ εἶναί με λειτουργὸν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τὰ ἔθνη animum advertisset. Paulus ut quod hîc illîc in suâ epistolâ fecisset *muneris necessitate* excusaret, ad *Apostoli* facultatem et provinciam ideo sibi divinitus datam, ut esset *gentilium* Apostolus provocavit. Disceptant interpretes, utrum v. διὰ τὴν χάριν κτλ. cum vocc. ὡς ἐ π α ν α μ ι μ ν ή σ κ ω ν (*Reich.*),

an cum vocc. τολμηρότερον ἔγραψα ὑμῖν ἀπὸ μέρους (*Rueck.*) connectenda sint. Haec disputatio inanis est, quum v. διὰ τὴν χάριν κτλ. cum totâ sententiâ cohaereant. Paulus ut gentilium Apostolus neque tantummodo officia Romanis in mentem revocavit, neque solum in nonnullis epistolae locis iis scripsit audacius, sed *audacius hic illic Romanis scripsit ut officia iis denuo in mentem revocans* (non ut inauditas res iis primum tradens), *quia* hoc *Apostoli* facultas et provincia poposcit, idcirco ei divinitus data, ut *gentilium* salutem promoveret (vs. 15. 16.). — V. 16. Verba εἰς τὸ εἶναί με λειτουργὸν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τὰ ἔθνη a vocc. vs. 15. τὴν δοθεῖσάν μοι ὑπὸ τοῦ θεοῦ suspensa sunt: — propter Apostoli facultatem et provinciam *ideo mihi divinitus datam*, *ut essem Jesu Christi sacerdos*, *quod ad nationes extra Palaestinam viventes attinet*. Λειτουργὸς h. l. *sacrorum ministrum*, *sacerdotem* denotat (v. Hebr. 8,2. et N. T. Lexica s. v. λειτουργέω). Nam Paulum Apostoli munus quod obiit *sacerdotio* assimilasse ex proximis verbis discimus. Quâ ratione impulsus hoc P. fecerit ad 12, 1. (III, p. 19.) diximus. Paulum quod se *Jesu Christi sacerdotem* appellavit, *Christum pontificem maximum* mente informasse (v. *Rueck.* cl. *Bengelio*); propterea non credo, quod Paulus nusquam Christum *pontificem maximum* (τὸν ἀρχιερέα) vocavit. Sed fecit hoc epistolae ad Hebraeos scriptor. Imo P. *ecclesiae gubernatorem* Christum mente concepit, qui Dei auctoritate *Apostolus* ecclesiae largiatur (Ephes. 4, 11.), eosque, quemadmodum h. l. explicat, *sacerdotiis* praeficiat. λειτουργὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τὰ ἔθνη neque *sacerdos Jesu Christi ad gentes* (Priester Jesu Christi an die Heiden, i. q. εἰς τὰ ἔθνη ἀποσταλείς) neque sacerdos J. Christi, *qui gentilibus deserviat* Priester Jesu Christi für die Heiden, *Winerus* gr. p. 377. *Meyerus* al.), sed *sacerdos Jesu Christi* est, *quod ad gentiles* (per hunc Christi sacerdotem Deo consecrandos) *attinet* (v. not. ad 4,20.). Docent verba, quae sequuntur. λειτουργὸν Ἰησοῦ Χριστοῦ] λειτουργὸν Χριστοῦ Ἰησοῦ A. C. F. Vulg., Augustin., Syr. post., Orig., Cyrillus, quorum lectionem *Lachmannus* recepit. Verbis ἱερουργοῦντα — — ἐν πνεύματι ἁγίῳ P. similitudinem *a sacerdotio* repetitam persequitur. Primo haec verba exponam, deinde sententiam iis subjectam explicabo. ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ] Ἱερουργεῖν primo *sacris operari*, *sacrificare* designat (Herodian. 5, 5, 13. Palaeph. De incredib. 5,3. Joseph. A. J. 7,13,4.). Hinc τὰ ἱερουργηθέντα sunt *victimae caesae* (Herodian. 5,5,20.). Deinde ἱερουργεῖν *sacerdotem esse* et omnino *sacram rem obire* notat. Construitur cum Accusativo, ut pro verbi potestate, quam scriptores

sequnti fuerint, et pro rei, de quâ exponant, naturâ diversus sensus nascatur. Est igitur, si a *sacram rem peragendi* significatu profectus fueris, ἱερουργεῖν τι (i. e. ἱερουργὸν εἶναί τινος) *aliquod sacrum opus peragere*. Sic Galenus de Theriacâ (Medicorum graecorum opera ed. *Kuehn*. T. XIV. p. 212.) μυστηρίων ἱερουργὸν *sacrarum* caerimoniarum *patratorem* dixit. Quum *sacrificandi* potestate nixus fueris, ἱερουργεῖν τι *aliquod sacrificium perpetrare* declarat. Basilius Caesareensis Homil. in Ps. 115. sub finem (p. 129. ed. Basil. 1551. f.) — *καὶ ἱερουργήσω σοι τὴν τῆς αἰνέσεως θυσίαν* —. scripsit, pro quo paullo post dixit *θύειν τῷ θεῷ τὴν αἴνεσιν*. (Hoc Basilii loco *Reichii* p. 500. opinio refellitur.) Hunc usum *Lutherus* („zu opfern das Evangelium Gottes") parum recte in nostrum locum transtulit. Neque enim evangelium, sed *gentiles* sacrificium constituunt, *Deo* (12,1. Eph. 5,2. Act. 26,18., non *Christo*, *Reich*.) a Paulo consecrandum. Postremo quoniam ἱερουργεῖν etiam *sacerdotem esse* significat ἱερουργεῖν τι *sacerdotis modo aliquid tractare*, *administrare* valet. Cf. locum a *Carpzovio*, *Kypkio* II, p. 188. aliisque allatum 4 Macc. 7,8. *Τοιούτους δὴ δεῖ εἶναι τοὺς ἱερουργοῦντας τὸν νόμον ἰδίῳ αἵματι καὶ γενναίῳ ἱδρῶτι τοῖς μέχρι θανάτου πάθεσιν ὑπερασπίζοντας*. tales vero (np. qualis fuit Eleazarus, *τὸ γένος ἱερεύς, τὴν ἐπιστήμην νομικός*, v. 5,4. et 7,6.) esse eos oportet, qui sacerdotum (*sanguinem* offerre solitorum) ritu Mosis legem *suo sanguine* administrant, i. e. h. l., ut ex sequentibus verbis intelligitur, qui Mosis legem sui sanguinis profusione defendunt. Item nostro loco *ἱερουργεῖν τὸ εὐαγγέλιον sacerdotis modo evangelium administrare* designat (*Meyerus*, *dW*. al.). Quum Paulus munus Apostoli sibi demandatum cum *sacerdotio*, quod *gentiles* complecteretur, comparaverit, elucet, eum eatenus *ut sacerdotem* inter gentiles (nam post verba *ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ* mente addendum esse *ἐν τοῖς ἔθνεσιν* e re manifestum est) doctrinam divinam dispensasse, quatenus evangelium gentilibus diligenter et relligiose tradidisset (v. v. c. *Chrys*.). Erant sacerdoti judaico farina, oleum et thus, unde incruentum sacrificium fieret, rite et tractanda et incendenda, ut memoriale sacrificium *recte atque ordine* offerretur Levit. 2,2.; similiter Paulum, gentilibus destinatum *sacerdotem*, evangelium, quod sacrificium Deo offerendum (homines per fidem ad Deum adductos 10,14.) consecrat *sacerdotis modo* inter gentiles administrare (evangelium gentilibus accurate et relligiose tradere) oportet, ut sacrificium, in gentilium immolatione positum, Deo gratum sit, quoniam sit rite consecratum (quî enim Deo sacrificium

placeat a sacerdote ei sacrificio praeposito non rite consecratum?) i. e. ut gentiles a Paulo, suo Apostolo, accurate instituti et formati Deo placeant. Haec qui tenuerit, ei sequentium verborum ratio non obscura erit. *) *Τῆς προςφορᾶς* vocabulum h. l. de *sacrificio incruento* (מִנְחָה) interpretor, et quoniam sic *ἡ προςφορά* plerumque dicitur, et quia Paulum sacrificium, de quo disputat, *cruentum* (*θυσίαν*) mente informasse nihil indicio est, et memor loci Jes. 66,20., quamquam hujus loci nullam rationem a Paulo ductam esse certum est. *Τῶν ἐθνῶν* est Genitivus appositionis (*Flatt.*, *Meyerus*, *dW.* al.): sacrificium *in gentilibus ad Deum adductis* (Act. 26,18.) positum (Jes. 60,20.). Hoc verum esse similitudinis *a sacerdote* petitae continuatio demonstrat. Dei mandatu sibi evangelium inter gentiles *sacerdotis* modo administrandum esse P. ait, ut sacrificium (dicit ipsos gentiles Dei arae admotos) Deo acceptum sit, quippe per spiritum s. consecratum h. e. demtâ similitudine: sibi, gentilium Apostolo divinitus constituto, doctrinam divinam gentilibus accurate et relligiose tradendam esse, ut gentiles ad Deum conversi (Act. 26,18.) Deo accepti sint, quippe per spiritum s. consecrati. Quemadmo-

---

*) In verborum *ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ* explicatione multis modis ab interpretibus peccatum est. *Wolfius*, *Flattus* al. *κατά* post *ἱερουργοῦντα* temere cogitando addiderunt h. s.: qui sacra facerem *secundum evangelii*, non secundum legis mosaicae (*οὐ κατὰ τὸν νόμον*) *praescriptum*. *Reichius* ex verbis *ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ* hanc sententiam extricavit: *qui sacra facerem quod ad evangelium attinet*, h. e. in novo eoque vero adyto, non, ut judaici sacerdotes, in templo hierosolymitano! *Bretschneiderus* Lex. p. 196. adversante usu loquendi *ἱερουργεῖν τι semet ipsum immolare rei sacrae faciendae s. promovendae* („me ipsum immolantem doctrinae christ. propagationi") enarravit. *Augustinus*, *Calvinus* al., quum *ἱερουργεῖν τὸ εὐαγγέλιον τ. θ. consecrare evangelium Dei* verterent, recte videntur *ἱερουργεῖν τι antistitis modo rem administrare* explicuisse, sed quia *consecrationem sacerdotale* opus esse secum reputassent formulae *sensum* quo diximus modo descripsisse. Qui sensum minime assequuti sunt. Quî enim Paulus, Christi sacerdos, doctrinam divinam consecret, rem suâpte naturâ sanctissimam? Praeterea in promtu est, *τὴν ἱερουργίαν τοῦ εὐαγγελίου τοῦ θεοῦ τὴν προςφορὰν τῶν ἐθνῶν* per spiritum s. consecrare. Itaque illa non quidem evangelii consecratio est, sed accurata et relligiosa doctrinae divinae expositio, quae spiritus s. vim in hominibus christ. promovet eosque ita Déo consecrat (v. comment.). *Wilkius* Cl. I, p. 528. *ἱερουργέω* esse *sacra facio*, *sacra administro et quae a sacrificaturis offeruntur praeparo Deoque consecro* praefatus verba *εἰς τὰ ἔθνη ἱερουργῶν τὸ εὐαγγέλιον τ. θ.*, quae temere consociavit, sic interpretatus est: „*ad paganos afferens*, *quasi sacrificium praepararem*, *doctrinam de salute*, *ut pagani Deo acceptum offerant sacrificium*."!

dum Deo sacrificium non placeat, nisi a sacerdote, quem sacrificio ipse praefecerit, rite consecratum, ita gentiles Deo pro sacrificio oblati placere nequeunt, nisi a Paulo, sacerdote gentilium immolationi divinitus praeposito, per spiritum s. consecrati fuerint. Sane Romani sine Pauli interventu tum Deo sacrificati sunt, quum primum Christo fidem adjecerunt iisque jam tum divinus spiritus datus est. At ut hoc sacrificium, quoniam rite *a gentilium sacerdote consecratum* esset, Deo placeret, Paulus sacerdotali divini evangelii administratione efficere debuit, ut per spiritum s., cujus *vis in Romanos aucta* esset 1,11., rite consecratum esset, h. e. detractâ similitudine: Romani sine Pauli interventu Christiani facti, ut perfecti Christiani essent et qui Deo, quod eos totos spiritus s. regeret, probarentur, a Paulo, gentilium Apostolo, accurate instituendi, graviter admonendi et divini spiritus dotibus(1,11.)augendi erant. Sic versum 16. sententiam continere apparet, quâ P. se recte excusaret, quod audacius hîc illîc pro Romanorum bonitate et sapientiâ Romanis officia in memoriam revocasset (v. 14. et 15.). Nempe Paulo, gentilium Apostolo divinitus constituto, opera danda erat, ut Romani, suae provinciae haud dubie contribuendi, *optimi* Christiani evaderent (v. 15. 16.). *Grotius*: „ἐν πνεύματι ἁγίῳ] non sale, ut leviticae victimae, sed ipso spiritu s." (Levit. 2, 13.). Omnium caerimoniarum, quas Deus per Mosen instituisset, peractione, non solum sale insperso sacrificia consecrabantur. Paulus quidem διὰ τοῦ ἱερουργεῖν τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ ἐν τοῖς ἔθνεσι τὴν προςφορὰν τῶν ἐθνῶν ἡγίασεν ἐν πνεύματι ἁγίῳ. His expositis non est, quod eos, qui ἡ προςφορὰ τῶν ἐθνῶν aliter, quam a nobis factum est, explicuerunt copiose refellamus. *D. Bretschneiderus* Lex. p. 358." ἡ προςφορὰ τῶν ἐθνῶν, id quod gentes adduxi (das Herbeiführen der Heiden) ad Deum et regnum Dei; gentiles a me ad sacra christiana adducti." At Romani, in quos convenire debent quae h. l. Ap. dixit, a Paulo ad Christi disciplinam non adducti sunt. *Theodoretus* et schol. Matth. τὴν προςφορὰν τῶν ἐθνῶν id, quod gentiles Deo offerant, i. e. *fidem* notare opinati v. ἵνα γένηται ἡ προςφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόςδεκτος sic exposuerunt: ut sit gentilium fides *sincera*. *Theodoretus*: καὶ τὸ μὲν κήρυγμα ἱερουργίαν ἐκάλεσε (Paulus), τὴν δὲ γνησίαν πίστιν εὐπρόςδεκτον προςφοράν. *Michelsenus* hoc dici sibi persuasit: circumferre Paulum tanquam imaginarium thus (2 Cor. 2, 15.!) doctrinam divinam (ἱερουργεῖν τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ!), ut gentilium *sacrificatio* Deo grata *reddatur* (sic), i. e. ut gentilium cultus, quippe vero Deo tributus, Deo acceptus red-

datur (Jes. 60,7. Mal. 1,11.)! Ἡ προςφορά non *sacrificationem*, sed *id quod sacrificatur* declarat, ut alia V. D. peccata silentio praeteream. Hoc unum tenendum esse, Paulum se tradendo evangelio sacrum aliquod opus peragere dicere neque similitudinis a sacerdotio ductae rationes, ne pulchra comparatio corrumpatur, persequendas esse *Rueckertus* parum considerate contendit. Nam si a Paulo dicta a re sacrâ Judaeorum et gentilium abhorruissent similitudo a sacerdotio repetita Romanorum animos non pepulisset et verba ἵνα γένηται ἡ προςφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόςδεκτος, ἡγιασμένη ἐν πνεύματι ἁγίῳ sensu destituerentur. Illud cavendum est, ne similitudinis enodationi res immisceamus a scriptore non cogitatas. Hoc fecit v. c. *Theophylactus* evangelium secespitam, Romanos victimam et voces, quibus Paulus Romanos admonuit, victimae mactationem dici arbitratus. *Theophylactus*: — Μὴ τοίνυν μοι μέμφεσθέ, ἐὰν ὑμῖν ὁμιλῶ. Αὕτη γάρ μοι ἱερωσύνη τὸ καταγγέλλειν τὸ εὐαγγέλιον. Μάχαιραν (Ephes. 6, 17.!) ἔχω τὸν λόγον· θυσία ἐστὲ ὑμεῖς· τίς δ' ἂν μέμψοιτο τῷ ἱερεῖ τὴν μάχαιραν ἐπάγοντι τοῖς πρὸς θυσίαν ἀφωρισμένοις; Ne *cruentum* sacrificium Paulo obversatum esse nihil indicare repetam, verbis ἵνα γένηται ἡ προςφορὰ τ. ἐ. εὐπρόςδεκτος, ἡγ. ἐν πν. ἁγ. rem declarari e sacerdotali evangelii administratione consequentem emergit. Quae quum ita sint P. vs. 15. et 16. hanc sententiam enuntiavit: audacius autem (quam pro summâ vestrâ bonitate et absolutâ sapientiâ v. 14.) scripsi vobis, fratres, passim (non ut inaudita vobis tradens, sed) ut rursus vobis officia in memoriam revocans, ut Apostoli muneri satisfacerem idcirco in me a Deo benigne collato, *ut sacerdos Jesu Christi essem quod ad gentiles* (per me consecrandos) *attinet*, *qui sacerdotis modo Dei doctrinam inter gentiles administrarem*, *ut gentiles* (per fidem, quam Christo adjecissent) *tanquam sacrificium Dei arae admoti Deo accepti essent*, *quippe consecrati per spiritum s.* (i. q. — *ut Apostolus essem Jesu Christi*, *quod ad* *g e n t i l e s* *attinet* [in doctrinâ divinâ per me confirmandos], *qui diligenter et relligiose doctrinam div. gentilibus traderem*, *ut gentiles*, *qui fide Christo habitâ ad Deum accessissent*, *Deo grati essent*, *quippe* *s p i r i t u s. per me aucti et corroborati.* Cf. supra.).

V. 17. οὖν] *igitur*, h. e. quum Christi sacerdos sim a Deo benigne constitutus, ut paganos Deo consecrarem i. q. quum Christi apostolus sim idcirco a Deo benigne constitutus, ut paganos instituerem institutosque confirmarem (v. 15. et 16.). καύχησιν] τὴν καύχησιν B. [C. judice Ti-

schendorfio] D. E. F. G. 37. Hoc *Lachmannus* recepit recteque id eum fecisse judicarunt *Reichius*, *Rueck*. et *Meyerus*, librarios articulum parum intellectum sustulisse rati. At aliis locis scribae hoc articulo non offensi sunt. Joh. 5, 34. ἐγὼ δὲ οὐ παρὰ ἀνθρώπου τὴν μαρτυρίαν λαμβάνω —. 5, 36. ἐγὼ δὲ ἔχω τὴν μαρτυρίαν μείζω τοῦ Ἰωάννου. Aptam sane sententiam scriptura τὴν καύχησιν fundit. Discrimen hoc est. Ἔχω οὖν καύχησιν ἐν Χρ. Ἰ. τὰ πρὸς τὸν θεόν significat: *habeo* igitur gloriationem ut vir cum Christo arctissime conjunctus quod ad res ad Deum spectantes (ad gentiles Deo consecrandos) attinet i. q. *licet* igitur mihi ut viro cum Christo intime consociato (ut Christi sacerdoti) in rebus ad Deum pertinentibus (in sacerdotio meo obeundo v. 16. et 18.) gloriari. Ἔχω οὖν τὴν καύχησιν ἐν Χρ. Ἰ. τὰ πρὸς τὸν θεόν declarat: habeo igitur gloriationem, quae in me conveniat (*meam* gloriationem, Joh. 5, 34. 36.) ut vir cum Christo arctissime copulatus (ut Christi sacerdos) in rebus ad Deum spectantibus (quod ad sacrificium attinet Deo a me faciendum) i. q. acceptam igitur refero meam gloriationem *Christo Jesu* (qui Dei mandatu me sacerdotio praefecit v. 15. 16.), quod ad sacra mea Deo facienda attinet. Sententia: nostram gloriationem, quae sacerdotii nostri finibus continetur, debemus *Christo*, qui nos sacerdotes fecit v. 16. (nam si τὴν καύχησιν receperis maximum pondus in verbis ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ recumbit); et ex ante dictis v. 15. et 16. recte effecta est et cum v. 18. bene cohaeret h. m.: neque enim tam impius ero, ut gloriose praedicem *res a* C*hristo*, *ut pagani tanquam sacrificium Deo offerrentur*, *non effectas*. Haud scio tamen, an vulgata lectio sententiam praebeat melius etiam cum v. 16. et 18. vinctam: *licet* igitur mihi (quum Christus me sacerdotem paganos consecraturum constituerit v. 16.) gloriari *ut Christi sacerdoti* quod ad *sacerdotii mei administrationem* attinet (v. 17.). Nam pie ea tantummodo gloriose praedicabo, quae *Christus* per me, *ut gentiles Deo offerrem pontifex*, perfecit (v. 18.). Accedit, quod hunc verborum ordinem jure requiras: ἐν Χριστῷ οὖν τὴν καύχησιν ἔχω τὰ πρὸς τὸν θεόν. Postremo Pauli in admonendis Romanis audacia v. 15. efficacius hâc sententiâ mihi excusari videtur: *licet* igitur mihi ut *Christi sacerdoti* in sacerdotii mei administratione gloriari, quam si Ap. dixisset: *Christo* igitur debeo *meam* gloriationem in sacerdotio meo obeundo. Quum τὴν καύχησιν non nisi B. [C.] D. E. F. G. 37. contineant, quibus in lectione non suâ virtute splendente confidere consideratus criticus recte dubitaverit vulgatam scripturam retinui. Καύχησις hîc quoque est *gloriatio*, non

gloriandi materia (*Kopp.* al.) i. e. καύχημα. ἔχω καύχησιν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ] h. e. non *habeo gloriationem per* Christum J. (*Boehm. Rueck.* al.), sed *habeo gloriationem ut vir cum Christo intime conjunctus* i. e. h. l. *ut Christi sacerdos gentilium immolationi praepositus* v. 16. (cf. not. ad 8, 1. et 1 Cor. 15, 31.. Male *Reichius Chrysostomum* *), *Morum* aliosque sequutus v. τὴν καύχησιν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ arcte ita copulavit, ut ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ *rem*, de quâ P. glorietur (non gloriationis *causam*) denotare (v. 1 Cor. 1, 31. ἐν κυρίῳ καυχᾶσθαι et Col. 1, 26. νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασιν ὑπὲρ ὑμῶν) putaret: habeo igitur *meam* Apostoli *de Christi auxilio gloriationem* (τὴν καύχησιν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ), quod ad sacrificium Deo per me offerendum attinet. Nam praeterquam quod haec interpretatio contorta est et loco 1 Cor. 15, 31. refellitur, unde verba ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ non cum [τὴν] καύχησιν arctissimo vinculo cohaerere, sed ab ἔχω [τὴν] καύχησιν suspensa esse cognoscimus, sententiam fundit a contextâ oratione remotissimam. Nempe séntentia: *non deest mihi igitur mea* (Apostolo propria) *de Christi auxilio gloriatio quod ad sacerdotii mei administrationem attinet* neque e vs. 16. efficitur, quum non Christum sibi gentilibus destinato sacerdoti *opitulatum* esse, sed Christum se paganorum sacerdotem *fecisse* Paulus v. 16. dixerit, neque versu 18. corroboratur. Neque enim Apostolus haec vs. 18. adjecit: *nam quantum auxilii mihi Christus, quum sacerdotio meo fungerer, tulerit enarrari vix potest.* τὰ πρὸς θεὸν] τὰ a Syro, Arr., Germ. Vulg. Ruf. Pelag. et Ambrosiastro neglectum D. apud Mill. omittit et C., si quidem literarum, quas assequi non potuit, numerum Tischendorfius recte indicavit. τὰ πρὸς θεὸν] τὰ πρὸς τὸν θεὸν] A. B. [C., v. Tischend.] D. E. F. G. 47. 57. 80. multi alii, Mt. a. c. d. e. f. al. Chrys. (etiam in Mt. 3. 8.), Theodoret., Damasc. II, p. 56., Oec. al.. Itaque *Bengelius*, *Griesbachius*, *Matthaeius*, *Knappius*, *Lachmannus* aliique articulum recte textis intulerunt. τὰ πρὸς τὸν θεὸν] *quod ad res ad Deum spectantes attinet* i. e. in hoc verborum contextu *quod ad sacrificium attinet a me paganorum sacerdote Deo faciendum.* Soph. Philoct. v. 1426. *Herm.* τοῦτο δ᾽ ἐννοεῖσθ᾽, ὅταν | πορθῆτε γαῖαν, εὐσεβεῖν τὰ πρὸς θεούς. Isocrates ad Demonicum p. 4., (Bekk. p. 6.) Πρῶτον μὲν οὖν εὐσέβει τὰ πρὸς τοὺς θεούς, μὴ μόνον θύων, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὅρκοις ἐμμένων. Aeschines

---

*) *Chrysostomus:* ἔχω οὖν καύχησιν] καυχῶμαι, φησίν, οὐκ ἐν ἐμαυτῷ οὐδὲ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ σπουδῇ, ἀλλὰ τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι.

adv. Ctesiphontem c. 37. — *καὶ τὴν πόλιν τὴν ἡμετέραν τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ἀφοσιῶ.* Joseph. A. J. 9, 11, 2. *Οὗτος ὁ βασιλεὺς* (Jothamus) *οὐδεμιᾶς ἀρετῆς ἀπελείπετο, ἀλλ' εὐσεβὴς μὲν τὰ πρὸς τὸν θεόν, δίκαιος δὲ πρὸς ἀνθρώπους ὑπῆρξεν.* Hebr. 2, 17. (ubi v. *Wetst.*) et 5, 1. (ubi cf. *Kypkium*). Hujusmodi locis *Semleri* et *Rueckerti* enarratio refutatur: licet igitur mihi gloriari — *certe ad Deum* (etiamsi fortasse non ad homines) i. e. *ἔχω οὖν καύχησιν* — *πρὸς τὸν θεόν*, non *τὰ πρὸς τὸν θεόν* (*Reich.*). Mire *Rueck.* quemadmodum *τανῦν* levi discrimine pro *νῦν* ponatur, sic *τὰ πρὸς τὸν θεόν* pro *πρὸς τὸν θεόν* collocari potuisse contendit. Et sententia inepta est. Licuit enim Paulo apud homines de iis gloriose loqui quae divinâ vi corroboratus ut Christi sacerdos gessisset idque fecit v. 18. sqq.. Si *τὴν καύχησιν* receperis, gloriatio Paulo concedenda *sacerdotii*, quo praeditus esset, finibus terminatur (debeo meam gloriationem Christo, quod ad *sacerdotii* mei administrationem attinet, non quod ad res attinet a sacerdotio meo alienas, de quibus gloriari mihi non licet); sin vulgatam lectionem retinueris, Pauli gloriationi verbis *ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τὰ πρὸς τὸν θεόν* termini constituuntur: licet igitur mihi gloriari *ut Christi sacerdoti in sacerdotii mei administratione*, non quatenus Christi sacerdos non sum neque quae sacerdotis sunt sacra facio. Male igitur *dW.* eos vituperavit, qui Paulum non licere sibi de rebus ad suum sacerdotium nihil pertinentibus gloriari indicasse dixerunt. Solum *ἔχω* ponderosum esse *Rueck.* et *dW.* frustra objecerunt. Non *ἔχω [τὴν] καύχησιν*, sed *ἔχω [τὴν] καύχησιν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τὰ πρὸς τὸν θεόν* Apostolus recte ex vs. 16. conclusit. Non minus perspicuum est, verbis v. 18. *οὐ γὰρ τολμήσω τι λαλεῖν ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν* non quidem vocc. v. 17. *ἔχω [τὴν] καύχησιν*, sed v. *ἔχω [τὴν] καύχησιν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τὰ πρὸς τὸν θεόν* muniri. Ceterum P. sententiam: *licet igitur mihi ut Christi sacerdoti in sacerdotii administratione gloriari* ex v. 15. et 16. collectam attulit, et ut suam in admonendo audaciam excusaret v. 15., et ut rebus, quas in sacerdotio hucusque gessisset, expositis v. 18. sq. itineris romani saepe frustra suscepti, nunc proximis temporibus ineundi rationes aperiret v. 22. sqq. — Superest, ut infelicem *Rueckerti* interpretationem verbosâ oratione lectoribus commendatam redarguam. Is Paulum injuriis Corinthi ab adversariis, qui eum Christi Apostolum esse negassent nuper acceptis 2 Cor. c. 10. et 11. animo exulceratum *habere* se quod inimici ab

se Corinthi abjudicassent h. l. dixisse opinatus est. Itaque totum sententiae pondus verbo ἔχω inesse (sic; cf. supra) et τὴν καύχησιν Paulum scripsisse praefatus versum 17. ita enarravit: *possideo igitur* (quidquid Corinthi adversarii mei obloquantur) *meam* (quam improbe illi mihi eripere conantur) *gloriationem per* (sic; cf. supra) *Christum Jesum certe apud Deum*, etiamsi fortasse non apud homines (sic; v. supra). Ne vitia, de quibus jam supra dictum est, denuo perstringam, fuerunt qui Paulo Corinthi obtrectarunt vani ostentatores 2 Cor. 10, 12. et in Pauli provinciam temere involarant 2 Cor. 10, 16., sed eos Paulum gentilium sacerdotem (apostolum) esse a Christo constitutum negasse Paulus 2 Cor. 10. 11. non indicavit. Sed fac illos hoc ipsum negasse. Frustra sane P. in epistolâ ad Romanos rerum Corinthi nuper actarum ignaros scriptâ illos homines vellicasset. Tum sententia, quam *Rueck.* versui 17. subjecit, non congruit cum vs. 18, nisi eum perverteris. Denique *Rueckerti* suspicio vana est propterea, quod sententia vs. 17. e vs. 16. recte collecta est et causae in promtu sunt, quibus ductus P. conclusam e vs. 16. sententiam vs. 17. posuerit (cf. supra).

V. 18.—21. οὐ γὰρ τολμήσω] B. οὐ γὰρ τολμῶ. Habet τολμῶ etiam Maximus Dial. III. de s. trinitate (v. Athanasii Opera II, 229. ed. Col. 1686. fol.), qui versum 18. memoriter, ut videtur, citatum sic formavit: — λέγει γὰρ οὕτως [ὁ Παῦλος] ὅτι οὐ τολμῶ (Maximum γὰρ agnovisse apparet) τι ἐγὼ λέγειν ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι᾽ ἐμοῦ λόγῳ καὶ ἔργῳ εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν, ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων, ἐν δυνάμει πνεύματος ἁγίου. λαλεῖν τι] l. λαβεῖν τι (sic). | A. B. C. 37. 80. τι λαλεῖν | D. E. F. G. τι εἰπεῖν | 76. Mt. d. Chrys. Theodoret. Theophyl. τι λαλῆσαι | Basilius c. Eunom. V. in fin. τι λέγειν | Maximus l. l. τι ἐγὼ λέγειν. Ex hâc librorum discrepantiâ Paulum non λαλεῖν τι (I Thess. 1, 8.), sed τι λαλεῖν, quod *Lachmannus* edidit, scripsisse discimus. *Λαλεῖν dicere* valet, ut recte statuerunt glossatores, qui εἰπεῖν et λέγειν pro λαλεῖν scripserunt (v. 2 Cor. 11, 17. 1 Thess. 1, 8. et not. ad Marc. p. 659.), non *garrire* (*Meyerus*). *Praedicandi quod tibi gloriosum sit* notio h. l. in re est et oratione contextâ non in verbo. τι λαλεῖν ὧν] i. e. τι λαλεῖν τούτων, ἃ —. (*Win.* gr. p. 155.). εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν] *ut obedientiam paganorum* (Christo praestandam) *efficerem* i. q. ut paganos Christo obedientes redderem (cf. 1, 5.). Si

Paulus similitudinem a sacerdotio repetitam continuare, quam ad apostoli, quem homines Christo reluctantes eo adducere oportet, ut Christo obediant, notionem reverti maluisset, *εἰς προςφορὰν ἐθνῶν* (ut gentiles tanquam sacrificium Deo offerrem, cf. v. 16.) pro *εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν* dixisset. Quod si fecisset facilius ejus mentem interpretes percepissent. Vidissent enim verbis v. 18. *οὐ γὰρ τολμήσω τι λαλεῖν ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ εἰς προςφορὰν ἐθνῶν* vocc. v. 17. *ἔχω οὖν καύχησιν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τὰ πρὸς τὸν θεόν* firmari. Ita nimirum Paulus disputat: *licet mihi gloriari ut Christi sacerdoti, quod ad sacerdotii mei ad gentiles Deo consecrandos pertinentis administrationem attinet* (v. 17.). *Non enim sustinebo aliquid dicere eorum, quae non perfecit Christus per me ut gentiles ei obedientes redderem* (i. q. ut gentiles Deo offerrem sacerdos) *verbo et facto, per vim miraculorum et portentorum, per vim spiritus s. eo eventu, ut* etc. (v. 18. sq.) i. q. non enim audebo (quod *impie* facerem) *ullam rem afferre non effectam a Christo per me sacerdotem, ut gentiles Deo consecrarentur, verbo et facto* etc. (ergo non enim sustinebo *ullam rem* commemorare *a sacerdotio, cui praesum, alienam*). Eo autem, quod Paulus se tantummodo ea, quae Christus per se sacerdotem, ut gentiles Deo offerrentur, inde ab Hierosolymis usque ad Illyricum re et facto, miraculorum et portentorum potentiâ et spiritus s. vi effecisset, gloriose commemoraturum esse scribit, se pie memorem fore sententiae modo (v. 17.) dictae significat: licet mihi gloriari *intra sacerdotii, cui me Christus praefecit, fines.* Neque quae ipse fecit, v. c. quod multa pericula pro Christi rebus fortiter adiit (2 Cor. 11, 21. sqq.), neque vana ornamenta, ut generis nobilitatem, sapientiam et eloquentiam (1 Cor. 1, 17. 2 Cor. 11, 6. 22. Phil. 3, 5. sq.), quibus minuti homines temere superbiunt sibi gloriae Paulus ducit; non nisi *de gentilibus a Christo* per suam institutionem, per miracula ab se patrata et per spiritum s. iis ab se impertitum *ad finem adductis* gloriatur (1 Cor. 1, 31. 2 Cor. 10, 17.). Ita Paulus loqui potuisset: *οὐ γὰρ τολμήσω τι λαλεῖν ὧν οὐ κατειργασάμην ὡς Χριστοῦ λειτουργὸς εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν κ. τ. λ.*. Sed vir pius, qui nihil se sine praesentissimo Dei et Christi auxilio praestiturum fuisse meminisset (1 Cor. 15, 10.), quidquid ut Christi Apostolus egit Christo pie assignavit. Pauciores interpretes Pauli mens fugisset, si sententiam negativam in affirmativam resolvis-

sent: εὐσεβὴς γὰρ ὢν ἐκεῖνα λαλήσω μόνον, ἃ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν κ. τ. λ. *nam pie ea tantummodo praedicabo, quae Christus, ut gentiles ad disciplinam christ. adducerentur, per me effecit re et facto* etc.. E verbis οὐ γὰρ τολμήσω (2 Cor. 10, 12.) neque Paulum sinistros rumores, quos sciret a malevolis passim spargi [2 Cor. 3, 1.], antevertere voluisse (non enim audebo, *quod malevoli homines me facere dicunt*, ullam rem gloriose praedicare a Christo per me ut pagani Deo consecrarentur non effectam, verbo et facto etc., cf. *Calv.*) neque eum vanam adversariorum gloriationem perstrinxisse (non enim sustinebo, *quod inanes homines facere non erubescunt*, *qui de generis nobilitate aliisque vanis rebus gloriantur* (Phil. 3, 3. sq. 2 Cor. 11, 18. 22.) ullam rem gloriose memorare etc.) fidenter colligas. Fieri enim potest, ut Paulus *pietate* commotus, quum quam esset impium de aliis, quam quas Christus per se Apostolum gessisset, rebus gloriari secum reputasset (1 Cor. 1, 31. 2 Cor. 10, 17. 1 Cor. 15, 10.) οὐ γὰρ τολμήσω κτλ. h. s. scripserit: non enim audebo, *quod impie facerem*, ullam rem gloriose commemorare etc.. At quod nos pondus voci Χριστός tribuimus, hoc vocabulo κατειργάσατο inesse vocabulorum ordo docet (*Reich.*, *Rueck.*, *dW.*). Primo, si rem accurate spectaveris, verba τι ὢν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν — — ἐν δυνάμει πνεύματος θεοῦ omnia ponderosa sunt, ita quidem, ut gravissimum pondus vocc. Χριστὸς δι' ἐμοῦ εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν possideant (cf. v. 17.). Ullam rem *a Christo per se ut pagani Deo obedientes fierent non effectam* Paulus se gloriose allaturum esse negat, aut omnia *a Christo per se ut pagani Deo obedientes redderentur* facta se praedicaturum esse affirmat. Deinde τι-ὢν οὐ Χριστὸς κατειργάσατο δι' ἐμοῦ εἰς ὑπ. ἐθν. P. male scripsisset, et quia sententiam corrupisset (non audebo ullam rem praedicare *non a Christo, sed ab alio* (!) per me, *ut gentiles Christiani fierent* factam, verbo et re, *per vim miraculorum et portentorum*, *per vim spiritus s.*. Christus, opinor, aut Deus per Paulum edidit miracula eumque in instituendis et flectendis gentilibus potentissime adjuvit, nemo praeterea), et quoniam verba intime cohaerentia Χριστὸς δι' ἐμοῦ εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν perperam devellisset. Itaque οὐ κατειργάσατο aut post ὢν aut post εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν collocare debuit. Hoc facere noluit, ne verborum οὐ κατειργάσατο notio nimis delitesceret. Quamobrem illud praetulit. — Valde hunc l. perverterunt interpretes. *Erasmus*, *Koppius* al. hoc dici putarunt: non enim sustinebo *alienorum* facto-

rum laudem mihi arrogare: tantum ea dicam, quae *per me* effecit Christus. Hanc interpretationem pravam esse ex verborum ordine cognoscimus. Nempe hoc pacto P. sic dicere debuerat: *οὐ γὰρ τολμήσω τι λαλεῖν ὧν οὐ δι᾽ ἐμοῦ* (scil. *ἀλλὰ δι᾽ ἄλλων ἀποστόλων*) *Χριστὸς εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν κατειργάσατο.* Adde, quod hae sententiae plane non cohaerent: licet igitur mihi gloriari *ut Christi sacerdoti quod ad sacerdotii mei ad gentiles pertinentis administrationem attinet* (v. 17.). Non *enim* sustinebo ullam rem gloriose praedicare, quam *non per me, sed per alios apostolos* ut pagani Deo obedirent Christus effecerit (v. 18.). Praeivit hanc explicationem *Rufinus*, sed ut sensum hunc esse sibi persuaderet: non enim ab *aliis* gesta laudabo, sed quae *per me*, ut gentiles Deo obedirent, Christum fecisse scio vobis scribo. Ne fingi quidem sententia potest, quae magis a Pauli disputatione abhorreat. *Calvinus, Morus, Koelln., Reich., Rueck., dW.* al. sententiae pondus verbo *κατειργάσατο* inesse opinati *) hunc locum sic exposuerunt: non enim audebo gloriose praedicare aliquid eorum, quae *non re verâ Christus per me effecit* (sed quae aut plane non perfecit, aut per alios apostolos gessit), ut gentiles Deo obedirent, verbo et re etc. i. q. non enim sustinebo laudes mihi tribuere per mendacium, quas in gentilibus ad Christi disciplinam adducendis Christi auxilio sustentatus non pepererim, verbo et re etc.. Primo haec sententia cum v. 17. non congruit, sive ibi *καύχησιν* retinueris, sive *τὴν καύχησιν* probaveris: licet igitur mihi gloriari (*ἔχω οὖν καύχησιν*) *ut Christi sacerdoti, quod ad sacerdotii mei ad gentiles spectantis administrationem attinet* (v. 17.). Non *enim* sustinebo res gloriose praedicare per mendacium, quas *non gessit* Christus per me, ut gentiles Christiani fierent, verbo et re etc. (v. 18.)! *Debeo* igitur meam gloriationem (*ἔχω οὖν τὴν καύχησιν*) *Christo* in sacerdotio meo, quod ad gentiles pertinet, obeundo (v. 17.). Non *enim sustinebo mentiri*, et res gloriose praedicare, quas *non fecit* Christus per me, ut pagani fidem

---

*) Hoc ipsum Chrysostomo et Theophylacto placuisse videtur. *Chrys.*: *Οὐδὲ γὰρ ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν, φησίν, ὅτι κόμπος μου τὰ ῥήματα. — — Οὐδὲ γὰρ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι ἐνεχειρίσθην μέν, οὐκ ἐποίησα δὲ τὸ ἐπιταχθέν, μᾶλλόν δὲ οὐδὲ ἐγὼ ἐποίησα, ἀλλὰ ὁ Χριστός.* *Theophyl.*: *Ἐπειδὴ εἶπεν ὅτι λειτουργός εἰμι τοῦ εὐαγγελίου εἰς πάντα τὰ ἔθνη, φησὶν ὅτι οὐ κομπάζω οὐδὲ ἀλαζονεύομαί τι ὧν οὐκ ἐποίησα, μᾶλλον δὲ οὐκ ἐγὼ κατειργασάμην, ἀλλ᾽ ὁ Χριστὸς κατειργάσατο ἐμοὶ ὀργάνῳ χρησάμενος.*

Christo haberent, verbo et re! Deinde sententia: *neque Christo res affingam, quas plane non gessit, ut gentiles Christiani fierent, neque mihi res per mendacium tribuam, quas ut gentiles ad disciplinam christ. adducerentur Christus non per me, sed per alios apostolos gessit*, ejusmodi est, ut in Paulum, virum sanctissimum, non cadat. Tum res *non gestae* a Christo per Paulum, ut pagani Deo obedirent res esse nequeunt hoc consilio partim a Christo non gestae partim ab eo per alios apostolos effectae. Aut enim δι' ἐμοῦ pondus habet — tum *Erasmi* explicatio (cf. supra) oritur — aut si verbo κατειργάσατο pondus inest, quum de *certis quibusdam rebus* Paulum loqui verba οὐ γὰρ τολμήσω τι λαλεῖν ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς εἰς ὑπ. ἐθν. demonstrent, non quod interpretibus, quos impugno, visum est h. l. dicitur, sed haec *perversa* sententia eo continetur: non enim audebo aliquid eorum gloriose praedicare, quae *non fecit* Christus per me ut gentiles Deo obedirent (sed quae aut ego Christum hoc consilio per me fecisse aliquando dixi per mendacium, aut alii illum per me fecisse falso dicunt.)! Et quum v. οὐ γὰρ τολμήσω τι λαλεῖν ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ εἰς ὑπ. ἐθν. non solum certas quasdam, sed etiam ejusmodi res, *de quibus aliqui posse gloriari videantur* Paulo obversari ostendant, nostra interpretatio tam firma est, ut concuti nequeat. Verbis *non enim sustinebo aliquid gloriose praedicare eorum, quae non re verâ perfecit Christus per me* — hanc denique sententiam inesse: *nam utique Christus multa per me perfecit* nemo, opinor, *de Wettio* concedet. Addo portentosam *Grotii* et *Carpzovii* enarrationem: *vix enim audeam eloqui, quam multa et magna Christus per me fecerit ad gentium obedientiam*, nempe *efficiendam* h. e. οὐ γὰρ ἂν τολμήσαιμι διεξελθεῖν ὅσα κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ εἰς ὑπ. ἐθνῶν. Nunc Paulus res enumerat, per quas potissimum Christus se ministro usus gentiles Deo obedientes reddiderit, λόγῳ καὶ ἔργῳ, ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων, ἐν δυνάμει πνεύματος θεοῦ.

λόγῳ καὶ ἔργῳ] *verbo et re.* Frequentissime λόγος et ἔργον invicem opponuntur. Eur. Alcestis v. 339. λόγῳ γὰρ ἦσαν, οὐκ ἔργῳ φίλοι. Eurip. ap. Athen. XIII. p. 599. E. sq. τεκμήριον δὲ μὴ λόγῳ μόνον μάθῃς, | ἔργῳ δὲ δείξω τὸ σθένος τὸ τῆς θεοῦ. Testam. XII. patriarch. (cod. pseudepigr. V. T. ed. Fabric. I, p. 683.) — ἀγαπῶντες ἀλλήλους ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ καὶ διανοίᾳ ψυχῆς. Act. 7, 22. 2 Cor. 10, 11. Cic. Phil. 14, 9, 24. Quod ergo ille *re*, id ego etiam *verbo*, quum imperatores eos appello. Terent. Heautontim. IV,

1, 23. — non simulare mortem *verbis*, *re ipsâ* spem vitae dare., ubi v. interpretes. *Λόγος* h. l. ad divinam doctrinam pertinet, quam Christus Paulo suppeditavit, *ἔργον* omnia ea continet, quae Paulus a Christo corroboratus, ut paganos ad Christi sacra adduceret, fecit. Quum igitur v. *λόγῳ καὶ ἔργῳ* omnia complectantur, quae Christus ut pagani Deo obedirent per Paulum effecit, Paulus si attenuate presseque dicere voluisset, verbis *λόγῳ καὶ ἔργῳ* contentus fuisset. At quum rerum a Christo per se in gentilium salutem perfectarum cogitatione animo commotus esset, orationem amplificavit easque res singulatim commemoravit, quae plurimum possunt ad homines ad Christi sacra invitandos eosque in doctrinâ christ. confirmandos miraculorum et spiritus s. efficacitatem. Quod si interpretes vidissent, verbis *ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων, ἐν δυνάμει πνεύματος θεοῦ* vocabula *λόγῳ καὶ ἔργῳ* exponi non credidissent. *Beng.*, *Kopp.* al. *λόγῳ* verbis *ἐν δυνάμει πνεύματος θεοῦ* et *ἔργῳ* vocabulis *ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων* explicari putarunt. At latius et *ἔργον* quam *σημεῖα καὶ τέρατα* et *δύναμις πνεύματος θεοῦ* quam *λόγος* patet. *Meyerus*, *dW.* al. *ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων* ad *ἔργῳ* et *ἐν δυνάμει πνεύματος θεοῦ* ad *λόγῳ καὶ ἔργῳ* rettulerunt. Et verum est, si quo *naturâ suâ* miracula et spiritus sancti vis pertineant quaesiveris, portenta ad facta referenda esse et spiritum s. tum per doctrinam tum per res vim suam exercere. At non ut verba *λόγῳ καὶ ἔργῳ* exponeret portentorum et spiritus s. vim Ap. commemoravit, sed ut animo vehementius commoto satisfaceret eas res singulatim posuit, per quas Christus gentilium salutem efficacissime promovisset, de eo quidem securus, utrum ad *λόγον*, an ad *ἔργον*, an ad utrumque miracula et spiritus s. vis referenda essent. *Reichius* vocabulum *ἔργον* verbis *ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων*, *ἐν δυνάμει πνεύματος θεοῦ* dilucidari sibi persuasit. *Beza*, *Boehm.* al. verba *ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων ἐν δυνάμει πνεύματος θεοῦ* arctissime copularunt h. s.: *per vim miraculorum et portentorum spiritus s. vi patratorum.* Haec interpretatio non solum contorta est, verum etiam falsa. Nam praeterquam quod eâ initâ *λόγῳ καὶ ἔργῳ καὶ ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων ἐν δυνάμει πνεύματος θεοῦ* recte requisiveris, in promtu est, miracula h. l. non a spiritus s. vi (Matth. 12, 28.), sed a *Christi* potentiâ Paulo repetenda fuisse (cf. v. *οὐ γὰρ τολμήσω τι λαλεῖν ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ εἰς ὑπ. ἐθν. κτλ.*).

V. 19. ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων] *per vim, quam miracula et portenta* (a Christo per Paulum patrata v. 18. Eph. 4, 7. Rom. 15, 29.) in homines *exercent* (Joh. 2, 23. 4, 48. 6, 2.) *). Nempe Paulus et malos genios e misero-

---

*) Recte Suidas: σήματα] σημεῖα, τέρατα. Nam σημεῖα et τέρατα *notione* non differunt. Utrumque vocabulum rem inusitatam significat, quâ divinum numen aliquid portendat, sive ea naturae leges superet, sive tantummodo praeter consuetudinem eveniat. Non nisi *origine* σημεῖον et τέρας distant et quod eandem rem *diverse aestimatam* exprimunt. Σημεῖον, *signum*, res insolita est, *quâ Deus aliquid significet* (cf. ἡ Διοσημεία et τὸ Διοσημεῖον): τέρας rem extraordinariam notat, quae ut inusitata et quae aliquid portendere videatur *observari* soleat. Nam eorum sententia veri simillima est, qui τέρας cum verbo τηρέω cohaerere censent. Eadem latinorum vocabulorum *ostenta*, *portenta*, *monstra*, *prodigia* ratio est. Cic. De divin. I, 42, 93. Quorum quidem [portentorum] vim, ut tu soles dicere, verba ipsa prudenter a maioribus posita declarant. Quia enim *ostendunt*, *portendunt*, *monstrant*, *praedicunt*; *ostenta*, *portenta*, *monstra*, *prodigia* dicuntur. Neque hoc de vocabulis hebraicis אֹתוֹת et מֹפְתִים non valet; nam אֹתוֹת, *signa*, extraordinariae res sunt *aliquid significantes*, מֹפְתִים, *pulchre facta*, inusitatas res denotant, *quae admirationem moveant*. Rectius enim *Gesenius* Lex. man. p. 555. מוֹפֵת a v. יָפָה *splendere*, *pulchrum esse*, quam Thes. T. I. fasc. I, p. 143. a. v. אָפַת derivavit. Discrimina, quae viri docti verbis σημεῖον et τέρας affinxerunt, usus loquendi refellit. Ammonius de differentiâ affinium vocabulorum 135. Τέρας σημείου διαφέρει· τὸ μὲν γὰρ τέρας παρὰ φύσιν γίνεται, τὸ δὲ σημεῖον παρὰ συνήθειαν. Idem multi dixerunt, v. c. Theophylactus ad Rom. 15, 19.: Διαφέρει δὲ σημεῖον καὶ τέρας τῷ τὸ μὲν σημεῖον ἐν τοῖς κατὰ φύσιν λέγεσθαι, καινοπρεπῶς μέντοι γινομένοις, οἷον ἐπὶ τοῦ τὸ τὴν πενθερὰν Πέτρου πυρέττουσαν εὐθέως ἰαθῆναι (Matth. 8, 15.). Ἐνταῦθα γὰρ τὸ τὸν πυρετὸν θεραπεύεσθαι κατὰ φύσιν μέν ἐστι, τότε δὲ καινοπρεπῶς ἐγένετο· οὕτω γὰρ ταχέως ἅμα τῇ ἀφῇ. Τὸ δὲ τέρας ἐν τοῖς μὴ κατὰ φύσιν, οἷον τὸ τὸν ἐκ γενετῆς τυφλὸν ἰαθῆναι (Joh. 9, 1. sqq.). Quod equa leporem enixa est, mulus mulum peperit et virili et muliebri naturâ praeditum (Herodot. 7, 57.), et Martia arma suâ sponte extra templum Delphicum proposita apparuerunt (Herodot. 8, 37.) à naturae legibus prorsus abhorruit et posuit de his eventis τέρας Herodotus. At idem terrae motum Deli, quia *Delus* neque antea neque postea commota esset, in prodigium versum τέρας vocavit 6, 98.. Item Homerus Il. 12, 209. Διὸς τέρας αἰγιόχοιο anguem dixit ab aquilâ raptum et in Trojanorum coetum demissum. Miro sane, sed *casu* tamen domitus asinus maximum et pulcherrimum, qui alebatur, leonem calcitratu interfecit, quod σημεῖον fuisse Plutarchus Alex. c. 73. scripsit. At putrescentis Lazari in vitam restitutio (Joh. c. 11.) naturae leges plane excessit. Nihilominus eam Pharisaei ad τὰ σημεῖα τοῦ Χριστοῦ rettulerunt (Joh. 11, 47.). *Valckenarius* ad Act. 2, 19. (Selecta e scholis Valckenarii in libros quosdam N. T. I, p. 356.): „τέρατα] proprie sunt *prodigia in coelo*, σημεῖα

rum hominum corporibus mirabiliter exterminavit et aegrotos sanavit (Act. 19, 11. 14, 3. 15, 12.). *Reichius* II, p. 504. et quoniam miracula ab Apostolis Luca auctore in Actis patrata fabulosa sint, et quia Paulus aliis in locis doctrinae christianae veritatem Christi ex inferis in vitam reditu Rom. 1, 4. 1 Cor. 15, 17., non miraculis ab se patratis confirmarit, τὴν δύναμιν τῶν σημείων καὶ τεράτων vires per extraordinaria spiritus s. dona Christianorum *animis* inseminatas (12, 6. 1 Cor. c. 12—14.) declarare opinatur. At hae vires χαρίσματα dicuntur, non σημεῖα et τέρατα. Accedit quod Paulus se Corinthi miracula fecisse 2 Cor. 12, 12. perspicuis verbis dixit. Et quidni Paulum, qui sine caelesti quodam instinctu usque in tertium caelum rapi non potuerit (2 Cor. 12, 1. sq.), divinâ vi aut edidisse miracula, aut saltem ea edere sibi visum esse fateamur? ἐν δυνάμει πνεύματος θεοῦ]. Ita conformatio recepta et Syrus, Arr. Slav., Rufinus bis in *textu*, Chrys. in *textu*, Cyrillus aliquoties, Theodoretus, Damascenus II, p. 56., Theophyl., Oecum. al.. Retinuit θεοῦ *Matthaeius* et ed. min.

---

vero *naturalia*, quae in terrâ accidunt, *mira* quidem, quia praeter consuetudinem eveniunt, sed non *prodigiosa*." At *solis* defectum μέγα σημεῖον putatum esse Plutarchus refert in vitâ Periclis c. 35., Pharisaei Matth. 16, 1. Jesum rogarunt, ut iis σημεῖον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, non τέρας monstraret, et τέρατα numerari nequeunt, quae in terrâ facta esse homines crediderunt. *Reichius* τέρατα a *terrendo* dicta in libris s. miracula ut extraordinaria et quae *Dei metum incutiant* appellari notum esse dixit (sic). *Flattus*, *Rueck*. al. σημεῖα eventa esse, quae aliquem Dei legatum esse ostendant, τέρατα res vocari naturâ portentosas finxerunt. Frequentius formula σημεῖα καὶ τέρατα (LXX. Exod. 7, 3. Deut. 6, 22. 29, 3. Jerem. 32, 20. al. Matth. 24, 24. Marc. 13, 22. Joh. 4, 48. Philo de vitâ Mosis l. 1. §. 16. Polyb. 3, 112, 8.), quam dictio τέρατα καὶ σημεῖα (Act. 2, 43. 6, 8. 7, 36. Joseph. A. J. 20, 8, 6. Plutarch. Alex. c. 75.) legitur. Causam hujus rei in loquendi consuetudine quaesiverim, quae eo valuerit, ut Graeci σημεῖα καὶ τέρατα, quam τέρατα καὶ σημεῖα dicere mallent. Neque aliam rationem invenire potui, cur Hebraei אֹתוֹת וּמֹפְתִים, non מֹפְתִים וְאֹתוֹת dixerint. *Sensu* quidem dictiones σημεῖα καὶ τέρατα et τέρατα καὶ σημεῖα non differunt. Nam utraque formula *portentorum* notionem amplius et gravius enuntiat, quam vocabulum σημεῖα aut τέρατα solum. *Lueckius* ad Joh. 4, 48. (T. I. p. 620. sq. ed. 3.) τέρατα *miracula*, σημεῖα nihil nisi *signa* designare et ipse opinatus σημεῖα καὶ τέρατα *signa et quidem miracula* i. e. signa *mirabilia*, τέρατα καὶ σημεῖα *miracula et quidem signa* h. e. *mirabilia* signa declarare nobis persuadere frustra studuit. Et τὰ σημεῖα naturâ suâ *mirabilia* sunt et τὰ τέρατα semper *alias res ostendunt et significant*. Nemo autem *Lueckii* inventum ad hebraicam dictionem אֹתוֹת וּמֹפְתִים (signa et quidem portenta h. e. signa *portentoso*) traducere impune conetur.

bis verbis defendit: „*Πνεύματος ἁγίου*, ut notius et usitatius, arripiebant." ἐν δυνάμει πνεύματος ἁγίου] A. [C. fortasse, v. *Tischend.*] D. E. F. G. 10. 17. 31. 37. 47. al. 5. Mt. K** Copt. Arm. Syr. p. It. Vulg. Athan. II, 452., Basil. I, 320., Cyrillus aliquoties, Chrys. in *comment.* (semel etiam in Mt. 3. 8.), Maximus l. c., Pelag., Ambrosiast., Augustin., Fulgentius, Vigil. taps., Sedul., Beda. Itaque πνεύματος ἁγίου *Griesbachius*, *Knappius*, *Lachm.* aliique ediderunt. ἐν δυνάμει πνεύματος θεοῦ ἁγίου] 90. (sic) ἐν δυνάμει πνεύματος] B. et Vigilius tapsensis semel. Horum scriptura *Millio* Prol. §. 453. *Meyero* aliisque placuit glossatores et θεοῦ et ἁγίου addidisse ratis. Errarunt viri doctissimi. Nam qui quam numerose Paulus h. l. pro animi sui concitatione scripserit secum reputaverit (*λόγῳ καὶ ἔργῳ — ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων — ἐν δυνάμει πνεύματος θεοῦ* s. *πνεύματος ἁγίου*), is tertium membrum, si et θεοῦ et ἁγίου deleverimus, ubertate non respondere duobus membris, quae antecedunt facile largietur. Quapropter a Paulo aut ἐν δυνάμει πνεύματος θεοῦ, aut ἐν δυνάμει πνεύματος ἁγίου profectum est. Illud mihi quidem verisimilius videtur. Nam praeterquam quod πνεύματος θεοῦ perantiquos quosdam auctores habet, non solum lectio πνεύματος θεοῦ ἁγίου, verum etiam quod nonnulli (ut Chrys. et Rufinus) πνεύματος θεοῦ in textu, πνεύματος ἁγίου in commentariis habent in libris prius πνεύματος θεοῦ, quam πνεύματος ἁγίου fuisse idque postea ab *interpretibus* in illius locum suffectum esse documento est. Interpretes πνεύματος ἁγίου h. l. non ut notius et usitatius, sed quod iis πνεῦμα ἅγιον, v. 16. in memoriâ haereret collocasse videntur. ἐν δυνάμει πνεύματος θεοῦ] *per vim spiritus divini a Christo per me gentilibus impertiti* non solum per doctrinam div. a spiritu div. mihi traditam, quâ paganos valde commoverem (1 Cor. 2, 4. 10.), sed etiam per diversi generis charismata (1, 11. 1 Cor. c. 12—14.), quibus eos ornarem et corroborarem (Hebr. 2, 4.). — Male *Rueckertus* amplificationem *λόγῳ καὶ ἔργῳ, ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων, ἐν δυνάμει πνεύματος θεοῦ* eo valuisse contendit, ut Paulus negativae sententiae *οὐ γὰρ τολμήσω τι λαλεῖν ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι᾽ ἐμοῦ κτλ.* oblitus ita pergeret, ac si per affirmationem haec dixisset: *multa et magna Christus per me jam perfecit.* Non cogitavit *Rueck. non audebo aliquid eorum praedicare quae non perfecit Christus, ut gentiles Deo obedirent, per me verbo et re* etc. idem esse quod *pie ea commemorabo tantummodo, quae Christus, ut pagani Christiani fierent, per*

me perfecit verbo et re etc. De loquutionis πληροῦν τὸ εὐαγγέλιον potestate dici vix potest, quanta sit interpretum dissensio. Perperam *Lutherus* vertit: also, daß ich von Jerusalem an und umher bis an Illyricum Alles mit dem Evangelium Christi erfüllet habe i. e. ὥστε με ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πάντα πεπληρωκέναι τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ (Act. 5, 28.). Permulti et v. v. 20. οὕτω δὲ φιλοτιμούμενον εὐαγγελίζεσθαι et locum Col. 1, 25. dictionem πληροῦν τὸ εὐαγγέλιον idem quod εὐαγγελίζεσθαι valere certo indicare opinati multa tentarunt, ut πληροῦν τὸ εὐαγγέλιον hoc significare demonstrarent. *Vitringa* Obs. s. 1, p. 198. sq., *Koppius* al., ut *docendi* significatum indipiscerentur ad similitudinem vocabuli chaldaici גְּמַר, quod tum *absolvere* tum *discere* et in transitivâ conjugatione *docere* designat (cf. *Buxtorf*. Lex. talm. s. v. גְּמַר), πληροῦν utramque potestatem complecti putarunt. At πληροῦν Graecis *docere* declarasse nemo unquam ostendet. Pariter hae interpretationes omni fundamento destitutae sunt: *diffundere evangelium per locum*, i. e. *late evangelium propagare* (*Bretschn*. Lex. p. 336.); *longius latiusque evangelium tradere* (*Morus*); *cum felici successu evangelium docere* (*Chr. Fr. Schmid.*); *evangelium integrum nullaque parte deminutum tradere* (*Reichius*; cf. schol. Matth. πεπληρωκέναι· ἀνελλιπῶς καὶ τελείως κηρῦξαι.). Parum considerate *Reichius* suam explicationem his locis Col. 1, 25. (de quo l. infra dicetur) 1 Reg. 1, 14. 1 Macc. 4, 19. munivit. 1 Reg. 1, 14. καὶ πληρώσω τοὺς λόγους σου converte *et supplebo tuam orationem* (cf. v. 19. et 26.). 1 Macc. 4, 19. ἔτι πληροῦντος Ἰούδα ταῦτα — expone *quum Judas adhuc haec verba* (v. 17. 18.) *finiret*, quum ea etiamnum *peroraret* (lectio vatic. ἔτι λαλοῦντος Ἰούδα ταῦτα *glossema* est parum accuratum). Cf. Luc. 7, 1. ἐπεὶ δὲ ἐπλήρωσε πάντα τὰ ῥήματα αὐτοῦ —. quum autem *absolvisset* s. *perorasset* omnem suam orationem —. Euseb. H. E. 4, 15. ἀναπέμψαντος δὲ αὐτοῦ τὸ ἀμὴν καὶ πληρώσαντος τὴν προσευχὴν —. quum autem Polycarpus amen sursum misisset atque (ita) precationem suam plenam fecisset i. e. perorasset —. *Erasmus*, *Beza*, *Grotius*, *Bengel.*, *Flatt.*, *Koelln.*, *Rueck.*, *dW.* al. πληροῦν τὸ εὐαγγέλιον implere (i. e. facere) *munus evangelii praedicandi*, implere *praedicationem evangelii* enarrarunt. Cf. πληροῦν τὴν διακονίαν Act. 12, 25. Col. 4, 17., πληροῦν τὸ ἔργον Act. 14, 26., πληροῦν νόμον Rom. 13, 8. (v. Romanorum formulas *implere* officii partes, promissa, leges), Epicteti Dissert. ab Arriano dig. 2, 9. τὴν τοῦ ἀνθρώπου ἐπαγγελίαν πληροῦν implere quod homo pollicetur

i. e. hominis officio fungi. Hujusmodi formulis ista interpretatio minime stabilitur. Temere enim sumtum est, τὸ εὐαγγέλιον μετωνυμικῶς aut *munus evangelium praedicandi* (i. q. τὴν ἀποστολήν) aut *evangelii praedicationem* (i. q. τὸ κήρυγμα 2 Tim. 4, 17.) designare. Num etiam ὁ λόγος τοῦ θεοῦ Col. 1, 25. apostoli munus aut evangelii praedicationem significat? *Wahlius*, *Meyerus* al. πληροῦν τὸ εὐαγγέλιον *absolvere evangelium*, *ad finem perducere laetum de Christo nuntium* exposuerant. Hanc explicationem ipse quoque ingressus sum Dissert. II. in 2. ep. ad Cor. p. 134.. Et sane ea non solum cum loquendi usu congruit (cf. πληροῦν τὸν δρόμον Act. 13, 25. i. q. τελεῖν et τελειοῦν τὸν δρόμον 2 Tim. 4, 7. Act. 20, 24. Romanorum vocem *implere vitae cursum* et loquutiones supra allatas πληροῦν τὰ ῥήματα et πλ. τὴν προςευχήν), sed etiam sententiam praebet et h. l. et Col. 1, 25. satis aptam. Sed sententiam meam mutavi loco Col. 1, 24. 25. potissimum motus. Ibi quum Paulum *paronomasiae* studio ductum πληρῶσαι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, quibus verbis ad vocc. v. 24. καὶ ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ mente revertetur, scripsisse in oculos incurrat, si ibi eodem significatu πληροῦν sumi possit, quo ἀνταναπληροῦν haud dubie positum est, id utique faciendum esse nemo est quin concedat. Et potest hoc fieri, ita quidem, ut utrique Pauli loco (Rom. 15, 19. Col. 1, 24. 25.) pariter consulatur. Scilicet πληροῦν τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, et πλ. τὸν λόγον τοῦ θεοῦ est *evangelium*, *doctrinam divinam s u p p l e r e*, das Evangelium, die Lehre Gottes e r g ä n z e n. Xenoph. Hellen. 4, 8, 16. πληρωθέντος ναυτικοῦ; Thucyd. 1, 70. ἐπλήρωσαν τὴν χρείαν, 1 Cor. 16, 17. Phil. 2, 30. ἀναπληροῦν τὸ ὑστέρημα, 2 Cor. 9, 12. προςαναπληροῦν τὰ ὑστερήματα et Col. 1, 24. ἀνταναπληροῦν τὰ ὑστερήματα. Duobus autem modis evangelium *supplere* possumus: et eo, quod doctrinam divinam iis in locis tradimus, in quibus nemo eam ante nos tradiderit, et eo, quod institutionem ab aliis inchoatam continuamus et absolvimus. Illo sensu se Rom. 15, 19. πληροῦν τὸ εὐαγγέλιον collocasse Paulus ipse dixit Rom. 15, 20. 21., hoc sensu Col. 1, 25. πληροῦν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ posuit.*) ἀπὸ Ἰερουσαλὴμ] Prius Damasci Act.

---

*) Col. 1, 24. 25. Νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασιν ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ἀ ν τ α ν α π λ η ρ ῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου ὑπὲρ τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἡ ἐκκλησία, ἧς ἐγενόμην ἐγὼ διάκονος κατὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦ θεοῦ τὴν δοθεῖσάν μοι εἰς ὑμᾶς, π λ η ρ ῶ σ α ι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ κτλ.. Hic v. τὰ παθήματα ὑπὲρ ὑμῶν intime cohaerent: *mala, quae pro vobis exhaurio.*

9, 20. et in Arabiâ Gal. 1, 17. Paulus doctrinam christ. tradidit, quam Hierosolymis Act. 9, 28.. Sed Hierosolymis suam institutionem terminandam esse censuit, sacrâ urbe, unde doctrina divina per orbem terrarum disseminata est Luc. 24, 47.. Dicit igitur, si ultimos australis orientis et septentrionalis occidentis terminos constituere placuerit, se ab Hierosolymis usque ad (in) Illyriae fines doctrinam divinam supplevisse. *ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ*] np. *τῆς Ἱερουσαλὴμ* (Xenoph. Cyrop. 4, 5, 3. Apoc. 4, 6.). ab Hierosolymis *et circumcirca* h. e. in locis, quae Hierosolymis circumjacent. Absurde permulti interpretes (v. c. *Grot.*, *Kopp.*, *Reich.*) verbis *καὶ κύκλῳ* (*τῆς Ἱερουσα-*

Αἱ θλίψεις τοῦ Χριστοῦ calamitates sunt, *quas Christus perferendas imposuit.* Item 2 Cor. 1, 5. *τὰ παθήματα τοῦ Χριστοῦ acerbitates* dicuntur, *quarum Christus auctor fuerit.* Documento sunt proxima verba: *οὕτω διὰ τοῦ Χριστοῦ περισσεύει καὶ ἡ παράκλησις ἡμῶν.* Verbum *ἀνταναπληροῦν vicissim supplere* declarat (v. Demosth. de symmoriis p. 182, 22. *Reisk.*, Dionis Cassii Histor. rom. l. 44. Vol. II, p. 272. ed. *Sturz.*). Difficultas hujus l. in eo sita est, ut quonam illud *vicissim* pertineat recte constituatur. Pertinet ad Christum calamitates pro Christianorum coetu perferendas Paulo imponentem. Christus mala pro suo corpore (pro ecclesiâ) exantlanda Pauli corpori infligit (*ἐπιφέρει ὁ Χριστὸς θλίψεις ὑπὲρ τοῦ σώματος αὐτοῦ τῇ σαρκὶ τοῦ Παύλου*). Paulus *vicissim* (i. e. *cum Christo calamitates imponente in malis perferendis aemulans*: cf. *ἀνταναπλέκω*) malorum a Christo impositorum lacunas *supplet* h. e. eas acerbitates fortiter corpore excipit, quas ut perferrentur a Christo excitatas nondum pertulerit. Postremo *πληροῦν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ* valet *supplere* doctrinam divinam np. institutione, quam Epaphras inchoavit, profligandâ et conficiendâ, v. Col. 1, 7. cl. v. 28. *ὃν* (*τὸν Χριστὸν*) *ἡμεῖς καταγγέλλομεν νουθετοῦντες πάντα ἄνθρωπον καὶ διδάσκοντες πάντα ἄνθρωπον ἐν πάσῃ σοφίᾳ, ἵνα παραστήσωμεν πάντα ἄνθρωπον τέλειον ἐν Χριστῷ.* Totum igitur locum sic interpretor: *nunc* (quum firmissima sit vestra fides v. 23.) *laetor de acerbitatibus pro vobis exhauriendis et aemulans* (cum Christo mala pro Christianorum coetu perferenda imponente) *suppleo lacunas calamitatum a Christo immissarum in meo corpore pro ejus corpore, qui Christianorum coetus est, cujus ego minister factus sum secundum administrationem, cui divinitus praefectus sum, idcirco mihi in vos datam, ut supplerem doctrinam divinam* (quum Epaphrae institutionem continuarem, cf. v. 7. et 28.) etc.. Jetzt freue ich mich der Leiden für euch und ergänze wetteifernd (mit dem Bedrängnisse für seine Christenheit schickenden Christus) die Lücken der Leiden, welche Christus auferlegt (durch standhafte Uebernahme) an meinem Körper für den Seinigen, welcher ist die christliche Gemeinde, deren ich Diener geworden bin in Folge des von Gott anvertraueten Hausverwalteramts, welches mir in Bezug auf euch verliehen worden ist, damit ich ergänzen möchte das Wort Gottes (durch Fortsetzung des Unterrichts eures Lehrers Epaphras) u. s. w

λήμ) Phoeniciam, Syriam et Arabiam indicari putarunt. Imo Paulus et quum Hierosolyma contenderet et quum inde abiisset oblatâ opportunitate docuit in locis Hierosolymis undique vicinis, in quibus magistri deessent. *Chrys.*, *Theodoret.*, *Theophyl.*, *Johannes Damascenus* II, p. 56., *schol. Mt.* καὶ κύκλῳ cum vocc. μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ junxerunt (ita ut ab Hierosolymis *et quidem quum orbem effecissem* usque ad [in] Illyriam Christi evangelium suppleverim) ab se etiam Saracenos, Persas et Armenios edoctos esse Apostolum declarasse opinati! *Chrysost.*: Μὴ γάρ μοι τὴν διὰ τῆς Φοινίκης καὶ Συρίας καὶ τῆς Κιλίκων καὶ Καππαδοκῶν ἔλθῃς ὁδόν, ἀλλὰ καὶ τὰ ὄπισθεν ἅπαντα λογίζου, τὴν Σαρακηνῶν καὶ Περσῶν καὶ Ἀρμενίων καὶ τὴν τῶν ἄλλων βαρβάρων. Διὰ γὰρ τοῦτο εἶπε καὶ κύκλῳ, ἵνα μὴ τὴν κατευθὺ λεωφόρον ἔλθῃς μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν τὴν κατὰ τὸν νότον Ἀσίαν περιδράμῃς τῇ διανοίᾳ. Eandem constructionem *Flacius*, *Calovius*, *Paulus* al. ingressi sunt h. s.: *ab Hierosolymis et quum in orbe irem usque ad* [in] *Illyriam*. At κύκλῳ *circumcirca* valet (v. ad Marc. 3, 34.) neque potuit P. rectâ viâ in Illyriam contendere, nisi potissimum in mari concionari secum constituisset (*Meyerus*). μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ]. Quum utrum P. terminos, ad quos pervenisset, inclusos an exclusos voluerit neque ex h. l. neque aliunde constet, frustra de eo disceptatur, utrum usque ad Illyriae fines pervenerit, an Illyriam intraverit. Posterius verum esse *Angero* De temporum in Actis Apostolorum ratione p. 84. sq. concederem, nisi Apostolum iter Act. 20, 3. memoratum scriptâ ad Romanos epistolâ iniisse crederem (v. I, p. XXXIII.). *Reichio* Paulum Illyriam non intrasse propterea credibile videtur, quod res suas h. l. exaggeret; contra *Angerus* et *Meyerus* verentur, ne si P. Illyriam non viderit, magnifice de rebus suis hic loquutus esse videatur. Multum vero spatii ut doctrinam div. suppleret P. emensus est, etiamsi Illyriae fines non ingressus est et licet unicuique positos terminos et includere et excludere sine jactationis crimine. ὥστε με ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρωκέναι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ] ὥστε πεπληρῶσθαι [*ut compleretur*, Clar. Germ., *ut compleretur* t. *compleverim*, Boern.] ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ καὶ κύκλῳ τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. Nempe interpretes sententiam active expressam passive enuntiarunt. Qui hoc glossema, quo constructio evertitur (v. 20. οὕτω δὲ φιλοτιμούμενον εὐαγγελίζεσθαι), in verborum ordinem receperunt, proxima v. οὕτω δὲ φιλοτιμούμενον εὐαγγελίζεσθαι interpolare debuerunt. *Reichius* glossatores, ne noster l. iis repugnaret, quae P. Gal. 1,

22. 23. dixit, καὶ κύκλῳ post μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ rejecisse opinatus est. At neminem novi, qui nostrum locum cum Gal. 1, 22. 23. pugnare antiquitus sibi persuaserit. Imo videntur illi interpretes πεπληρῶσθαι pro με πεπληρωκέναι post ὥστε locato καὶ κύκλῳ post μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ posuisse, quod pervulgatam suo tempore explicationem sequuti καὶ κύκλῳ cum sequentibus verbis (v. supra) h. s. copulassent: ut compleretur ab Hierosolymis usque ad [in] Illyriam, *et quidem orbe facto*, Christi evangelium. Sic hoc illi lucrati sunt, ut v. ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ juxta collocarentur. — V. 20. Enixe se operam dare, ut non iis, qui aliquid de Christo inaudivissent, sed iis, quibus Christus nondum innotuisset, doctrinam divinam tradat Paulus v. 20. et 21. duas ob causas adjungit. Nam primum quidem loquutio πληροῦν τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ v. 19. explicanda erat dicendumque Paulum non eo, quod aliorum magistrorum institutionem continuasset, sed *quod ibi, ubi doctrina christ. nondum tradita esset*, ab Hierosolymis usque ad Illyriam evangelium *supplevisse*. Deinde hoc etiam propterea monendum erat, ne Romani quâ re impeditus Paulus nondum Romam venisset et qui fieret, ut nunc proximis temporibus iter romanum ingredi posse videretur (v. 22. sqq.) nescirent. Nam si *continuandâ aliorum magistrorum institutione* evangelium supplere officii sui duxisset multa ei haud dubie in orientalibus regionibus agenda superfuissent. οὕτω δὲ φιλοτιμούμενον εὐαγγελίζεσθαι] φιλοτιμούμενον ab ὥστε με- π ε π λ η ρ ω- κ έ ν α ι τ. ε. τ. Χρ. suspensum est: *ut — Christi evangelium suppleverim ita* a u t e m (und zwar Rom. 3, 22. Gal. 2, 4) *enixe operam dans, ut doctrinam div. tradam* —. Absurde *Bengelius*: „φιλοτιμούμενον] Accusativus absolutus neutro genere, ut ἀρξάμενον Luc. 24, 4. sq." Imperite *Morus*: „φιλοτιμούμενον scil. *propositum mihi est, studeo hoc vel illud agere* (!). *Mori* nugas *Tischendorfius* probavit, qui post τοῦ Χριστοῦ v. 19. plene interpunxerit! φιλοτιμεῖσθαι (*gloriae studio duci*, φιλότιμον εἶναι) sequente Infinitivo primum *gloriae cupiditate accensum aliquid facere*, deinde *magno studio anniti, ut aliquid fiat* (Xenoph. Mem. 2, 9, 3. Plutarch. Thes. c. 36. Cic. c. 35. Diod. Sic. l. 2. c. 7. 2 Cor. 5, 9. 1 Thess. 4, 11.) significat. Nam quae gloriae studio ducti facimus intente facimus. „*Magnum gloria calcar habet.*" Οὕτω δὲ φ ι λ ο τ ι μ ο ύ μ ε ν ο ν εὐαγγελίζεσθαι]. Οὕτω δὲ φ ι λ ο τ ι μ ο ῦ μ α ι εὐαγγελίζεσθαι B. D.* F. G. | οὕτω δὲ φ ι λ ο τ ι μ ο ύ μ ε ν ο ς εὐαγγελίζεσθαι Mt. f. k.** | Omittunt φιλοτιμούμενον Vulg. Clar. Germ. Pel.. Non scripserunt librarii Οὕτω δὲ φ ι λ ο τ ι μ ο ῦ μ α ι εὐαγγελίζεσθαι, quod *Lachmannus* temere recepit, ut con-

structionem, quae planissima est, planiorem redderent (*Meyerus*, *dW.*), sed ut constructionem, quam suscepto glossemate ὥστε πεπληρῶσθαι evertissent, interpolatione restituerent (v. not. ad v. 19.). In nonnullis libris φιλοτιμούμενον intercidit. Nempe solent scribae verba, quorum vel formam vel sedem dubiam esse viderint, dum cautorum hominum laudem appetunt, inconsiderate negligere. Sic multi Joh. 10, 8. quum alios ἦλθον πρὸ ἐμοῦ, alios πρὸ ἐμοῦ ἦλθον habere cognovissent πρὸ ἐμοῦ ut suspecta verba neglexerunt. Omisso v. φιλοτιμούμενον vocc. οὕτω δὲ εὐαγγελίζεσθαι ab ὥστε suspendi debuerunt. Sed quum sic εὐαγγελίζεσθαι Praesens ineptum esset, latini interpretes tacite εὐαγγελίσασθαι substituerunt et vs. 20. novam periodum exorsi hunc locum libere sic verterunt: Sic autem *praedicavi* evangelium *hoc* etc. (Vulg.). Vocem οὕτω P. ipse explicat primo per negativam (οὐχ ὅπου ὠνομάσθη Χριστός, ἵνα μὴ ἐπ' ἀλλότριον θεμέλιον οἰκοδομῶ), deinde etiam per affirmativam sententiam (v. 21. ἀλλὰ κτλ.). οὐχ ὅπου] ὅπου οὐκ D.* F. G. Boern. Chrys. (etiam in Mt. 3. 8.) Beda. *Bengelius*: „οὐχ ὅπου, *non ubi*]. Hoc majorem habet emphasin, quam si dixisset *ubi non*. Nam indicat, se quasi vitasse illa loca, ubi Christus jam fuisset notus." Ne ferri quidem potest ὅπου οὐκ, nisi ἀλλά v. 21., temere quidem (nam omittunt ἀλλά tantummodo Aeth. et Chrys., etiam in Mt. 3.) deleveris. οὐχ ὅπου ὠνομάσθη Χριστὸς] *non ubi nominatus est Christus*, h. e. non ubi Christi nomen *pronuntiatum est*, non ubi aliquis Christi nomen *extulit*, non ubi Christi nomen *innotuit*. (Verbum ὠνομάσθη pondus habet.) Hanc interpretationem fulcit sententia opposita v. 21. ἀλλὰ, καθὼς γέγραπται, οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ ὄψονται καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι συνήσουσι. Non iis in locis, in quibus Christi nomen aliquis *commemorasset*, sed iis hominibus, quibus Christus *non innotuisset* se doctrinam christianam magno studio tradere P. dixit. Non recte igitur *Kypkius* ad h. l., *Boehmius* aliique explicuerunt: non ubi *celebratus est* Christus. Diod. Sic. l. 2. c. 22. Οὐ μὴν ἀλλὰ τοῖς Τρωσὶ λέγεται βοηθήσαντα τὸν Μέμνονα μετὰ δισμυρίων μὲν πεζῶν, ἁρμάτων δὲ διακοσίων ὀνομασθῆναί τε δι' ἀνδρείαν — —, τὸ δὲ τελευταῖον — — κατασφαγῆναι. 1 Macc. 3, 9. Καὶ ὠνομάσθη (Judas Maccabaeus) ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς —. Frequentius etiam ὠνομασμένος, *nominatus*, et ὀνομαζόμενος, *qui nominatur*, dicitur *clarus* et *celeber*. Cf. Isocrates κατὰ Λοχίτου ed. *Bekker*. p. 476. Οὐ γὰρ δίκαιον ἐλάττους ποιεῖσθαι τὰς τιμωρίας ὑπὲρ τῶν ἀδό-

ξων ἢ τῶν διωνομασμένων (vulgata Coraëa ὠνομασμένων) et *Jacobs*. Anth. 9, 360.. Eandem ob causam eorum explicatio repudianda est, qui verterunt: non ubi *nominatus* (i. e. *invocatus*, *cultus*) est Christus (*Chr. Fr. Schmid.*, *Reich.* al.). LXX Jes. 26, 13. τὸ ὄνομά σου ὀνομάζομεν tuum (domine,) nomen *exclamamus* np. ut *venerandum*. 2 Tim. 2, 19. [Herodot. 1, 86. (Croesum pyrae a Cyro impositum) ἐς τρὶς ὀνομάσαι Σόλωνα. ter exclamasse, altâ voce extulisse, Solonem]. ἵνα μὴ ἐπ' ἀλλότριον θεμέλιον οἰκοδομῶ] *ne alieno* (ab aliis jacto) *fundamento inaedificem*, h. e. non *ne ab aliis* (qui in aedificando alias, quam ego, leges sequantur) *acto fundamento aedificium parum congruens imponam*, sed *ne ex laboribus*, *quem alii magistri obierint*, *fructus decerpam*, nempe utens fundamentis, quae illi laboriose jecerint, ut iis minore negotio aedificium superstruam. *Theophylactus*, *Chrysostomi* expilator: „Ἀλλότριον δὲ θεμέλιον τὴν διδασκαλίαν τῶν ἀποστόλων φησίν, οὐχ ὅτι ἀλλότριοι ἦσαν, οὐδ' ὅτι ἄλλα ἐκήρυττον, ἀλλὰ κατὰ τὸν τοῦ μισθοῦ λόγον. Ὁ γὰρ μισθὸς τῶν πεπονημένων ἐκείνοις ἀλλότριος ἦν καὶ οὐ διαφέρων Παύλῳ. Paulum se iis, quibus ignotus, non iis, quibus notus Christus fuerit studiose doctrinam christ. tradere propterea h. l. dicere, quod *plerumque* ita fecerit, interpretes vulgo observant. Nam et invisisse eum coetus, quos non condidisset, et inscripsisse iis epistolas (*Kopp.*, *Flatt.* al.). Scilicet de lege hic P. loquitur, quam sibi tulerit, quum doctrinam christianam *ore voceque* traderet. Itaque iter romanum non ut Romae subsisteret, sed ut se in Hispaniam conferret, quo Christi doctrina nondum perlata esset, ab eo initum est (v. 23. 24.). Si quaeras, cur tandem P. doctrinae christianae semina spargere, quam aliorum magistrorum institutionem continuare maluerit, Apostolum ipsum potius audiendum censeo, quam ut rationes ei subjiciamus temporis momento a nobis excogitatas. Noluit igitur vir honestissimus in aliorum doctorum provincias invadere ibique metere, ubi nullam sementem fecisset (v. v. 20. ἵνα μὴ ἐπ' ἀλλότριον θεμέλιον οἰκοδομῶ cl. 2 Cor. 10, 15.), idemque, quum proxime instare Christi de coelo reditum meminisset 13, 11., optavit, ut suâ, quem Christus exterarum nationum Apostolum fecisset, operâ quam citissime et *latissime* doctrina christ. propagaretur, suapte sponte, vel potius Deo adjuvante, praeclarum opus augmenta capturum esse jactis in aliquâ terrâ fundamentis arbitratus (v. v. 21. cl. Act. 26, 17. 18.). *Reichius* hoc Paulum providisse censuit, ne sibi errores refellendi essent, quos judaici magistri coetibus christianis inseminassent, quos condidis-

sent. At Paulus quidem nullas dimicationes defugiendas esse putavit, quibus divinam veritatem ab judaicis commentis defenderet. — V. 21. *καθὼς γέγραπται*] Jes. 52, 15. Ibi propheta haec dixit: ita pius Dei minister (*piorum* Judaeorum caterva, nempe quum tristissima ejus fortuna in florentissimam repente commutata fuerit) faciet, ut multae nationes gaudio de se exsultent: claudent reges (inopinatae rei miraculo attoniti) os suum; nam quae iis (de commutandâ pii hominis conditione) non narrata sunt vident et quae non audiverunt cognoscunt. Sed P. alexandrinam translationem presse sequutus est, quae *περὶ αὐτοῦ* adjecit et quum toto loco *de Messia* agi credidisset, prophetam hoc *oraculum* (*Chrys.*, *Theophyl.*, *Meyerus* al.) edidisse sibi persuasit: fore, ut per Paulum, gentilium apostolum, ad eos gentiles nuntius de Christo perferretur, qui nondum quidquam de eo ex aliis apostolis inaudivissent. Quamobrem non ut aliorum magistrorum institutionem continuaret, sed ut coetus christianos inter paganos conderet Paulus se divinitus monitum esse putavit. Citatus locus de Pauli sententiâ hanc sententiam continet: — sed, quemadmodum in V. T. perscriptum est, *quibus gentilibus* (placet enim mihi sacram vocem meae orationi innectere; male *Grotius ἐποίησα* post *ἀλλά* cogitando adjecit, v. not. ad 9, 7. et 15, 3.) *non nuntius* (ab aliis apostolis) *allatus est de eo* (*de Christo*) *Christum* (*Pauli* operâ *mente*) *cernent et qui non audiverunt evangelium* (cf. v. v. 20. *οὕτω δὲ φιλοτιμούμενον εὐαγγελίζεσθαι*), *id* (a Paulo, gentilium magistro) *cognoscent*.

V. 22. Hunc versum sic expone: *hinc nimirum* (*διὸ καὶ*, cf. not. ad 1, 24.), h. e. quod a Deo per Jesajam admonitus ab Hierosolymis usque ad Illyriam Christi evangelium ita supplebam, ut id non quibus notus sed quibus ignotus Christus esset traderem, v. 19—22. (expende verba opposita v. 23. *νυνὶ δὲ μηκέτι τόπον ἔχων ἐν τοῖς κλίμασι τούτοις*) *impediebar plerumque quominus ad vos venirem* (ut nempe vos inviserem et in doctrinâ christ. confirmarem v. v. 24. 29. 1, 11. sqq.), *quibus Christus jam innotuit. ἐνεκοπτόμην*] *impediebar*, scil. quum Christi evangelium ab Hierosolymis usque ad Illyriam ita supplerem, ut iis doctrinam divinam tradere eniterer, qui nondum quidquam de Christo inaudivissent (*ὥστε ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρωκέναι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, φιλοτιμούμενος εὐαγγελίζεσθαι οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ τοῦ Χριστοῦ* v. 19—21.). D. E. F. G. *ἐνεκόπτην impeditus sum. τὰ πολλὰ*] B. D. E. F. G. *πολλάκις*, quod *Lachmannus* temere textis intulit. Est *πολλάκις* pervetustum (cf. Syrum h. l.

et 1, 13.) glossema (*Oecumenius*: τὰ πολλὰ οἷον πολλάκις) idque parum accuratum, quum τὰ πολλὰ *saepe* non significet, quae falsa multorum, ut *Grotii* et *Reichii*, opinio fuit. Glossematis fons est 1, 13.. Nam contulerunt veteres interpretes nostrum locum cum 1, 13. et indidem hauserunt Vulg. ed. Pelag. et Beda καὶ ἐκωλύθην ἄχρι τοῦ δεῦρο, quod post τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς ostentant. Τὰ πολλὰ valet *plerumque* (It. Vulg. *plurimum*). Cf. Thucyd. 2, 87. Lucian. deorum concilium c. 12. Plato Hipp. maj. c. 30. (ubi opponitur voci ἐνίοτε) Dionys. Hal. A. R. 1. c. 79. Lucian. Dial. Mort. 1, 2. (ubi ab ἀεὶ distinguitur) γελᾷ δ' ἀεὶ (Menippus) καὶ τὰ πολλὰ τοὺς ἀλαζόνας τούτους φιλοσόφους ἐπισκώπτει., *Hemsterhusium* ad hunc Luciani locum et *Schaeferum* ad L. Bos ellips. p. 426. sq.. At non plerumque, sed *semper* hactenus P. impeditus fuerat, quominus Romanos inviseret (*Rueckert.*). Hoc sane verissimum est (cf. 1, 13.). Sed qui Pauli verba attente legerit eum hoc dicere nullo negotio intellexerit: se causâ voce διό declaratâ *plerumque*, *interdum* (ἐνίοτε) aliis causis (quas Ap. non rettulit) ab itinere romano retardatum esse. Plerumque cura populorum, ad quos doctrinae christ. notitia nondum pervenerat, eum impedivit, quominus ad Romanos se conferret ad Christi sacra jam adductos; interdum aliae causae eum ab itinere romano remoratae sunt. Fieri enim potest, ut Paulus quum iis in locis esset, ex quibus commode et sine magnâ temporis jacturâ Romam proficisci potuisset, v. c. Corinthi, neque tot tantisque negotiis quummaxime obrutus esset, quin per aliquot menses salvo officio peregre proficisci posse videretur, nunc incommodâ valetudine, nunc navis, quae tempore in Italiam solveret, inopiâ, nunc idoneorum comitum penuriâ aliisve rebus nobis quidem ignotis ab itinere romano avocatus fuerit. *Rueckertus* rationem, cur P. τὰ πολλὰ scripserit, omnes interpretes fugisse praefatus hunc l. sic explicuit: *hinc etiam toties, quoties* 1, 13. *dicebam* (die vielen, 1, 13. bemerkten, Male, so oft) *impediebar*, *quo minus* etc.. Novum scilicet significatum vocis τὰ πολλὰ *Rueckertus* excogitavit. τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς] Genitivus a verbo impediendi notione praedito suspensus est, v. not. ad Matth. p. 845.. τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς] Chrys. semel, etiam in Mt. 3., in 8. autem bis τοῦ μὴ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, cf. Gal. 5, 7. et *Herm.* ad Vig. p. 809..

V. 23. et 24. Primo genuinam hujus loci scripturam constituam, deinde de singulis vocabulis disputabo. Conformatio recepta: *Νυνὶ δὲ μηκέτι τόπον ἔχων ἐν τοῖς κλίμασι τούτοις, ἐπιποθίαν δὲ ἔχων τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς*

ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν, ὡς ἐὰν πορεύωμαι εἰς τὴν Σπανίαν ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς. Ἐλπίζω γὰρ διαπορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς καὶ ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι ἐκεῖ, ἐὰν ὑμῶν πρῶτον ἀπὸ μέρους ἐμπλησθῶ. h. e. Nunc vero quum non amplius locum (eos instituendi, qui nondum quidquam de Christo inaudiverint) his in regionibus habeam, desiderium autem habeam ad vos veniendi a multis annis, simulatque in Hispaniam proficiscar ad vos veniam. Spero enim me vos in transitu visurum et a vobis in Hispaniam deductum iri, quum vestrâ consuetudine primum aliquatenus satiatus fuero. Nihil huic scripturae inest, quod jure displiceat neque quisquam de ejus veritate recte dubitaret, nisi eam variantes lectiones suspectam redderent. Discrepantes scripturae, quae quidem majoris momenti esse videantur et a quibus totius loci conformatio pendeat, hae sunt: v. 23. ἐπιποθίαν δὲ ἔχων] ἐπιποθίαν δὲ ἔχω F. G. 37. Mt. d. l. Boern. Clar. v. 24. ὡς ἐὰν] ὡς ἂν A. B. [C., ut videtur] 39. 73. 80. 28. 34. 45. 55. Chrys. semel. | ὡς ἂν οὖν D. E. F. G. — Clarom. et Boern. *sed quum*. His vocibus libere verterunt ὡς ἂν οὖν | Arm. Vulg. Germ. *quum* i. e. aut ὡς ἐὰν aut ὡς ἄν. πορεύωμαι] πορεύομαι D. E. F. G. 47. al. 4. Mt. e.* al. 5. [sic] | πορεύσομαι Mt. m. ** [sic] πορεύσωμαι Theodoretus. — Vulg. Clar. Germ. Ambrosiaster *proficisci coepero* i. e. πορεύσωμαι. ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς] Omittunt A. B. C. D. E. F. G. Syr. Erp. Copt. Aeth. Arm. Vulg. It. Chrys. (etiam in Mt. 3. 8.) Damasc. II, p. 56. Ruf. Pel. Sedul. Beda. | Ambrosiaster: *quum in Hispaniam proficisci coepero videbo vos et a vobis deducar illuc* i. e. ὡς ἂν πορεύσωμαι εἰς τὴν Σπανίαν θεάσομαι ὑμᾶς καὶ ὑφ' ὑμῶν προπεμφθήσομαι ἐκεῖ. | ἐλπίζω γὰρ] γὰρ om. F. G. (et D. E. ap. Mill.) Syrus Erp. Copt. Aeth. Vulg. It. Chrys. (etiam in Mt. 3.) Ruf. ceterique lat. | ἐλπίζω δὲ 3. ap. Wetst. Mt. k. 8. Theodoret. | διαπορευόμενος] πορευόμενος A. 62. et Syrus. — Primus *Erasmus* ad h. l. v. v. 24. ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς et γάρ post ἐλπίζω addititia esse suspicatus est. Neque aliter postea judicavit *Millius* Proleg. §. 1204.: „— ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς et γάρ post ἐλπίζω scholiastae cujusdam sunt, Apostoli sensum clarius exponere volentis." Tum *Griesbachius*, *Knappius* aliique illis v. e contextâ oratione exterminatis hunc l. sic conformarunt: Διὸ καὶ ἐνεκοπτόμην τὰ πολλὰ τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. Νυνὶ δὲ μηκέτι τόπον ἔχων ἐν τοῖς κλίμασι τούτοις, ἐπιποθίαν δὲ ἔχων τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν, ὡς ἐὰν πορεύωμαι εἰς τὴν Σπανίαν ἐλπίζω διαπορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς κτλ. h. e. hinc nimirum *impediebar* plerumque *quo minus ad vos ve-*

nirem. Nunc vero quum non diutius locum (docendi eos, quibus Christi nomen nondum innotuerit) habeam in his regionibus, desiderium autem habeam veniendi ad vos a multis annis, simulac proficiscar in Hispaniam *spero me per vestram urbem iter facientem vos visurum esse* (i. q. *videbo* vos, *uti spero*, iter per vestram urbem faciens) etc.. Sententiam aptissimam esse nemo non videt. Ad *Griesbachii* judicium sententiam suam nuper adscripserunt *Reichius* et *Meyerus*, librarios, quod parum accurate haec ex adverso poni credidissent: impediebar plerumque, quominus ad vos *venirem*; nunc vero — — *spero* me vos visurum (v. 22. 24.): ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς post εἰς τὴν Σπανίαν addidisse, quo facto fieri non potuisset, quin γάρ aut δέ post ἐλπίζω adjiceretur, opinati. At quamquam Chrysostomus, qui verba a *Griesbachio* Paulo tributa explicuit, singula vocabula argutiis suis persequutus est, tamen is neque in verbis v. 24. ἐλπίζω θεάσασθαι ὑμᾶς acumen quaesivit, neque iis offensus est. Nuper nonnulli vulgatam lectionem defenderunt hoc argumento confisi, quod A. B. C., qui ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς omitterent, γάρ servarent, vocem, si ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς deleveris, *ineptam*. Ita *Rinckius* Lucubr. crit. p. 133.. Hujus vestigiis ingressus *de Wettius* scribas v. ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς consulto delevisse, quae quum *utique venturum* Paulum dicerent cum proximis v. ἐλπίζω γὰρ διαπορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς pugnare visa essent, verisimile esse contendit. Nempe expunctis vocc. ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς etiam voculam γάρ post ἐλπίζω delendam fuisse. Codices autem A. B. C., qui praetermissis v. ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς vocem γάρ continerent, interpolationem mancam et imperfectam repraesentare existimandos esse. B. *Baumgarten-Crusius* ad *Schotti* N. T. ed. 4. errore librariorum, quorum oculi a syllabâ primâ verbi ἐλεύσομαι ad syllabam primam verbi ἐλπίζω aberrassent, v. ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς excidisse putavit. Et verissime *Griesbachium* de h. l. judicasse et interpretes rem, quae v. v. 24. ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς et γάρ post ἐλπίζω pepererit, hucusque praeteriisse e variantibus lectionibus cognoscitur, quae textus a *Griesbachio* probati depravationes sunt. Nempe librarii periodum v. 23. et 24., quâ nihil planius est, non tamen perspexerunt. Quorum nonnulli novam sententiam verbis v. 24. Ὡς ἐὰν [ἂν] incipere opinati vs. 23. ἐπιποθίαν δὲ ἔχω pro ἔχων correxerunt et vs. 24. οὖν post ὡς ἂν addiderunt (F. G. Clar. Boern.): *Νυνὶ δὲ μηκέτι τόπον ἔχων ἐν τοῖς κλίμασι τούτοις ἐπιποθίαν δὲ ἔχω τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν. Ὡς ἂν οὖν πορεύωμαι εἰς τὴν Σπανίαν ἐλπίζω δια-*

πορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς κτλ. Nunc vero, quum non diutius (docendi eos, quibus Christus nondum innotuerit) locum in his regionibus habeam, *cupio vero* vos videre a multis annis. Simulatque *igitur* proficiscar in Hispaniam spero me per vestram urbem iter facientem vos visurum esse etc.. Alii vero scribae periodum verbis v. 24. ὡς ἂν πορεύωμαι εἰς τὴν Σπανίαν terminari rati post haec verba vocabulorum v. 23. ἐπιποθίαν δὲ ἔχων τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς invitatu mente addiderunt ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς et post Ἐλπίζω ut vincta esset oratio, adjecerunt γὰρ (A. B. C. Damasc.): *Νυνὶ δὲ μηκέτι τόπον ἔχων ἐν τοῖς κλίμασι τούτοις, ἐπιποθίαν δὲ ἔχων τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν, ὡς ἂν πορεύωμαι εἰς τὴν Σπανίαν* (scil. ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς.). *Ἐλπίζω γὰρ διαπορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς κτλ.* Nunc vero quum non diutius (erudiendi eos, quibus Christus nondum innotuerit) locum in his regionibus habeam, desiderio autem tenear *ad vos veniendi* a multis annis, simulac proficiscar in Hispaniam (scil. *veniam ad vos.*). Spero *enim* me per vestram urbem iter facientem vos visurum esse etc.. Qui vocabula ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς ab illis librariis *cogitando* adjecta verborum ordini *intulerunt* scripturam Elsevirianam ab iis, qui γὰρ post Ἐλπίζω adjecerant, inchoatam absolverunt. Quamobrem *Lachmannus*, qui lectionem codd. A. B. C. sequi constituisset, post ὡς ἂν πορεύωμαι εἰς τὴν Σπανίαν plene interpungere et a verbis Ἐλπίζω γὰρ novam sententiam ordiri debuerat. At hunc locum sic interpunxit: *Διὸ καὶ ἐνεκοπτόμην πολλάκις τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, νυνὶ δὲ μηκέτι τόπον ἔχων ἐν τοῖς κλίμασι τούτοις, ἐπιποθίαν δὲ ἔχων τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν, ὡς ἂν πορεύωμαι εἰς τὴν Σπανίαν, (ἐλπίζω γὰρ διαπορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς καὶ ἀφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι ἐκεῖ, ἐὰν ὑμῶν πρῶτον ἀπὸ μέρους ἐμπλησθῶ) νυνὶ δὲ πορεύομαι εἰς Ἱερουσαλὴμ διακονῶν τοῖς ἁγίοις.* Quâ interpunctione *Lachmannus* non solum sententiam corrupit (hinc etiam *saepe impediebar*, quominus ad vos *venirem*, *nunc vero — — simulac proficiscar in Hispaniam — nunc inquam Hierosolyma contendo!!*), verum etiam se porum librariorum mentem, quibus se addixit, plane non percepisse ostendit. Restat, ut de singulis hujus loci vocabulis disseramus. Duas res Paulus affert, quibus ductus se Romanos iter per Romam in Hispaniam facturum mox visurum esse speret, confecta in terris hucusque ab se peragratis negotia et diuturnum Romanorum desiderium.

μηκέτι τόπον ἔχων ἐν τοῖς κλίμασι τούτοις] Non recte *Chr. Fr. Schmidius* et *de Ammon*: *quum non diutius locum* (sp. commorandi) *habeam in his, in quibus sum, regionibus*

(in Graeciâ) scil. propter insidias ab Judaeis structas Act. 20, 3.. Tu enarra: *quum non amplius locum* (sp. docendi eos, qui nondum quidquam de Christo inaudiverint, τόπον scil. τοῦ κηρύσσειν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ τοῦ Χριστοῦ v. 20. 21.) *habeam in his*, quas Christi nuntius peragravi v. 19., *regionibus*. *Locus* h. l. est *opportunitas*, v. III, p. 96.. Paulus a Deo per Jesajam monitus, ut iis in locis, in quibus nullusdum de Christo quidquam inaudivisset, doctrinam div. traderet (v. 21.), sibi quod Christi de caelo reditus proxime instar et (11, 25. sqq. 13, 11.) properandum esse vidit, ut ante hoc tempus Christi doctrina quam latissime suâ operâ propagaretur. Quamobrem postquam intra terrarum tractum v. 19. memoratum aliquot celebrioribus locis nuntium de Christo primus attulerat, ratus fore, ut doctrina ab se tradita et suis viribus cresceret et ab aliis magistris in illis regionibus latius diffunderetur, ad Hispanos, quibus Christum etiamnum ignotum esse sciret, per Romam se conferre statuit ibique aliquamdiu commorari, ut et Romanorum consuetudine frueretur et Romanos in doctrinâ christ. firmiores redderet (v. 24. 1, 11. 12.). Cf. *Kopp.*, *Rueck.* et *Meyerum*. Ii Pauli mentem non assequuti sunt, qui eum hoc dicere putarunt: suâ operâ neminem non in orientalibus plagis ut in Christi disciplinam se traderet permotum esse. Schol. Matth. μηκέτι τόπον] πάντες γὰρ ἐπίστευσαν. Fortasse P. repetito ἔχων nescio quid acuminis in suam orationem indere voluit (quum non diutius locum *habeam*, sed desiderium *habeam*. Cf. *Beng.* et *Boehm*.. πολλῶν] B. C. 37. 39. 71. et Damascenus ἱκανῶν. Confundunt librarii synonyma (v. II, p. 297.). Quonam anno P. Romanos videndi consilium ceperit nescimus (Act. 19, 21.). Conjecturae, quae neque stabiliri neque refelli possunt, inutiles sunt. *Kopp.* „ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν] sp. ab eo tempore, quo per Aquilam et Priscillam in romanae ecclesiae notitiam venerat Apostolus Act. 18, 2." *Boehmius*: „a multis annis] forsitan a principio gesti ab eo muneris apostolici, quum Roma caput esset imperii."

V. 24. ὡς ἐὰν πορεύωμαι] Cf. *Wineri* gr. p. 285. sq. | ὡς ἂν πορεύωμαι] A. B. [C.] 39. 73. 80. al. 4. Chrys. semel. Hoc scripsit *Lachmannus*. Ego idem feci. Cf. 1 Cor. 11, 34. Phil. 2, 23. Cebetis tab. p. 168. et *Herm.* ad Vig. p. 941. ed. 4.. Ὡς ἂν est *simulatque* (simulac proficiscar in Hispaniam), non *quando*, *quum* (*Rueck.*). Cf. *Hermannum* l. c.. Sane Paulus postquam iter hierosolymitanum confecisset (v. 25.) iter Romam movere voluit v. 28. (*Rueck.*). Sed quum nesciret, utrum tum statim, an objectâ aliquâ morâ paullo serius, iter hispaniense initurus esset, recte

simulac proficisceretur in Hispaniam, se, uti speraret, Romanos visurum esse scripsit. Ὡς ἐὰν [ἂν] πορεύομαι εἰς τ. Σπ., quod *Reichius* admiratur, error calami est; cf. 14,8.. Locum Exod. 1,16., quem *Reich.* citavit, corruptum esse patet: ὅταν μαιοῦσθε (leg. μαιῶσθε) τὰς Ἑβραίας καὶ ὦσι πρὸς τῷ τίκτειν —. Σπανίαν] Ἱσπανίαν 72. 74. 76. al. 12. Mt. c. d. k. l. Cf. varr. lect. v. 28. 1 Macc. 8,3. Diod. Sic. l. V. c. 37.. Τὴν Ἰβηρίαν (Diod. Sic. V, c. 35.), quae Hispaniam et Lusitaniam complectebatur, Graeci postea τὴν Σπανίαν vocarunt (Athenaeus l. XIV. p. 657.) παραγώγως, ut nonnullis visum est (v. *Wetst.*) pro τὴν Πανίαν (terram Panos), Romani Hispaniam. Athenaeus l. VIII. p. 330. Τὴν κατὰ Λυσιτανίαν (χώρα δ' ἐστὶν αὕτη τῆς Ἰβηρίας, ἣν νῦν Ῥωμαῖοι Ἱσπανίαν ὀνομάζουσι) διηγούμενος εὐδαιμονίαν Πολύβιός κτλ.. Fuit tum Hispania provincia romana, Judaeis valde frequentata ideoque peridonea, in quâ Christi doctrina traderetur. Iter in Hispaniam nunquam P. direxit (cf. T. I. p. XVIII. sq.). *Calvinus*: „Ex hoc loco infirmum argumentum ducitur profectionis hispanicae. Neque enim protinus sequitur, ipsum fuisse perfunctum, quia sic animo concepisset. De *spe* enim tantum loquitur, quâ frustrari, *quemadmodum alii fideles*, nonnunquam potuit." Hom. Il. 18, v. 328. ἀλλ' οὐ Ζεὺς ἄνδρεσσι νοήματα πάντα τελευτᾷ. — *Bengelius*: „διαπορευόμενος, transiens] quia Romae jam fundata est fides." ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι] *Lachmannus* et B. D. F. G. 57. al. 8. Mt.** n.* ἀφ' ὑμῶν (C. ὑφ' ὑμῶν praebet.) Quod qui *ut insolentius* probarunt (*Reich.*, *Meyerus*, *dW.*) quum sic interpretarentur: *a vobis*, i. e. *a vestrâ urbe*), neque solere librarios ὑπὸ et ἀπὸ confundere recordati sunt (v. *Bastii* commentatio palaeographica pone Gregor. Corinth. ed. *Schaef.* p. 794. sq.), neque homines, *a quibus* Paulus se deductum iri speraret, nominandos fuisse (v. Act. 15,3. 1 Cor. 16,6.) reputarunt Ἀφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι ab ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι *sensu* non differt. Cf. Plutarch. Coriol. c. 30. οἱ δὲ πεμφθέντες ἀπὸ βουλῆς —. Act. 10,17. οἱ ἄνδρες οἱ ἀπεσταλμένοι ἀπὸ (nonnulli Codd. ap. *Wetst.* ὑπὸ) τοῦ Κορνηλίου (vide vs. 8.). Ego in dubiâ re vulgatam scripturam servavi. ἐκεῖ] *illuc* i. q. ἐκεῖσε Joh. 11,8.. Utrum P. terrestri itinere *per Galliam* in Hispaniam proficisci (*Grot.*), an maritimo itinere Hispaniam petere (*Meyerus*) secum constituerit, de eo frustra disputes. Paulus ipse, opinor, totius itineris rationem nondum accurate secum descripserat. Neque ex ἐκεῖ effici potest, utrum comites romanos totum iter, an itineris partem benevole secum facturos esse Ap. speraverit. ἐὰν ὑμῶν πρῶτον ἀπὸ

μέρους ἐμπλησθῶ] *quum vobis* (vestrâ consuetudine, quâ animus meus recreetur 1,12.) *ante omnia aliquatenus satiatus fuero* (v. Hom. Od. λ',452. et *Kypkium* ad h. l.). *ἀπὸ μέρους*] *aliquatenus*. *Grotius*: „*non quantum vellem, sed quantum licebit.*" *Chrysostomus*: *οὐδεὶς γάρ με χρόνος ἐμπλῆσαι δύναται οὐδὲ ἐμποιῆσαί μοι κόρον τῆς συνουσίας ὑμῶν.*

V. 25. Quum Paulus quod nullum docendi eos, quibus Christus nondum innotuisset, locum diutius in orientalibus plagis haberet et a multis annis ad Romanos veniendi desiderio teneretur, simulac proficisceretur in Hispaniam se Romanos in transitu visurum esse dixisset v. 23. et 24., ne lectores Apostolum proximo tempore venturum esse crederent, prius sibi iter Hierosolyma dirigendum esse monuit, ut eo pecunias, quibus pauperculi Christiani Hierosolymis sublevarentur, perferret in Macedoniâ et Achajâ a Christianis collectas v. 25. — 28.. *Nunc autem*, inquit, *proficisci cogito* (Joh. 11,8. 2 Cor. 13,1.) *Hierosolyma*, *operam navans* (*διακονῶν*, i. q. *καὶ διακονῶ et operam navare cogito*) *hominibus Deo consecratis*. Participium Praesentis post verba motus consilium rei verbo finito declaratae inclusum, Participium Futuri consilium ex re per verbum finitum dictâ consequens notare in vulgus constat (v. *Matthiae* Ausf. gr. Gr. §. 566. 6.). *Διακονήσων*, quod unus 73. offert, foret: proficisci cogito Hierosolyma, operam confecto itinere *praestiturus* hominibus Deo sacratis. Act. 24, 17. 25,13.. *διακονῶν*] D. E. G. It. Vulg. *διακονῆσαι*, i. e. *ut operam praestem*. C. *διακονῶν* habet, non *διακονεῖν* (*Wetst.*). *Οἱ ἅγιοι*, quibus operam navare P. cogitat, non sunt Macedones et Achaei, qui stipem contulerunt, sed *οἱ πτωχοὶ τῶν ἁγίων τῶν ἐν Ἱερουσαλήμ*, in quorum usum illi pecuniae collationem fecerunt (cf. vs. 26. et 31.). Opera autem, quam P. hominibus Deo consecratis dicare constituit, cernitur in stipe iis reddendâ (vs. 28. et 31.).

V. 26. Exponitur, quî factum sit, ut Paulo *τοῖς ἁγίοις* opera navanda esset. *εὐδόκησαν γὰρ Μ. καὶ Ἀ.*] *nimirum placuit* (v. not. ad 10,1. T. II, p. 369. sqq.) *Macedonibus et Achaeis*. *Κοινωνία* est *collatio*, Mittheilung, v. not. ad 12,13. T. III, p. 81.. Et antiquiores et recentiores interpretes in hoc vocabulo argutati sunt, quoniam *κοινωνέω* etiam activam vim habere non meminerant; cf. v. c. *Theophyl.*: *πανταχοῦ δὲ κοινωνίαν καλεῖ τὴν ἐλεημοσύνην ὡς κοινοῦ τοῦ κέρδους ὄντος καὶ τῶν διδόντων καὶ τῶν λαμβανόντων* (!). *κοινωνίαν τινὰ*] *aliquam* (i. e. *parvam quandam*) pecuniae collationem. *Theophylactus*: *τινὰ δὲ εἶπεν ἀντὶ τοῦ μικράν, ἵνα μὴ δόξῃ τοῖς Ῥω-*

μαίοις ὀνειδίζειν ὡς φειδωλοῖς καὶ ἀκοινωνήτοις (sic). At satis magna pecuniae collatio ei fuisse videatur, qui locum 1 Cor. 16,4. comparaverit. Scilicet extenuat P. Macedonum et Achaeorum benignitatem pudore adductus, quo quantum amici nostri, nostro praesertim rogatu, alicui benigne fecerint, ne nosmet ipsos et nostros amicos in ostentationis suspicionem adducamus, clam aliis esse cupimus. *εἰς τοὺς πτωχοὺς τῶν ἁγίων τῶν ἐν Ἱερουσαλὴμ*] *in pauperes, qui sunt inter Christianos hierosolymarios*. *Grotius*: „Talia sunt *nigrae lanarum, ovorum oblonga*." Cf. *Matthiae* Ausf. gr. Gr. §. 318. 2.. De pecuniae collatione, quam Paulus h. l. commemoravit, vide 1 Cor. 16,1. sqq. 2 Cor. c. 8. et 9.. Causas, quae fecerunt, ut Christiani hierosolymarii admodum pauperes essent, attuli in *Fritzschiorum* Opusc. acad. p. 221. sq..

V. 27. *Grotius*: „*εὐδόκησαν γὰρ*] Est egregia *ἀναφορά* simul cum *ἐπανορθώσει*." Nimirum placuit (Macedonibus et Achaeis) *et* sunt eorum (Christianorum hierosolymariorum) debitores i. q. nimirum placuit Macedonibus et Achaeis hierosolymariorum Christianorum beneficio *obligatis* (*εὐδόκησαν γὰρ ὀφειλέται αὐτῶν ὄντες*). Est igitur *καί* copula, non *veruntamen etiam* (*Reich.*) denotat! *Καὶ ὀφειλέται αὐτῶν εἰσιν*] *Lachmannus* et A. B. C. D. E. F. Arm. Clar. Germ. Vulg. Ambrosiaster *καὶ ὀφειλέται εἰσὶν αὐτῶν*. Horum codicum auctoritas eo minuitur, quod eorum nonnulli (F. Clar. Ambrosiaster) verba *εὐδόκησαν γάρ, καὶ* ut supervacanea male omittunt et *γάρ* post *ὀφειλέται* inculcant (F. Ambrosiaster). Quare verborum *αὐτῶν εἰσιν* transpositio (*εἰσὶν αὐτῶν*) cum loci interpolatione cohaerere potest antiquitus factâ. *Τὰ πνευματικὰ αὐτῶν* neque eorum bona *ad animum* pertinentia (*Morus, Boehm., Rueck.*), neque eorum bona *ad Christianorum mentes, quas spiritus s. mundaverit*, spectantia (*Meyerus*), sed *dona* sunt *a spiritu s. data*, quae Christiani hierosolymarii possident (ut fides, integritas, pietas et quae extraordinariae divini spiritus dotes vocantur). Nam caelestia beneficia Christianis spiritus s. dividit (5,5. 1 Cor. 12,4. Gal. 5,22.). Recte *Theodoretus* explicuit *τὰ τοῦ πνεύματος δῶρα*. His caelestibus divini spiritus donis recte opponuntur *τὰ σαρκικά, bona ad corpus pertinentia* (v. not. ad 7,14.). *εἰ γὰρ τοῖς πνευματικοῖς αὐτῶν ἐκοινώνησαν τὰ ἔθνη*] i. e. nam si caelestium divini spiritus bonorum, quae possident, participes facti sunt gentiles (1 Tim. 5,22.). *Erasmus*, si *αὑτῶν* pro *αὐτῶν* scripseris, hanc interpretationem iniri posse falso credidit: nam si (Christiani hierosolymarii) bona sua, quae a spiritu s. acceperant, impertierunt gentilibus, h. e. *εἰ γὰρ*

τὰ πνευματικὰ (s. τῶν πνευματικῶν αὐτῶν ἐκοινώνησαν τοῖς ἔθνεσιν (cf. not. ad 12,13.). ἐν τοῖς σαρκικοῖς] *Chrysostomus*: — καὶ οὐκ εἶπεν ἐν τοῖς σαρκικοῖς ὑμῶν, ὥςπερ ἐν τοῖς πνευματικοῖς αὐτῶν· τὰ μὲν γὰρ πνευματικὰ ἐκείνων, τὰ δὲ σαρκικὰ οὐ τούτων μόνων, ἀλλὰ κοινὰ πάντων· τὰ γὰρ χρήματα πάντων ἐκέλευσεν εἶναι, οὐχὶ τῶν κεκτημένων μόνον. Argutiae. Aptissime vero P. ἐν τοῖς σαρκικοῖς αὐτῶν scripsisset h. s.: oportet eos etiam in humanis, *quae possident*, bonis iis ministrare. Primo Hierosolymis spiritus div. caelestia beneficia Christianis divisit (Act. c. 2. sqq.). Ex hâc omnium christianarum urbium metropoli et doctrina divina et caelestia ejus beneficia per orbem terrarum propagata sunt. Operam dant grati homines, ut beneficia paribus vel etiam majoribus beneficiis remunerentur. Quanto magis officii ratio postulat, ut saltem minora ei reddas, a quo majora acceperis (1 Cor. 9,11.). Sane gentiles, si subtiliter agere placuerit, a Deo, non a Christianis hierosolymariis caelestibus beneficiis ornati sunt. Sed solent tamen honesti homines eorum memores esse, in quos Deus exoptatum bonum benigne contulerit, ut id postea ad ipsos perveniret (*Reich.*). Innumerabiles interpretes (v. c. *Chrysost.*, *Calvinus*, *Grot.*, *Rueck.*, *dW.* al.) Paulum, ut Romanos ad pares liberalitates tecte invitaret, quae vs. 26. et 27. leguntur, dixisse crediderunt. Hoc et propter Pauli ingenium et propter ea, quae vs. 26. et 27. scripsit, verisimile esse nego. Eâ enim Paulus fuit libertate, ut honesta et aequa Christianis imperaret. Deinde si Romanos ad parem liberalitatem tacite invitare voluisset, et quanta esset Christianorum hierosolymariorum egestas et quanta in eos Macedonum et Achaeorum benignitas exstitisset, exponere non hâc sententiâ contentus esse debuisset: nonnihil pecuniae Macedones et Achaeos contulisse gratorum hominum officio functos (vs. 26. et 27.).

V. 28. αὐτοῖς] om. B. 76. | Unus C. habet αὐτός. Verba καὶ σφραγισάμενος αὐτοῖς τὸν καρπὸν τοῦτον, quantum video, nihil nisi hoc significare possunt: (quum igitur hoc negotium, iter Hierosolyma faciendum vs. 25., perfecero) et *confirmavero* (auctoritate meâ firmavero) iis (Christianis hierosolymariis vs. 26.) hunc (factae collationis vs. 26.) fructum. Contende usum metaphoricum vocabulorum ἡ σφραγὶς Rom. 4,11. 1 Cor. 9,2., σφραγίζειν Joh. 3, 33. 6,27., σφραγίζεσθαι 2 Cor. 1,22., ἐπισφραγίζεσθαι (v. *Wetst.* ad Joh. 3,33.) et προςεπισφραγίζεσθαι (v. Demosth. ep. ad Theramenis calumnias et convitia p. 1487, 4. *Reisk.*) Scilicet oportuit Paulum collectas pecunias Hierosolymariis auctoritate suâ eo firmare, quod, quem Apostoli ho-

rum hominum curatorem fecissent Gal. 2, 10., clientibus suis et actae rei rationem redderet, ergo et quinam coetus pecuniam contulissent et quantum nummorum redactum esset exponeret, et coactam pecuniam Apostoli integritatem testante fideli comite persolveret (1 Cor. 16, 4. 2 Cor. 8, 19. sq.). Ita interpretes de verbis *σφραγισάμενος αὐτοῖς τὸν καρπὸν τοῦτον* disputarunt, ut eos horum sensum non scivisse, sed conjectasse appareat. *Chrysostomus*: — *σφραγισάμενος αὐτοῖς τὸν καρπὸν τοῦτον, τουτέστιν, ὡς εἰς βασιλικὰ ταμιεῖα ἐναποθέμενος, ὡς ἐν ἀσύλῳ καὶ ἀσφαλεῖ χωρίῳ.* Addit *Theophylactus* hanc ratiunculam: *τοιαῦτα γὰρ τὰ σφραγιζόμενα.* *Grot.*, *Schleusnerus*, *Bretschn.* al. quum *tuto apud eos deposuero* (*Bretschn.* in tuto collocaro) hunc fructum: *Kopp.*, *Wahl.*, *Rueck.* al.: quum *certo iis in manus tradidero* (i. q. *ἀσφαλῶς αὐτοῖς παραδοὺς*) hunc fructum: *Meyerus*: quum *tutum iis fecero*, h. e. *possidendum tradidero*, hunc fructum: *H. Stephanus* quum *obsignatum iis tradidero* hunc fructum. Haec et hujus generis alia quomodo loquutione *σφραγίζεσθαί τινί τι*, *alicui aliquid obsignare* dici possint non intelligo. Accedit, quod hae expositiones ineptis locis muniri solent (v. *Loesnerum* ad h. l.). 2 Reg. 22, 4. עֲלֵה אֶל־חִלְקִיָּהוּ הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל וְיַתֵּם אֶת־הַכֶּסֶף h. e. adscende ad Hilkiam, pontificem maximum, et *persolvat* pecuniam etc. LXX. *ἀνάβηθι πρὸς Χελκίαν τὸν ἱερέα τὸν μέγαν καὶ σφράγισον* (et *obsigna*) *τὸ ἀργύριον κτλ.* (Expresserunt כַּחֲתוֹם (Jes. 8, 16.) pro :וְיַתֵּם). Philo De vitâ Mosis l. I. §. 6. (homines beati felicitate suâ elati inopes contumeliâ afficiunt) *ὥςπερ τὸ ἀκλινὲς τῆς εὐπραγίας ἐν βεβαίῳ παρ' αὐτοῖς εὖ μάλα σφραγισάμενοι* (tanquam felicitatis stabilitatem *in tuto loco* apud se valde *obsignaverint*), *μηδὲ μέχρι τῆς ὑστεραίας ἴσως διαμενοῦντες ἐν ὁμοίῳ.* De somniis l. I. §. 25. — *στήριγμα* — — *καὶ βεβαιότης ἁπάντων ὁ θεὸς ἀσφαλής ἐστιν, ἐνσφραγιζόμενος οἷς ἂν ἐθέλῃ τὸ ἀσάλευτον* (*insculpens* in quorumcunque velit animis firmitatem). De agricult. §. 39. *σφραγίζειν confirmare* significat. *Theodoretus* et *Erasmus* *αὐτοῖς* ad Macedones et Achaeos vs. 26., qui pecuniam contulerunt, pertinere putarunt. At *αὐτοῖς* vs. 28. eodem, quo *αὐτῶν* et *αὐτοῖς* vs. 27., h. e. ad *τοὺς ἁγίους τοὺς ἐν Ἱερουσαλὴμ* vs. 26. referatur necesse est. Ceterum illi parum perspicue de h. l. disputarunt. Fortasse hoc dici crediderunt: quum sigillo obsignavero (*bene custodivero*) Macedonibus et Achaeis hunc fructum. *τὸν καρπὸν τοῦτον*] scil. *τῆς κοινωνίας* vs. 26. hunc *factae collationis* fructum, vel, quod eodem fere redit, *τῆς φιλαδελφίας* hunc *caritatis*, quâ ducti Macedones et Achaei pecuniam contulerunt, fructum.

(*Chrys.*). Non recte *Koelln.* hunc *muneris apostolici* (τῆς ἀποστολῆς) fructum. ἀπελεύσομαι] v. *Lobeck.* ad Phryn. p. 37. sq.. ἀπελεύσομαι εἰς τὴν Σπανίαν] abibo, discedam in Hispaniam, i. e. rellictis Hierosolymis in Hispaniam proficiscar Joh. 6, 68. *Bengel.*: „ἀπελεύσομαι] *abibo, vel si nunquam rediturus sim ex Hispaniâ. Haec vis verbi compositi.*" (!) δι' ὑμῶν] *per vestram urbem* cf. 2 Cor. 1, 16.. εἰς τὴν Σπανίαν] *Lachmannus* et A. B. D. G. 37. 73. 80. Chrys. εἰς Σπανίαν. Cf. v. 24..

V. 29. Sententia: scio autem, me, quum ad vos veniam, cum Christi donorum abundantiâ venturum esse (quippe vos in Christi doctrinâ confirmaturum, cf. 1, 11.). οἶδα] F. G. γινώσκω. Glossema. οἶδα δὲ] Codex luxov. *spero autem* (ἐλπίζω δὲ), ne confidentius Paulus loquutus esse videretur. δὲ] γὰρ F. G. Syr. It. Harl. Ruf. Ambrosiaster. Cf. not. ad 11, 13.. ἐρχόμενος — ἐλεύσομαι] Saepe ejusdem verbi Participium et verbum finitum componuntur. Cf. Soph. Antig. v. 282. *Λέγεις γὰρ οὐκ ἀνεκτά, δαίμονας λέγων* | *πρόνοιαν ἴσχειν τοῦδε τοῦ νεκροῦ πέρι.* et *Matthiae* Ausf. gr. Gr. §. 558.. Pleonasmi suspicio nemini h. l. incidet, qui ἐλεύσομαι verbis ἐν πληρώματι εὐλογίας Χριστοῦ accuratius constitui meminerit: scio autem, me, quum veniam ad vos, *ita ut Christi bonorum abundantiam afferam, venturum esse.* 1 Cor. 2, 1. *Κἀγὼ ἐλθὼν πρὸς ὑμᾶς, ἀδελφοί, ἦλθον οὐ καθ' ὑπεροχὴν λόγου ἢ σοφίας καταγγέλλων ὑμῖν τὸ μαρτύριον τοῦ θεοῦ.* Et ego (P. ad 1, 17. revertitur) quum ad vos venissem, fratres, *veni* (magister), *ita ut non eximie eloquenter aut sapienter doctrinam divinam vobis traderem* (i. e. si sententiam *per affirmationem* enuntiare malueris — veni doctor, ita ut simplici et in quâ nulla essent oratorum pigmenta aut philosophorum acumina oratione usus vobis doctrinam divinam nuntiarem). Duplici sensu hîc ἔρχεσθαι positum est; prius *venire* notat, posterius *venire, exsistere doctorem,* als Lehrer auftreten. ὅτι — ἐν πληρώματι εὐλογίας Χριστοῦ ἐλεύσομαι] daß ich bei Fülle von Segen Christi kommen werde, i. q. ὅτι πλήρωμα εὐλογίας Χριστοῦ παρέχων ὑμῖν ἐλεύσομαι me bonorum, quae Christus dat, abundantiam vobis praebentem venturum esse (1, 11.). Cf. T. I, p. 112. et 2 Cor. 2, 1. *Ἔκρινα δὲ ἐμαυτῷ τοῦτο, τὸ μὴ πάλιν ἐν λύπῃ* (i. q. λύπην ὑμῖν παρέχων) *πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν.* H. l. λύπῃ non tristitiam, in quâ ipse sis, sed dolorem, quem alteri commoveas, Kränkung, significat (cf. vs. 2.). Conformatio recepta: ἐν πληρώματι εὐλογίας τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ. Verba τοῦ εὐαγγελίου τοῦ omittunt A. B. C. D. E. F. G. 67.** Copt. Aeth. It. Harl. Clemens Alex. Strom. l. V.

p. 685. Ruf. Ambrosiast. Pel. Sedul. Beda. Haec v. a *Millio* Prol. §. 630. pro scholio e vs. 19. repetito spreta recte *Griesbachius*, *Lachmannus* aliique expunxerunt. Continent enim pervetustum, quod jam Syrus habeat, interpretamentum. *Veniam uberrimis Christi donis* (ἐν πληρώματι εὐλογίας Χριστοῦ ἐλεύσομαι) fuerunt, qui *Christum* pro *Christi evangelio* memoratum esse opinati exponerent: veniam uberrimis, quae Christi evangelium afferet, *donis* (ἐν πληρώματι εὐλογίας τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ ἐλεύσομαι). Temere *Bengelius*: „τοῦ εὐαγγελίου] Omiserunt aliqui. Causa hiatus τοῦ recurrente facile noscenda." Nam libri, quos *Griesbachius* recte sequutus est, non habent ἐν πληρώματι εὐλογίας τοῦ Χριστοῦ, sed ἐν πληρ. εὐλογίας Χριστοῦ. Neque felicius a *Wolfio* et *Matthaeio* ed. min. vulgata scriptura defensa est. Πλήρωμα h. l. est *abundantia* Joh. 1, 16. (v. T. II, p. 471.) et εὐλογία, quemadmodum בְּרָכָה Genes. 33, 11. Prov. 11, 25. *munus, donum* Eph. 1, 3.. Dare enim solemus dona, quibus alios adjuvemus, cum bonis votis. Perperam *Chrys.*, *Calvinus*, *Estius* al. hujus l. sensum sic descripserunt: scio me — vos inventurum repletos omnibus Christi [evangelii] donis. Cf. 1, 11. *Erasmus* εὐλογίαν τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ *eleemosynam* explicuit h. s.: scio me — vos tales visurum esse, qui largas stipes (in Hierosolymarios) conferatis! Addo non minus absurdam *Theodoreti* enarrationem: πλήρωμα εὐλογίας τοῦ εὐαγγελίου, τοὺς ὑπὲρ τοῦ εὐαγγελίου κινδύνους ἐκάλεσεν, οὓς ἐν Ἱεροσολύμοις ὑπέμεινε· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὰ ἑξῆς (sic). Nempe legit Theodoretus ut Rufinus et Ambrosiaster, v. 30. παρακαλῶ οὖν pro παρακαλῶ δέ.

V. 30—32. Praesagivit Paulus animo injurias Hierosolymis perferendas, ut Lucas refert, partim ipse a spiritu div. admonitus Act. 20, 22. sq., partim per Agabum vatem ab eo edoctus Act. 21, 11.. Metuit autem, ne et Judaei palaestinenses in se saevirent et Christianis hierosolymariis opera ingrata esset iis a viro dicata, quem divinam Mosis legem conculcare putarent (v. Rom. 15, 31. cl. Act. 21, 21. 28.). Igitur quum Christianorum deprecationes multum apud Deum posse sciret (2 Cor. 1, 11. Phil. 1, 19. Philem. 22.), Romanos ut summo secum ardore Deo pro suâ salute supplicando illa mala ab se averterent obsecravit v. 30—32.. παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς — διὰ τοῦ — Χριστοῦ — συναγωνίσασθαί μοι] Cf. de hâc structurâ not. ad 12, 1.. καὶ διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ πνεύματος] *et per caritatem, quam divinus spiritus gignit.* Ita recte plerique explicatores. Firmat enim hanc interpretationem et locus Gal. 5, 22. et res ipsa. Nam Christi, qui summo nos amore

Christianos amplecti jussit Joh. 13, 34. et amoris a spiritu s. in animis nostris excitati recordatio hanc in pios Christianos vim exerceat necesse est, ut ei amanter obsecundemus, qui ut pro se Deo supplicemus per Christum et per amorem christianum nos obsecret. *Chrysostomus*, *Theophylactus* al. τὴν ἀγάπην τοῦ πνεύματος *amorem, quo spiritus s. nos prosequitur* enarrarunt dogmaticis praejudiciis ducti. Nempe locum possidere cupierunt, ex quo non solum Patrem et Filium, sed etiam Spiritum s. homines in amore habere ostenderent. Placuit haec explicatio *Rueckerto*; sed quominus eam probaret eo deterritus est, quod Paulum spiritum divinum naturam cogitasse, quae amare posset, non credidit. Paulo spiritum s. non vim, sed naturam divinam fuisse mihi firme persuasum est. Συναγωνίζεσθαί τινι primo *una cum aliquo certare, certantem adjuvare* (Thucyd. 1, 123.), deinde omnino *alicui opem ferre, opitulari, patrocinari* i. q. βοηθεῖν et συνηγορεῖν (Demosth. 576, 7. Reisk. Lucian. Tyrannic. c. 21.) valere nemo ignorat. Itaque multi interpretes *Schleusn.* in Lex., *Kopp.*, *Boehm.* al.) hunc l. sic explicuerunt; — *ut me adjuvetis in precibus, quas pro me ad Deum faciatis.* Praeterquam quod P. hanc sententiam simplicius ita enuntiare potuisset: — *συναγωνίσασθαί μοι προσευχομένους ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν θεόν*, locus Col. 4, 12. Ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἐπαφρᾶς — *πάντοτε ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ ὑμῶν ἐν ταῖς προσευχαῖς*, ἵνα κτλ. illos explicatores redarguit. Ἀγών metaphorice *impensum studium* et ἀγωνίζεσθαι *vehementer* contendere notat. (v. Lexx. gr.). Hinc συναγωνίζεσθαι *una valde contendere* declarat (Dionys. Hal. A. R. l. VII. c. 36. Joseph. A. J. 12, 2, 1.), neque mirum est eos, qui *enixe et cum magnâ animi contentione* precentur, h. l. et Col. 4, 12. dici ἀγωνίζεσθαι *valde contendere.* (Male *Bretschn.* Lex., *Reich.* et *dW.* addunt Joseph. A. J. 12, 2, 2., quum ibi συναγωνίζεσθαι *adjuvare* significet.) Hoc igitur P. dixit: — ut mecum *vehementer contendatis* in precibus, quas pro me ad Deum faciatis i. q. ut pro me ad Deum precantes *contente, enixe, ardenter*, ut ego facio, supplicetis. Mirabilia interpretes protulerunt et ut cur precantes ἀγωνίζεσθαι dicantur et ut cur P. h. l. verbum συναγωνίζεσθαι posuerit explicarent. *Bengelius*; „Orare *agon* est praesertim ubi homines resistunt." *Meyerus*: precatio animi pugna est adversus vim periculorum et calamitatum. *De Wettius*: precatio eatenus animi pugna est, quatenus impedimenta tollere conatur. *Koppius*, cui *Rueck.* adstipulatur: „Quia Apostolo *luctandum* erat cum variis calamitatibus, hinc auxilium quoque, quod *piis precibus sibi luctanti ferri posse*

existimabat, ipsum etiam ἀγῶνα, *luctam suâ causâ susceptam* nominat." Rufinus Paulum ut sibi cum *malis geniis* Eph. 6, 12. luctandum esse indicaret συναγωνίσασθαί μοι scripsisse opinatus est! Verba ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν θεόν cum verbo συναγωνίσασθαί μοι consociari plane nequeunt (*Rueck.*). Nam non solum verba ὑπὲρ ἐμοῦ supervacanea essent, sed etiam inepta sententia exiret: — ut mecum pro me *adversus Deum* pugnetis in precibus. Cohaerent igitur v. ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν θεὸν cum vocc. ἐν ταῖς προςευχαῖς. Articulo (ἐν ταῖς προςευχαῖς ταῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν θεόν) propterea non opus est, quod προςεύχεσθαι ὑπέρ τινος dici solet (Col. 1, 9.). ἐν ταῖς προςευχαῖς] D. E. F. G. 30 in m. Copt. Aeth. It. Vulg. Pelag. ἐν ταῖς προςευχαῖς ὑμῶν. | Vigil. Taps. ἐν ταῖς προςευχαῖς μου. Illud eorum, qui recte (quod frustra *Reichius* negavit), hoc eorum qui perperam hunc l. explicuerunt, glossema est (cf. Col. 4, 12.), *Reichii* expositio: ut mecum valde contendatis *me preces pro me ad Deum fundente*: inepta est, et quia τὰς προςευχάς *Romanorum* preces esse ipsa constructio et recte cogitandi leges ostendunt (παρακαλῶ - ὑμᾶς - συναγωνίσασθαί μοι ἐν ταῖς προςευχαῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τ. θ. cf. Col. 4, 12.), et quoniam Romani quo tempore P. supplicaret nesciverunt (cf. *Meyerus*), et quoniam sententia, quam *Reichius* huic l. obtrusit, sic enuntianda fuisset: παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς - συναγωνίσασθαί μοι προςευχομένῳ ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν θεόν. — V. 31. ἵνα ῥυσθῶ ἀπὸ τῶν ἀπειθούντων ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ] *ut liberer ab iis, qui in Judaeâ* (Deo fidem, quae Christo habeatur, postulanti) *obedientiam denegant* Act. 14, 2. At Judaei Asiatici totâ Judaeorum plebe concitatâ manus in Paulum injecerunt Act. 21, 27 sq.. Paulum ne judaicos lectores offenderet ἀπὸ τῶν ἀπειθούντων ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ quam ἀπὸ τῶν ἀπίστων Ἰουδαίων scribere maluisse (*Boehm.*) non credo. Nam h. l. incredulorum Judaeorum, qui in *Palaestinâ* degerent, notio exprimenda erat. καὶ ἵνα] Cf. v. c. 2 Thess. 3, 2. | ἵνα om. A. [utrum C. καὶ ἡ διακονία μου, an καὶ ἵνα ἡ διακονία μου habeat certo dici nequit] D.* F. G. 67.** 80. Syr. Copt. Arm. It. Vulg. Damasc. II, p. 58. Pel. Ambrosiaster. Cf. v. c. Rom. 15, 32. 16, 2. Col. 4, 8.. Exstinxit ἵνα *Lachmannus*, quod *Millius* Prol. §. 1353. et *Griesbachius* exsilio dignum judicaverant. Sane haec varietas ejusmodi est, ut utrum librarii ἵνα cogitandum temere scripserint, an a P. scriptum ut supervacaneum deleverint constitui nequeat. Quamobrem ἵνα cancellis circumdedi ut suspectum. ἡ διακονία μου] ἡ δωροφορία μου B. D* F. G. (Ambrosia-

ster: *munerum meorum oblatio.* Clar. *remuneratio.* Pelag.: *obsequii mei oblatio.*). Hanc lectionem ab omnibus Criticis rectissime spretam primus recepit *Lachmannus.* Cf. Alciphro l. 1. ep. 6.. Superquam quod scriptura vulgata versu 25. (*διακονῶν τοῖς ἁγίοις*) fulcitur, *ἡ δωροφορία μου* manifestum glossema est (*Wolf.*, *Meyerus*, *Rueck.*), et ab iis quidem profectum, qui *ἡ διακονία μου perperam* explicuissent. Nam *ἡ διακονία μου* h. l. hanc vim habet: et ut meum *pecunias meo studio a Macedonibus et Achaeis collectas deportantis* ministerium, Hierosolymis destinatum hominibus Deo consecratis acceptum sit (v. v. 25. sq. cl. 1 Cor. 16. et 2 Cor. c. 8. et 9.). Sed fuerunt antiquitus, qui v. *ἡ διακονία μου* male sic interpretarentur: et ut *pecunia, quam deporto*, Hierosolymis destinata, accepta sit hominibus Deo sacratis. (*Chrysostomus*: *καὶ ἵνα ἡ διακονία μου — τοῖς ἁγίοις*] *τουτέστιν, ἵνα δεκτή μου γένηται ἡ θυσία, ἵνα μετὰ προθυμίας ὑποδέξωνται τὰ διδόμενα.*). Hanc interpretationem ingressi glossatores sententiam planiorem reddere studuerunt interpretamento *ἡ δωροφορία μου* (mea munerum oblatio). — *ἡ εἰς Ἱερουσαλήμ*] meum ministerium *Hierosolymis* (Hierosolymariis) destinatum; v. 2 Cor. 8, 4. 9, 1.. *Lachmannus* et B. D.* F. G. al. It. *ἡ ἐν Ἱερουσαλήμ*, i. e. ministerium meum *Hierosolymis faciendum.* Probo vulgatam lectionem et alterâ melius testatam et magis exquisitam. | *εἰς Ἱερουσαλήμ* 37. 73. Mt. m. 8. Theodoret. ms. *ἐν Ἱερουσαλήμ* 66. Chrys. Ruf. Vulg. Ambrosiaster (omisso Articulo *ἡ*) h. e. ut ministerium meum *Hierosolymis gratum sit* hominibus Deo consecratis. Nimirum variantes lectiones *εἰς Ἱερουσαλήμ* — *ἐν Ἱερουσαλήμ* eo valuerunt, ut articulus interiret. *εὐπρόσδεκτος γένηται τοῖς ἁγίοις*] *Lachmannus* et A. B. C. 37. Damasc. l. c. *εὐπρόσδεκτος τοῖς ἁγίοις γένηται.* Verborum ordo qui vulgatur *Lachmanniano* melior est, quoniam in versus fine *τοῖς ἁγίοις* plenius sonat, quam *γένηται* (v. not. ad 3, 31.). Multi interpretes (*Michaelis*, *Boehm.*, *Meyerus*, *Rueck.*, *dW.* al.) Paulum metuisse putarunt, ne pecuniae Hierosolymas deportandae Hierosolymariis idcirco ingratae essent, quod eas Macedones et Achaei, qui olim *gentiles* fuissent, collegissent. Qui v. *ἡ διακονία μου* male explicuerunt *stipem*, *quam deporto.* Adde quod P. 2 Cor. 9, 12. 13. Macedonum et Achaeorum munus Hierosolymariis *gratissimum* fore significavit. Quin P. veritus est, ne Macedonum et Achaeorum beneficium Hierosolymariis propterea displiceret, quod vir id procurasset, quem Mosis disciplinam subruere opinarentur Act. 21, 21. — V. 32. Voce *ἵνα consilium* declaratur, quo ductos Romanos pro

suâ salute Paulus Deo supplicare vult (v. 30. 31. cf. Gal. 4, 4. 5.): ut (vestrâ supplicatione et palaestinensium Judaeorum injuriis et Christianorum judaicorum invidiae ereptus v. 31.) *laetus* (alioquin *tristis* venirem!) ad vos veniam volente Deo. Vidit P. Romam, sed in vinculis Act. 23, 11. 28, 14. 16.. ἵνα ἐν χαρᾷ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς — καὶ συναναπ. ὑμῖν] *Lachmannus* et A. C. 67.** 71. Ruf. ἐλθὼν omisso καί: ut quum laetus ad vos venero volente Deo, me vobiscum recreem. Quod Paulus diduxerat librarii in unam enuntiationem contraxerunt. διὰ θελήματος θεοῦ] Cf. not. ad 1, 10. Hebr. 6, 3. Aeschines adv. Ctesiphontem c. 15. κἂν οἵ τε θεοὶ θέλωσι καὶ οἱ δικασταὶ ἐξ ἴσου ἡμῶν ἀκούσωσι κτλ.. Unus B., cujus lectionem *Lachmannus* dedit, διὰ θελήματος κυρίου Ἰησοῦ praebet. D.* E. F. G. It. Ambrosiaster διὰ θελήματος Χριστοῦ Ἰησοῦ habent. *Meyerus* alterutrum genuinum esse putavit, διὰ θελήματος θεοῦ scribas ex 1, 10. invexisse opinatus. Ne ipsum paucorum librorum, qui vulgatae lectioni repugnant, dissensum eorum fidem suspectam reddere commemorem, v. v. 33. ὁ δὲ θεὸς τῆς εἰρήνης scripturam διὰ θελήματος θεοῦ corroborant. Nam verborum v. 32. διὰ θελήματος θεοῦ invitatu hanc P. v. 33. clausulam formavit: ὁ δὲ θεὸς τῆς εἰρήνης μετὰ πάντων ὑμῶν, ἀμήν. Haec res Ambrosiastro suboluit, qui quum v. 32. διὰ θελήματος Χριστοῦ Ἰησοῦ legisset v. 33. τὸν θεὸν τῆς εἰρήνης *Christum* recte vocari perhibuit, quoniam is Joh. 14, 27. εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν dixisset. Scilicet nonnulli scribae Paulum rerum prosperitatem a *Christo* repetere recordati (1 Cor. 4, 19. 16, 7.) vs. 32. Christum θεόν appellari putarunt propterea, quod P. v. 30. *per Christum* Romanos obsecrasset. Sunt igitur διὰ θελήματος κυρίου Ἰησοῦ et διὰ θελήματος Χριστοῦ Ἰησοῦ ineptorum hominum interpretamenta. καὶ συναναπαύσωμαι ὑμῖν] *et ut vobiscum me recreem* h. e. ut vestrâ ego fide delecter, vos meâ et fide et institutione delectemini (cf. 1, 11. 12.). Mire *Meyerus* haec v. sic enarravit: *ut vobiscum respirem*, h. e. ut ego a certaminibus, quae mihi cum Judaeis palaestinensibus fuerint, respirem, vos a supplicandi luctâ respiretis v. 30. et 31.. καὶ συναναπαύσωμαι ὑμῖν] Variantes lectiones nullius pretii sunt. Omittit haec v. unus B. | Mt. f. d. m. καὶ συναναπαύσομαι ὑμῖν. sic. | 23.* καὶ συναναπαύσω ὑμᾶς. | F. G. Vulg. It. Boern. PP. lat. καὶ ἀναψυχῶ μεθ' ὑμῶν *et refrigerer vobiscum.* | D. E. Clarom. Boern. καὶ ἀναψύξω μεθ' ὑμῶν *et refrigerem vobiscum.* Ἀναψύχω Activum seriores scriptores intransitive ponere constat, v. LXX. Ps. 38, 14. Judic. 15, 19.. Ἀνα-

ψυχῶ μεθ' ὑμῶν et *ἀναψύξω μεθ' ὑμῶν* vulgatae lectionis *συναναπαύωμαι ὑμῖν* glossemata sunt. Nempe primo formarum *ἀναψυχῶ* et *ἀναψύξω* discrepantia librorum, qui eas offerunt, fidem minuit. Deinde P. simplex *ἀναπαύω* 1 Cor. 16, 18. Philem. 20. et *ἀναπαύομαι* 2 Cor. 7, 13. Philem. 7. aliquoties, *ἀναψύχω* semel tantummodo 2 Tim. 1, 16. usurpavit. Falso *Reichius* *καὶ συναναπαύσωμαι ὑμῖν* pro *καὶ ἀναψυχῶ μεθ' ὑμῶν* sive *καὶ ἀναψύξω μεθ' ὑμῶν* eos scripsisse, qui verbum parum usitatum *ἀναψύχω* verbo magis usitato *συναναπαύομαι* explicuissent existimavit. Nam *συναναπαύομαι* raro legas (Plutarch. Brut. c. 13. LXX. Jes. 11, 6.). Postremo verbis *καὶ συναναπαύσωμαι ὑμῖν* aegre caremus. Nimis nuda est, si ea deleveris, Apostoli oratio. Jure exspectamus, Paulum non modo se *laetum*, si Deus dederit, ad Romanos velle venire dicere, sed etiam hujuscemodi sententiam addere: se quum Romam pervenerit Romanorum consuetudine, Romanos suâ consuetudine delectari velle. Quae quum ita sint v. *καὶ συναναπαύσωμαι ὑμῖν* *Griesbachio* sine ullâ causâ suspecta visa sunt. Hujus voluntatem aucupatus *Tischendorfius* vocc. *καὶ συναναπαύσωμαι ὑμῖν* ed. Lips. expunxit, sed postea intellecto errore ea restituit ed. Paris..

V. 33. Plerique interpretes *τὸν θεὸν τῆς εἰρήνης* Deum *concordiae* largitorem explicant Paulum bono voto ad admonitiones 14, 1.—15, 13. redire arbitrati. Grotius: „Hoc dicit, ut hoc magis Romanos a rixis avertat." Sed quum bonum votum in longioris de suis rebus disputationis 15, 14—32. clausulâ Ap. posuerit eoque verborum v. 32. *διὰ θελήματος θεοῦ* rationem haberi perspicuum sit, hanc interpretationem veram esse apparet: Deus autem, *salutis, felicitatis* (quâ ut laetus ad vos veniam tantopere egeo v. 30—32.) dator vobis omnibus adsit (opituletur). Matth. 28, 20. *Ἀμήν*, quod ab A. F. G. 80. Boern. abest, *Griesbachio*, *Knappio*, *Lachmanno* aliisque suspectum fuit. Liturgicum additamentum esse videtur.

CAP. XVI.

ARGUMENTUM.

Phoebe Romanis commendatâ (v. 1. 2.) multisque Romanis nominatim salutatis (v. 3.—16.) Paulus lectores hortatur, ut magistrorum judaicorum, qui discordias serant et offensionum auctores sint, consortio abstineant eosque valere jubet (v. 17.—20.). Tum nonnullorum amicorum, quos secum haberet, salute superadjectâ (v. 21.—23.) lectores iterum valere jubet (v. 24.). Lectâ autem vel auditâ suâ epistolâ Paulus ejus argumento tantopere commotus est, ut egregiam doxologiam literis suis subjiciendam amanuensi dictaret, quâ Deum, qui, quod suâ epistolâ efficere studuisset, Romanos in doctrinâ christianâ confirmare posset, pie celebraret (v. 25.—27.).

V. 1. *Συνίστημι δὲ ὑμῖν Φοίβην τὴν ἀδελφὴν ἡ-
μῶν, οὖσαν διάκονον τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Κεγχρεαῖς,
2. ἵνα αὐτὴν προςδέξησθε ἐν κυρίῳ ἀξίως τῶν ἁγίων
καὶ παραστῆτε αὐτῇ ἐν ᾧ ἂν ὑμῶν χρήζῃ πράγματι.
καὶ γὰρ αὐτὴ προστάτις πολλῶν ἐγενήθη καὶ ἐμοῦ
αὐτοῦ.*

V. 3. *Ἀσπάσασθε Πρίσκαν καὶ Ἀκύλαν τοὺς συν-
εργούς μου ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ,* 4. *οἵτινες ὑπὲρ τῆς ψυ-
χῆς μου τὸν ἑαυτῶν τράχηλον ὑπέθηκαν, οἷς οὐκ ἐγὼ
μόνος εὐχαριστῶ ἀλλὰ καὶ πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι τῶν ἐ-
θνῶν,* 5. *καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίαν. Ἀσπά-
σασθε Ἐπαίνετον τὸν ἀγαπητόν μου, ὅς ἐστιν ἀπαρχὴ
τῆς Ἀσίας εἰς Χριστόν.* 6. *Ἀσπάσασθε Μαριάμ, ἥ-
τις πολλὰ ἐκοπίασεν εἰς ἡμᾶς.* 7. *Ἀσπάσασθε Ἀνδρό-
νικον καὶ Ἰουνίαν τοὺς συγγενεῖς μου καὶ συναιχμαλώ-
τους μου, οἵτινές εἰσιν ἐπίσημοι ἐν τοῖς ἀποστόλοις, οἳ
καὶ πρὸ ἐμοῦ γεγόνασιν ἐν Χριστῷ.* 8. *Ἀσπάσασθε
Ἀμπλιᾶν τὸν ἀγαπητόν μου ἐν κυρίῳ.* 9. *Ἀσπάσασθε
Οὐρβανὸν τὸν συνεργὸν ἡμῶν ἐν Χριστῷ καὶ Στάχυν
τὸν ἀγαπητόν μου.* 10. *Ἀσπάσασθε Ἀπελλῆν τὸν δό-
κιμον ἐν Χριστῷ. Ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ἀριστο-
βούλου.* 11. *Ἀσπάσασθε Ἡρωδίωνα τὸν συγγενῆ μου.*

Ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ναρκίσσου, τοὺς ὄντας ἐν
κυρίῳ. 12. Ἀσπάσασθε Τρύφαιναν καὶ Τρυφῶσαν τὰς
κοπιώσας ἐν κυρίῳ. Ἀσπάσασθε Περσίδα τὴν ἀγα-
πητήν, ἥτις πολλὰ ἐκοπίασεν ἐν κυρίῳ. 13. Ἀσπά-
σασθε Ῥοῦφον τὸν ἐκλεκτὸν ἐν κυρίῳ, καὶ τὴν μητέρα
αὐτοῦ καὶ ἐμοῦ. 14. Ἀσπάσασθε Ἀσύγκριτον, Φλέγον-
τα, Ἑρμῆν, Πατροβᾶν, Ἑρμᾶν καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς
ἀδελφούς. 15. Ἀσπάσασθε Φιλόλογον καὶ Ἰουλίαν,
Νηρέα καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ, καὶ Ὀλυμπᾶν, καὶ
τοὺς σὺν αὐτοῖς πάντας ἁγίους. 16. Ἀσπάζεσθε ἀλ-
λήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. Ἀσπάζονται ὑμᾶς αἱ ἐκκλη-
σίαι πᾶσαι τοῦ Χριστοῦ.

V. 17. Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς ἀδελφοί, σκοπεῖν τοὺς
τὰς διχοστασίας καὶ τὰ σκάνδαλα παρὰ τὴν διδαχὴν
ἣν ὑμεῖς ἐμάθετε ποιοῦντας, καὶ ἐκκλίνατε ἀπ᾽ αὐτῶν.
18. Οἱ γὰρ τοιοῦτοι τῷ κυρίῳ ἡμῶν Χριστῷ οὐ δου-
λεύουσιν, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ, καὶ διὰ τῆς χρη-
στολογίας καὶ εὐλογίας ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν
ἀκάκων. 19. Ἡ γὰρ ὑμῶν ὑπακοὴ εἰς πάντας ἀφίκετο.
Χαίρω οὖν τὸ ἐφ᾽ ὑμῖν, θέλω δὲ ὑμᾶς σοφοὺς [μὲν] εἶ-
ναι εἰς τὸ ἀγαθόν, ἀκεραίους δὲ εἰς τὸ κακόν. 20. Ὁ
δὲ θεὸς τῆς εἰρήνης συντρίψει τὸν Σατανᾶν ὑπὸ τοὺς
πόδας ὑμῶν ἐν τάχει. Ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰη-
σοῦ Χριστοῦ μεθ᾽ ὑμῶν.

V. 21. Ἀσπάζεται ὑμᾶς Τιμόθεος ὁ συνεργός μου
καὶ Λούκιος καὶ Ἰάσων καὶ Σωσίπατρος οἱ συγγενεῖς
μου. 22. Ἀσπάζομαι ὑμᾶς ἐγὼ Τέρτιος ὁ γράψας τὴν
ἐπιστολὴν ἐν κυρίῳ. 23. Ἀσπάζεται ὑμᾶς Γάϊος ὁ ξέ-
νος μου καὶ ὅλης τῆς ἐκκλησίας. Ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἔρα-
στος ὁ οἰκονόμος τῆς πόλεως καὶ Κούαρτος ὁ ἀδελφός.
24. Ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ
πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.

V. 25. Τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίξαι κατὰ τὸ
εὐαγγέλιόν μου καὶ τὸ κήρυγμα Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ
ἀποκάλυψιν μυστηρίου χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένου,
26. φανερωθέντος δὲ νῦν διά τε γραφῶν προφη-
τικῶν κατ᾽ ἐπιταγὴν τοῦ αἰωνίου θεοῦ εἰς ὑπακοὴν
πίστεως εἰς πάντα τὰ ἔθνη γνωρισθέντος, 27. μό-

νῳ σοφῷ θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

V. 1. et 2. Commendat Paulus Romanis Phoeben. Quam vult pie a Romanis excipi, ut feminam christianam et coetus Cenchreensis diaconissam (v. 1.), et quibuscunque in rebus auxilio opus habuerit ab iis adjuvari, ut mulierem de multis Christianis et de Paulo ipso optime meritam (v. 2.). Quod vulgo statuitur, Paulum huic mulieri epistolam Romanis reddendam tradidisse verisimile est. Phoebi (Martial. epigr. 3, 89.) et Phoebes nomina tum usitata erant. Sueton. Aug. c. 65. commemoratur Phoebe liberta. *Bengel.*: „Nomina ex diis gentium sumta retinuere Christiani *in memoriam gentilismi relicti.*" (sic). *οὖσαν διάκονον*] *quae diaconissa est.* Male *Koppius*: *quae hucusque diaconissa erat* (ἄχρι τοῦ δεῦρο οὖσαν διάκονον). Scilicet non licuisse Phoebe Romam proficisci, quamdiu diaconissae provinciam sustineret, opinatus est. De diaconissarum (*ministrarum*, cf. Plinius ep. 10, 97.) officiis v. *Suiceri* Thes. eccles. I, p. 866., *Casp. Zieglerum* De diaconis veteris ecclesiae. Viteb. 1678. et Ven. *Neandrum* in l. Geschichte der Pflanzung u. s. w. p. 191 sq.. *Κεγχρεαί*] Nomen oppidi et portus Corinthiaci, orientem spectantis versus Asiam, in isthmo Peloponnesi. Distabat a Corintho circiter septuaginta stadiorum intervallo auctore Strabone VIII, p. 582.. Videtur Cenchreensem coetum P. condidisse, Corinthiae ecclesiae auctor. — V. 2. *ἵνα αὐτὴν προςδέξησθε*] *Lachmannus* et B. C. D. E. F. G. 57. cum al. 2. It. *ἵνα προςδέξησθε αὐτήν.* — *ἐν κυρίῳ*] ut eam excipiatis *pro pietate*, *quae Christo debetur* Phil. 2, 29. (cf. II, p. 84.) *Bengelius*: „in domino] Hodie dicimus *christiano more.*" Utcunque graeci interpretes *ἐν κυρίῳ* exponunt *διὰ τὸν κύριον* (*Chrysost.*) et *κατὰ κύριον* (*Oecum.*). *ἀξίως τῶν ἁγίων*] Utrum hoc sit: quemadmodum homines Deo consecratos (peregrinantes Christianos) *excipere* decet (*Theophyl.*), an hanc vim habeat: quemadmodum homines Deo sacratos (peregrinantes Christianos) *a vobis excipi* decet (Chrys., Oecum. al.) multi certo dici posse negant (*Wolf.*, *Kopp.*, *Rueck.*, *Meyerus*, *dW.* al.). Illud verum est. Nam verba *ἀξίως τῶν ἁγίων* utique ad Subjectum referenda sunt (*ἵνα αὐτὴν προςδέξησθε*). Accedit, quod vocabulis *ἀξίως τῶν ἁγίων* verba *ἐν κυρίῳ* accuratius constituuntur: ut eam *excipiatis Christi memores*, *quemadmodum sanctos homines* (excipere peregrinantes Christianos) *decet.* *ἀξίως τῶν ἁγίων*] cf. Phil. 1, 27. Col. 1, 10. 1 Thess. 2, 10.

3 Joh. 6. et Raphel. Annot. ex Polybio ad Col. 1, 10.. *καὶ παραστῆτε αὐτῇ ἐν ᾧ ἂν ὑμῶν χρήζῃ πράγματι*] *et ei adsistatis* (opitulemini) *in quacunque re vobis* (vestro auxilio) *egeat*. Cf. Aristoph. Vesp. v. 1388. ἴθι μοι παράστηθ', ἀντιβολῶ πρὸς τῶν θεῶν! 2 Tim. 4, 17.. *καὶ γὰρ αὕτη*] *nam haec* quoque. Recte *Bengelius*, *Knappius*, *Lachm.* al. *καὶ γὰρ αὐτή* (nam *ipsa* quoque multorum patrona exstitit et mei ipsius). Quippe decet hominum de christianâ disciplinâ merita beneficiis remunerari Phil. 2, 29. sq. 1 Cor. 16, 10.. *Προστάτις* non est *peregrinorum patrona a Christianorum coetu publice constituta* (*Meyerus*). Cf. not. ad 12, 8.. Nam et adjecti Genitivi obstant et verbum *ἐγενήθη*, unde de rebus Paulum loqui discimus, quas non muneris necessitate, sed benignitate et caritate adducta Phoebe fecerit. Est igitur *προστάτις patrona*, i. e. fautrix, tutrix, Gönnerin. Phoebe non solum eo multorum patrona exstitit, quod iis hospitium praebuit (*Beza*), sed quum ecclesiae ministra esset munere multas benefaciendi opportunitates dante aliis alio modo profuit: egenos, si forte pecuniosa erat, pecuniâ adjuvit, aegrotos amanter curavit, peregrinantes amicis commendavit et ad benignos hospites adduxit. Quodnam beneficium in Paulum, quum is aut Corinthi versaretur, aut Cenchreis doctrinam div. traderet, contulerit nescimus. Paronomasiam *παραστῆτε - προστάτις* P. quaesivisse videtur. *καὶ αὐτοῦ ἐμοῦ*] *et mei ipsius*, qui feminam commendo, non solum aliorum Chrysostomus modestiae Paullinae immemor: *τί δέ ἐστι καὶ αὐτοῦ ἐμοῦ; τοῦ κήρυκος τῆς οἰκουμένης, τοῦ τοσαῦτα παθόντος, τοῦ μυρίοις ἀρκοῦντος.* — *καὶ αὐτοῦ ἐμοῦ*] *Lachm.* et B. C. 3 ap. Wetst. 37. 73. 76. 80. Mt. d. Chrys. in Mt. 3. 8. Theodoret., Damasc. l. c., Theophyl. *καὶ ἐμοῦ αὐτοῦ*, quod his lectionibus stabiliri videtur: A. *ἐμοῦ τε αὐτοῦ*. Ambrosiast. *καὶ ἐμοῦ*. Scriptura D.* F. G. Boern. Clar. *καὶ γὰρ αὐτὴ καὶ ἐμοῦ καὶ ἄλλων προστάτις* (F. G. *παραστάτις*) *ἐγένετο* nullius momenti est. Aut enim festinarunt librarii aut quod summus Ap. non prius quam alii memoratus esset aegre tulerunt.

V. 3—15. Paulus salutem adscribit amicis Romanis, quos multos eum habuisse non mirum est. Nam quum multa multos tum, ut Romam se conferrent, invitarent, credibile est haud paucos eorum, quos Ap. salutavit, aliunde, ubi in Pauli notitiam venissent aut Romam commigrasse aut itinere Romam facto ad tempus ibi fuisse. Plerique eorum, quibus Ap. salutem impertivit, nobis aliunde ignoti sunt. — V. 3—5. Ut *Πρίσκαν* cum *Bengelio*,

Griesbachio, *Knappio*, *Lachmanno* aliisque reponatur pro *Πρίσκιλλαν* (Act. 18, 2.), quod est *τὸ ὑποκοριστικὸν ὄνομα*, poscunt codices. Contende Livia, Livilla, Drusa, Drusilla, Quinta, Quintilla, Secunda, Secundilla et *Grot.* ad h. l.. Diximus de Priscâ (Priscillâ) et Aquilâ T. I. p. XXXVII.. Hos homines Paulus *τοὺς συνεργοὺς* (quod voc. Chrysostomus *συλλειτουργοὺς* exposuit) *αὐτοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ suos in Christi causâ administros* appellavit, h. e. in tradendâ Christi doctrinâ adjutores, quandoquidem eos Apollonium in doctrinâ christianâ paullo accuratius instituisse Lucas memoriae prodidit Act. 18, 26.. Quod casu factum est, ut uxoris nomen mariti nomini praeponeretur (2 Tim. 4, 19.), quum inverso ordine Aquila ante Priscillam commemoraretur 1 Cor. 16, 19., id quum Pauli consilio nonnulli interpretes attribuissent ad argutias delapsi sunt. *Bengelius*: „Conjugis nomen hîc ante maritum ponitur, quia illa in ecclesiâ spectatior erat Act. 18, 18. (sic; hic quidem Lucas Aquilae post uxoris nomen de industriâ collocavit, quoniam hoc de illo additurus erat eum suscepto voto comam Cenchreis totondisse), vel etiam, quia hîc praecessit mentio Phoebes mulieris." Vanissima *Reichio* suspicio incidit, Aquilae, Priscillae marito, Pontii Aquilae (Cic. ad Fam. 10, 33, 4. Suet. Caes. c. 78.) liberto, heri, qui eum manumisisset, nomen fuisse et Lucam Act. 18, 1. Pontii nomine non intellecto e Pontio Aquila Aquilam *patriâ Ponticum* fecisse. Lucae, Pauli comiti, Aquilae patriam bene notam fuisse credibile est et multos Judaeos in Ponto consedisse satis constat (1 Petr. 1, 1.). Etiam Aquila, V. T. interpres, Ponticus (Sinopensis) fuit. — V. 4. Causam P. addit, cur Priscam et Aquilam salute impertiverit, hanc: eos vitae discrimen pro suâ vitâ adiisse. Apparet igitur versum 4. non parentheticam (*Griesb.*, *Knapp.* al.), sed relativam, quâ versus 3. muniatur, sententiam continere. *οἵτινες ὑπὲρ τῆς ψυχῆς μου τὸν ἑαυτῶν τράχηλον ὑπέθηκαν*] scil. *ὑπὸ τὸν σίδηρον*. Haec verba non proprie sumenda sunt, ut Priscam et Aquilam aliquando quum Pauli jugulum peteretur, ne vir carissimus periret suas cervices gladio subjecisse putemus (cf. Diod. Sic. l. XXXIII [non XXXII] p. 596. — *κλαίοντος δὲ τοῦ πρεσβυτέρου καὶ φιλάδελφον πάθος προφαίνοντος καὶ τιθέντος ἑαυτὸν ὑπὸ τὸν σίδηρον προςέταξε* (Diegylis) *τοῖς ὑπηρέταις καὶ τοῦτον ὁμοίως τεῖναι μακρόν.*), sed figurate h. m.: quippe qui pro meâ vitâ suum jugulum securi subjecerint i. q. quippe qui ut me servarent praesentissimum vitae periculum adierint. Utrum Ephesi Act. c. 19., an Corinthi Act. c. 18., an alio loco

Prisca et Aquila hoc fecerint ignoramus. *Wetstenii* interpretatio: *quippe qui pro vitâ meâ suas cervices pignori opposuerint* (v. Phrynichum ed. *Lobeck*. p. 467. et Demosth. p. 841. 8. *Reisk*. — *ἀπέτισα τὴν λειτουργίαν ὑποθεὶς τὴν οἰκίαν καὶ τἀμαυτοῦ πάντα* —.) mihi quoque e longinquo repetita (*Meyerus*, *Rueck.*) et rei parum accommodata videtur. Nam Priscam et Aquilam vitam suam alicui magistratui oppignerasse, ni Paulum accusatum diligenter asservassent non verisimile est. *οἷς — — τῶν ἐθνῶν*] *quibus non ego tantum* (homo eorum beneficio servatus) *gratias ago*, *sed etiam omnes sacri gentilium coetus* (quod nempe *me* servarunt, *gentilium apostolum* 11, 13.; non recte *Meyerus*: quod illi meum exemplum imitati de gentilibus potissimum bene meruerunt). Male Chrysostomus: quibus non ego tantum gratias ago, sed etiam omnes sacri gentilium coetus, scil. *propter eorum hospitalitatem et liberalitatem.* V. 5. *καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίαν*] *et* (salutate) *domesticam eorum ecclesiam* (Thucyd. 2, 60. — *ταῖς κατ' οἶκον κακοπραγίαις ἐκπεπληγμένοι*) h. e. eos Christianos, qui in eorum aedibus sacros conventus agunt (1 Cor. 16, 19. Col. 4, 15. Philem. 1.). Tam numerosus fuit Romanorum coetus, ut una domus universos capere non posset. Quamobrem Prisca et Aquila homines, ut videtur, opulenti, qui laxe habitarent, Romanorum partem in suis aedibus sacris operari benigne passi sunt. Idem antea fecerant Ephesi 1 Cor. 16, 19.. Romanos, qui in Aquilae aedibus pie congregari solerent, a Paulo in epistolâ ad totum Romanorum coetum scriptâ salutari non magis mirum est, quam quod Priscam et Aquilam salute impertivit. Nam quam sibi cari essent Prisca et Aquila eo declaravit, quod etiam eorum hominum benevole memor fuit, qui saepe cum illis convenirent. Praepostere *Calvinus*, *Kopp.*, *Flatt.*, *Rueck.* al.: *et* (salutate) *eorum familiam Christi sacris addictam* (h. e. *καὶ τὸν ἅγιον οἶκον*). Triginta alicujus domesticos, i. e. liberos, operarios, servos et ancillas, ad Christi sacra transgressos ineptus sit, qui *τὴν κατ' οἶκον ἐκκλησίαν τινὸς* appellet. *Chrysostomus* autem, cui *Theophylactus* accessit, quum *τὴν κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίαν* ad Priscae et Aquilae domum et parietes rettulisset has nugas proposuit: *καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίαν*] *Οὕτω γὰρ ἦσαν εὐδόκιμοι, ὡς καὶ τὴν οἰκίαν ἐκκλησίαν ποιῆσαι, διά τε τοῦ πάντας ποιῆσαι πιστοὺς καὶ διὰ τοῦ τοῖς ξένοις αὐτὴν ἀνοῖξαι πᾶσιν. Οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς εἴωθεν οἰκίας ἐκκλησίας καλεῖν, εἰ μὴ πολλὴ ἡ εὐλάβεια καὶ πολὺς ὁ τοῦ θεοῦ φόβος ἐῤῥιζωμένος ἐν αὐταῖς εἴη.* — *Epaeneti* nomen multis fuit (cf. Diod. Sic. 1. 19. c. 79. Athenaeus VII, p. 294. E. et 312. B.). Eusta-

thius in Il. β. p. 237, 12. ἐπαινετὸς τὸ ἐπίθετον καὶ Ἐπαίνετος κύριον. De Epaeneto, quem P. h. l. salutavit, nobis aliunde nihil compertum est. Ne quod *Meyerus* quidem suspicatus est, Epaenetum, *primum ex Asianis Christianum*, olim Mosis sacris addictum fuisse, quoniam Apostoli in regionibus, in quibus et Judaei et pagani viverent, prius ad illos, quam ad hos se convertissent Act. 18, 6., pro certo affirmari potest. ὅς ἐστιν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας εἰς Χριστόν] Chrysostomus: — Ἢ γὰρ τοῦτό φησιν, ὅτι τῶν ἄλλων ἁπάντων προεπήδησε καὶ ἐπίστευσεν, ὅπερ οὐ μικρὸς ἔπαινος, ἢ ὅτι πάντων τῶν ἄλλων πλείονα ἐπιδείκνυται τὴν εὐλάβειαν. Prior explicatio vera est (cf. v. 7. et not. ad 8, 23.). Salutate, inquit P., Epaenetum, carum mihi hominem, primum ex Achaeis (Asianis) quod ad Christum attinet, ergo primum ex Achaeis (Asianis) Christianum (qui Achajae [Asiae proconsulari] pietatis exemplum praeiverit). ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας] ἀπαρχὴ τῆς Ἀσίας A. B. C. D.* E. F. G. 6. 67.** Copt. Aeth. Arm. It. Vulg. Damasc. II, 58. Ruf. diserte Ambrosiaster Pelag. Hier. Sedul. Beda. Probarunt Ἀσίας *Grotius*, *Mill.* ad h. l. et Proleg. §. 680., *Bengel.* in gnom. aliique, receperunt *Griesbachius*, *Knappius*, *Lachmannus* et alii. Contra *de Ammon* et *dW.* Ἀχαΐας defenderunt Syri auctoritate nixi. Discimus sane ex Syro jam antiquissimis temporibus variantem lectionem, de quâ disputamus, exstitisse. Sed ex Achajâ Asiam librarios fecisse, ne hic l. cum 1 Cor. 16, 15., ubi Stephanionis familia prima Achaeorum ad Christi disciplinam accessisse dicitur, nihil indicio est. Nam qui Ἀχαΐας h. *l.* legerunt et explicuerunt (v. c. *Chrys.*) videri Paulum h. l. et 1 Cor. 16, 15. pugnantia loqui nullâ voce indicarunt. Mihi quoque Ἀσίας h. l. a Paulo profectum esse videtur, quoniam non intelligo, quî h. l. cum 1 Cor. 16, 15. conciliari possit, nisi forte Paulum *primum* fuisse ex Achaeis Christianum, qui *in primis* Christianis achaicis fuisset, Epaenetum ὑπερβολικῶς contendisse censueris. Qui est *in primis* Christianis achaicis (*Meyerus*), i. e. ὅς ἐστιν ἀπαρχή τις τῆς Ἀχαΐας εἰς Χριστόν Jac. 1, 18. v. a Paulo posita non significant. Si praeter Stephanionis domesticos alii Achaei eodem tempore ad Christi sacra transierant (*dW.*), neque illos *primos* ex Achaeis Christianos 1 Cor. 16, 15., neque Epaenetum Rom. 16, 5. *primum* ex Achaeis Christianum recte P. appellavit. Postremo *Wetstenii* Epaenetum Stephanionis domesticum fuisse suspicantis opinio neque probabilis est, neque difficultatem tollit. Nam, si Stephanionis domestici primi ex Achaeis Christiani fuerunt 1 Cor. 16, 15., non recte eorum unus primus ex Achaeis Christia-

nus exstitisse h. l. dicitur. Restat, ut unde Ἀχαΐας natum sit, exquiramus. Quod ex Rom. 15, 26. haustum esse *Bengelio* nemo concedet. Potest ex 1 Cor. 16, 15. irrepsisse (*Mill.*, *Meyerus* al.), quum librarii 1 Cor. 16, 15. cum nostro l. contendissent. Sed verisimilius est, correctores Ἀχαΐας invexisse Ἀσίας mendosum esse opinatos, quod Paulo in epistolâ *Corinthi* scriptâ non qui primus in eâ provinciâ, in quâ quummaxime versaretur, Christo nomen dedisset dicendum esset.

V. 6. Μαριὰμ] *Lachmannus* A. C. 57. paucique alii et Syrus Μαρίαν. — ἥτις πολλὰ ἐκοπίασεν εἰς ἡμᾶς] h. e. quippe quae multum laboraverit meâ causâ, scil. quum multa mihi humanitatis et caritatis documentà daret (1 Thess. 1, 3.). Altera eorum interpretatio, qui κοπιᾶν *laborem suscipere doctrinam christ. docendo* (Gal. 4, 11.) enarrarunt, inepta est, siquidem, quo nihil certius est, P. εἰς ἡμᾶς scripsit. Quippe mulierculam in se instituendo, qui nullius hominis discipulus esset (Gal. c. 1.), multum operae consumsisse Ap. dicere non potuit. εἰς ἡμᾶς] εἰς ὑμᾶς A. [C.] 18.** 39. 47. 54. 66.** 70. 87. Syr. utr. Arr. Copt. Aeth. Chrys. semel (etiam in Mt. 8.) Theodoret. Theophyl. | ἐν ὑμῖν (in vestro coetu) D. E. F. G. It. Vulg. Ruf. ed. Ambrosiast. al.. Absurde *Lachmannus* εἰς ὑμᾶς textis intulit a *Griesbachio* et *Knappio* probatum. Quippe Paulum rationem afferre, cur Mariam salutatam velit, vocula ἥτις demonstrat. Salute autem impertimus homines nobis quacunque de causâ (v. c. propter insigne studium, quod Christi rebus dicaverint) caros et de nobismet ipsis praeclare meritos (cf. v. 3—15.), non eos, qui beneficia in amicos contulerint, quibus epistolam scribimus, nisi forte illis nos valde delectari, quod in amicos bene consuluerint, significemus. Aptum igitur esset εἰς ὑμᾶς, si P. Mariam Romanis *commendaret*: ineptum nunc est, quum cur Mariae salutem impertitam velit exponat. Sensit rem *de Wettius*. V. 7. Andronici nomen inter Romanos valde frequentatum erat. Cf. L. Livius Andronicus poëta, Andronicus grammaticus (Sueton. de illustr. grammat. c. 8.) et C. Andronicus Puteolanus (Cic. ad Att. 5, 15. fin.). Ἰουνίαν] Ἰουλίαν Copt. Flor. Marian. Ambrosiast. Hier. Beda (cf. v. 15. varr. lect.). Juniam feminam dici, Andronici aut uxorem aut sororem arbitror cf. v. 3. (*Chrys.*, *Grot.*, *Reich.* al.). Vide *Gruteri* indicem propriorum nominum cognominumque tam virorum quam mulierum. Quae quod aliquando cum Paulo in cu-

stodiam includi se passa esse dicitur, eo non magis offendor, quam quod piae mulierculae pie Christum comitatae sunt Matth. 27,55.. *Junias* non fuit viri nomen. Itaque qui duo viros hic a Paulo componi credat, ei Ἰουνιᾶν scribendum est, nomen *Juniani* s. *Junianii* (v. Gruteri ind.) a Graecis contractum (Junianus s. Junianius, Ἰουνᾶς). Cf. *Lobeck.* De Substantivis in ᾶς exeuntibus in Wolfii Literarische Analekten T. III, p. 47. sqq.. τοὺς συγγενεῖς μου] *meos cognatos. Reichii* et *Olshauseni* explicatio *populares meos* absurda est. Nam qui alicujus συγγενεῖς vocantur ejus consanguinei sint necesse est (Marc. 6,4. Act. 10,24.), nisi ubi de cognatione, quam communis a nationis conditore origo fecerit, exponi ex re aut adjectis verbis planum sit Rom. 9,3.. Deinde v. τοὺς συγγενεῖς μου idoneam rationem continere debent, propter quam P. Andronicum et Juniam salutatos voluerit. Quod natione Judaei fuerunt Paulum movere non potuit. Multos enim populares Romae habuit eorumque nonnullos (Priscam, Aquilam et Mariam vs. 3. 6.) jam salute impertivit, non ut Judaeos, sed ut homines bene de se meritos. Denique quod Ap. alios praeter Andronicum et Juniam cognatos salutavit vs. 11. et 21. minime suspiciosum est. Quidni enim sex homines, qui Romae tum viverent, Paulum propinquitate contigerint, cujus gens fortasse numerosissima fuit? καὶ συναιχμαλώτους μου] *et qui se in carcerem mecum condi aliquando benigne passi fuerint*: cf. T. I, p. XXI.. Adde Lucian. Tox. c. 18.. Quando hoc factum sit et ubi et quamdiu nescimus. Non semel P. in custodiâ fuit 2 Cor. 6,5.. οἵτινές εἰσιν ἐπίσημοι ἐν τοῖς ἀποστόλοις] *quippe qui illustres sint inter Apostolos*, h. e., quippe qui *in Apostolorum collegio bene audiant*, *apud Apostolos claritatem habeant*. Male *Orig.*, *Chrys.*, *Luther.*, *Calvin.*, *Wolf.*, *Rueck.*, *dW.* al. *quippe qui insignes sint inter Apostolos* (sensu latiore, i. q. inter magistros christ. Act. 14,4. 14.) i. q. quippe qui *nobiles et celebrati doctores sint.* Tales si Andronicus et Junianus fuissent saepe eos P. aliique commemorassent neque una haec Pauli salutatio eorum nomina a perpetuâ oblivione vindicasset. οἳ καὶ πρὸ ἐμοῦ γεγόνασιν ἐν Χριστῷ] *qui etiam ante me in Christi disciplinâ fuerunt*, qui etiam prius, quam a me factum est, errori valedixerunt et divinam veritatem amplexi sunt. *Grotius*: „Fuere hi aut ex LXX illis, qui in Pentecoste Apostolis adfuere, aut ex primis per Petrum conversis." Sunt inutiles conjecturae, quas neque stabilias neque refellas. *Wolfius*: „Ex quo (οἳ καὶ πρὸ ἐμοῦ γεγόνασιν ἐν Χριστῷ) non praeter rationem confici videtur, eosdem primos do-

ctrinae evangelicae praecones Romae fuisse." Perverse *Wolfius* v. οἵτινές εἰσιν ἐπίσημοι ἐν τοῖς ἀποστόλοις explanavit. γεγόνασιν] *Lachmannus* ex A. et B. edidit γέγοναν, formam alexandrinam: v. not. ad Marc. p. 641.. οἳ καὶ πρὸ ἐμοῦ γεγόνασιν ἐν Χριστῷ] D. E. F. G. τοῖς πρὸ ἐμοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Est glossema eorum, qui οἳ ad Andronicum et Juniam pertinens male ad v. ἐν τοῖς ἀποστόλοις rettulerunt. V. 8. Ἀμπλίαν] imo Ἀμπλιᾶν, nomen *Ampliati*, quod A. C. F. G. aliique praebent (Ἀμπλιάτον, v. *Gruteri* ind.), a Graecis contractum. Salutate, inquit P., Ampliatum hominem in Christi causâ mihi jucundum (carum mihi Christianum).

V. 9. *Salutate Urbanum, nostrum in Christi causâ adjutorem* h. e. meum in tradendâ Christi doctrinâ socium (v. 21.). *Urbanus*, nomen romanum, Στάχυς, graecum. Cf. *Gruteri* ind.. V. 10. Salutate Apellem, virum in Christi causâ spectatum, i. e. probatum Christianum. Horat. Sat. 1, 5, 100. Credat *Judaeus Apella*, non ego. Dictus est Ἀπελλῆς nobilissimus pictor, Alexandro magno aequalis. Male *Orig.*, *Grot.* al. Apellem cum Apollonio Act. 18, 24. confuderunt. Ἀριστόβουλος nomen proprium est apud Graecos pervulgatum. Utrum P. τοὺς Ἀριστοβούλου Aristobuli liberos et cognatos, an operarios, an servos dixerit, sciverunt Romani, nos nescimus (1 Cor. 1, 11. *Win.* gr. p. 175.). Salutat autem P. *certos quosdam* de his Aristobuli hominibus (ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου), nempe eos, qui ad Christi sacra transierant (cf. v. 11.). Si Aristobulus etiamnum vixit a Christi sacris abhorruit; sin vitâ jam excesserat (*Grot.*) Christo addictus fuisse potest. V. 11. Ἡρωδίων nomen est ab Ἡρώδης, attico nomine et tum valde usitato (v. *Gruterum*) formatum, quemadmodum Καισαρίων a Καῖσαρ factum est. τοὺς ἐκ τῶν Ναρκίσσου] *Grotius*, quem Ven. *Neander* Gesch. der Pflanzung u. s. w. T. I. p. 344. aliique sequuti sunt: „*Puto* intelligi Narcissum Claudii libertum [Suet. Claud. c. 28. Tacit. Ann. 12, 57. 13, 1.], in cujus domo aliqui fuerint Christiani." Quos neque recte, neque male putare idoneis argumentis demonstrare nobis licet. Multos tum Narcissos Romae fuisse credibile est; v. *Gruterum*. Narcissus, Claudii libertus, asperâ custodiâ et necessitate ultimâ tum jam ad mortem actus erat (v. Tacitum ll. cc.).

V. 12. Nomina Τρύφαινα et Τρυφῶσα a v. τρυφάω facta *delicatam*, *lascivam* declarant. Τρύφαινα nomen meretricis est apud Lucianum Dial. meretr. XI.. Saepe

hoc nomen legitur (Justin. 39, 2. et 3 Petronius 100.). — Gruterus p. DCLIX. 9. Chrysanthus *Tryphosae* alumnae memoriae causâ. τὰς κοπιώσας ἐν κυρίῳ] *quae in causâ domini labores obeunt*. Non docuerunt, ut opinor, sed hospites benigne exceperunt, aegrotos foverunt et liberalitate Christi rem adjuverunt. Persis nomen est a patriâ repetitum, ut Lydia, Mysa, Syrus, Davus, Geta, Andria. Apud Gruterum p. CCCCLII. 1. memoratur Lucretia Persis. — V. 13. Rufum Simonis Cyrenaei filium fuisse Marc. 15, 21. consentaneum est. Nam Rufum in primi temporis Christianis celebritatem habuisse e Marco discimus multumque laudis, Rufo suo P. h. l. impertivit, quem τὸν δόκιμον ἐν κυρίῳ vocaret, i. e. *virum in domini causâ delectum* s. *eximium* q. d. eximium Christianum. Mále *Reichius*: *virum pro initâ cum Christo societate ad aeternam beatitatem a Deo delectum*. Omnes pios Christianos ad sempiternam felicitatem Deus delegit Eph. 1, 4. sq.. Hîc autem eximium quoddam Rufi ornamentum afferendum erat, quo motus P. praeclarum hominem salutaret. Ceterum Rufi nomine nihil sane usitatius erat (v. *Wetst.* et *Gruteri* ind.). Potest igitur Rufus, quem P. commemoravit, alius homo fuisse, quam Rufus Simonis Cyrenaei filius Marc. 15, 21.. καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ καὶ ἐμοῦ] Rufi matrem naturâ, meam affectu et benignitate (Joh. 19, 27.).

V. 14. Qui vs. 14. et 15. nominantur simpliciter atque ita salutantur, ut nihil in eorum laudem P. adjecerit. Hinc colligas hos homines minus claros et Paulo familiares fuisse. Ἀσύγκριτος est nomen boni ominis, notans *incomparabilem*. *Aemilius Asyncritus* commemoratur in Gruteri inscr. p. CCCLVIII. 2. φλέγοντα] Notissimus est Phlegon Trallianus, Hadriani libertus. Attius Phlegon est in Gruteri inscr. p. DCLXXI. 6.. Ἑρμᾶς, nomen ex Ἑρμόδωρος contractum (*Grot.*) Ἑρμᾶν]. Hunc Hermam *Pastorem* scripsisse Orig. ad h. l., Euseb. H. E. 3, 3., Hieron. in scriptorum ecclesiasticorum catalogo multique alii crediderunt. At qui Pastorem confecit, Pii, episcopi romani, frater fuit et vixit sub annum 150. Cf. *Al. Gratzii* Disquisitt. in Pastor. Hermae P. I. 1820. 4. Πατροβᾶς est nomen ex Πατρόβιος contractum. Martial. II, 32, 3. Vexat saepe meum Patrobas confinis agellum |, contra libertum Caesaris ire times Suet. Galba c. 20. — Patrobii Neroniani libertus. — Ἑρμῆς] Cf. Plin. ep. 7, 11. — Hermes, libertus *meus* — et *Gruteri* ind.. Ἑρμᾶν, Πατροβᾶν, Ἑρμῆν]. A. B. C. D.* F. G al. 4. Aeth. It. Flor. Harl. Marian. Euthal. Ruf. Ἑρμῆν, Πατροβᾶν, Ἑρμᾶν, quod recte

edidit *Lachm*.. καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς ἀδελφοὺς] *Meyerus* his verbis et vocabulis vs. 15. καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς πάντας ἁγίους Christianos dici putat, qui in hominum a Paulo nominatorum aedibus sacros conventus Romae egerint. At verba a Paulo posita nihil nisi homines, qui apud nominatos homines sint, declarant. Paulus istam sententiam his verbis enuntiasset: καὶ τὰς κατ' οἴκους αὐτῶν ἐκκλησίας (v. 5.). *Reichius* homines nominatos cum iis qui non nominati sunt societatem conflasse, quo facilius, tutius et melius uno animo et consilio in terris occidentalibus Christi doctrinam propagarent existimavit. Assentirer, si tales societates ab haud paucis hominibus (cf. v. 15.) tum temporis initas esse historia testaretur. Nunc Christianos non nominatos Christianorum nominatorum partim in mercaturâ socios partim in opificio operarios et mercenarios fuisse credo. — V. 15. φιλόλογον] Sueton. de illustribus grammaticis c. 7. et 10. Attejus Philologus. Ἰουλίαν] C. F. G. gr. 11. Ἰουνίαν. Cf. v. 7. Julia Philologi uxor fuisse videtur. Nempe proximis verbis salutatur Νηρεὺς ejusque soror. Non igitur Ἰουλιᾶν, Juliani s. Julianii nomen decurtatum, scribendum est. Νηρέα] A. F. G. 55. 71. Νηρέαν. Grotius: „Νηρέαν] Est nomen Gabinum *Neria*. Vide Gellium 13,21. (imo 22.)." Nempe *Nerio* s. *Nerienes* auctore A. Gellio Sabinum vocabulum fuit, quo virtus et fortitudo significaretur et Martis conjux Nerienes putata est. Cn. Gellius Ne*ria* Martis pro Ner*io* s. Nerienes Martis scripsit A. Gellio improbante. *Virum* h. l. memorari v. καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ docent. De ridiculo est *Gronovius*, qui ad Gell. l. c. *Grotium* his v. corripuerit" *Grotius* hinc et Neriam deducit *citatam* Paulo Ap. ad Rom. 16,15, ut opinor, nimis sero. Venit enim *illa* ex gente Neria, cujus exstat nummus apud Ursinum in familiis romanis —!! Νηρέαν est error calami. Praecessit Ἰουλίαν (Ἰουνίαν). Ὀλυμπᾶν] Est Olympiodori nomen contractum (v. Grot. Proleg. ad Lucam et Gruteri inscr. p. DCCXXXIII. 6. C. Masculino *Olympae* et Juniae conjugi *Olympia* et Tertulla filiae etc.. Male *Mill*. Prol. §. 453. „Ὀλυμπᾶς *abhorret ab omni analogiâ*." Ὀλυμπᾶν] D. E. Ὀλυμπίαν (Olympiam, v. Gruteri inscr. l. l.). It. Vulg. Ruf. Boern. al. *Olympiadem*. F. G. Ὀλυμπειδα (scribere voluerunt Ὀλυμπιάδα.). Ὀλυμπιὰς Alexandri magni mater (Plutarch. Alexander M. c. 2.). Cf. Gruteri inscr. p. 998. 8. Q. Lollius Carpio *Olympiadi* conjugi etc.. Temere *Mill*. l. c.: „Ὀλυμπιᾶν (ita enim scribendum est) Rom. 16,15. Ger. et Clar. nescio an et al. *Olympiadem*, Vulg. omnino recte. Est enim *Olympias* ὑπο-

κοριαστικὸν ab *Olympiodorus* (sic), seu potius, quod et Vulgato interpreti visum erat (sic), *Olympiades*." Librarios per Olympiam et Olympiadem hunc l. feminâ locupletare voluisse in promtu est.

V. 16. Ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ] *Salutate vos invicem osculo sacro*, i. e. amorem, quo vos ut fratres et sorores prosequamini, mutuamque concordiam mutuâ osculatione declarate (v. 2 Cor. 13, 12. cl. vs. 11.). Non recte *Rueck.*: excipite vos invicem osculo sacro, *sp. auditâ meâ epistolâ*. Perperam *Kopp.* et *Meyerus*: salutate vos invicem *meo nomine* osculo sacro, h. e. ἐν τῷ ὀνόματί μου ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. Significarunt veteres Christiani osculatione fraternum amorem, quare Christianorum osculum 1 Petr. 5, 14. φίλημα ἀγάπης *amorem declarans osculum* dicitur. Oscula dabantur fusis precibus inter missarum sollemnia (Justin. M. Apol. I, c. 85. Tertull. de orat. c. 14. Constit. apostol. 2, 57. 8, 11.). Antiquissimis temporibus hîc illîc non solum viri viris et feminae feminis, sed etiam viri feminis et feminae viris oscula fixerunt (v. *Cotelerium* ad Constit. apost. 2, 57.). Qui mos quum in protervitatem vertisset et Christianis infamiam movisset (Clemens Alex. Paedag. 3, 11. p. 301. Potter.), postea institutum est, ut et viri et feminae inter se oscularentur, ceterum clerici episcopo oscula ferrent (Constit. apost. 8, 11.). Fraternum Christianorum amorem significans osculum P. φίλημα ἅγιον appellavit. Quam vocem plerique sic interpretati sunt: excipite vos invicem *sacro* (i. e. neque lascivo neque simulato, quale Judae proditoris osculum fuit Matth. 26, 48.), osculo. Cf. Orig. ad h. l., Constit. apost. 2, 57. Theodoretum ad nostrum l. et Chrysost. ad 2 Cor. 13, 12. At vox ἁγίῳ Paulo ponderosa esse nequit, qui non ἐν ἁγίῳ φιλήματι, sed ἐν φιλήματι ἁγίῳ scripserit (1 Cor. 16, 20. 1 Thess. 5, 26.. Tantummodo 2 Cor. 13, 12. vulgo legitur ἐν ἁγίῳ φιλήματι, sed boni codd. praebent ἐν φιλήματι ἁγίῳ. Discrimen hoc esse videtur: φίλημα ἅγιον est *osculum* christianum, ἅγιον φίλημα *christianum* osculum). Praeterea spurcos et quorum integritas valde suspecta sit ut neque lascive neque subdole inter se osculentur recte moneas, non item Christianos sanctissimos et optimos (1, 8. 15, 14.). Aliquanto melius Clemens Alex. l. c. φίλημα ἅγιον interpretatus est φίλημα μυστικόν, *sacrum* i. e. mysticum, symbolicum, fraternum amorem significans osculum (1 Petr. 5, 14.). Sed fortasse φίλημα ἅγιον nihil nisi osculum, quod in Christi coetu dari solet (i. q. Constit. apost. 2, 57. τὸ ἐν κυρίῳ φίλημα) Paulo decla-

ravit. Christiani sunt *homines Deo consecrati*, *οἱ ἅγιοι*. Hine *ἅγια* sint quae Christiani ut Christiani faciant necesse est. *αἱ ἐκκλησίαι τοῦ Χριστοῦ*] *αἱ ἐκκλησίαι πᾶσαι τοῦ Χριστοῦ* A. C. 39. 67.** 73. 80. al. 4. et Barb. 1. Mt. m. Syr. Arr. Copt. Aeth. Arm. Vulg. Cyr. Theodoret. Ruf. Ambrosiaster, Pelag., Beda. Agnoscunt *πᾶσαι* etiam D. E. F. G. Boern. It., qui verbis *ἀσπάζονται ὑμᾶς αἱ ἐκκλησίαι* [*πᾶσαι*] *τοῦ Χριστοῦ* h. l. deletis (G. Boern. spatium vacuum relliquerunt) vs. 21. post *οἱ συγγενεῖς μου* haec v. addiderunt: *καὶ αἱ ἐκκλησίαι πᾶσαι τοῦ Χριστοῦ*. Scilicet transposuerunt sententiam, quoniam, postquam P. v. 3—15. homines Romae degentes salute impertiverit, vs. 16. loco parum apto salutem adscripserit, quam christiani coetus Romanis dicerent. Rectissime *αἱ ἐκκλησίαι πᾶσαι τοῦ Χριστοῦ* *Millio* Prol. §. 680. probatum a *Griesbachio*, *Knappio*, *Lachmanno* aliisque receptum est. Deleverunt *πᾶσαι* correctores, qui non intellexissent, quî P. inter Corinthios versans Romanos *omnium* christianorum coetuum salute impertire potuerit (cf. *Orig.* ad h. l.). Salutamus in epistolis amicos communium amicorum nomine sine ullo eorum mandato, quos an velint suam salutem adscribi interrogatos salutem suam nos apponere jussuros esse certo scimus. Sic P. quum omnium coetuum erga celebratam Romanorum ecclesiam studium cognovisset eam omnium nomine salutavit. Perverse igitur haud pauci v. *αἱ ἐκκλησίαι πᾶσαι τοῦ Χριστοῦ* arctioribus finibus terminarunt. Grot. ecclesiae Christi] quae sunt in Graeciâ. *Bengel.* ecclesiae] quibuscum fui. *Olshaus.* omnes ecclesiae] ecclesia corinthiaca et quae in Corinthi viciniâ sunt.

V. 17. et 18. Ante quam P. epistolam suam concludit Romanos hortatur, ut a malis doctoribus declinent vs. 17. et 18.. Dicit haud dubie *judaicos* magistros, qui Pauli auctoritatem elevarunt, coetuum ex Judaeis et paganis mixtorum, quum Christianis Mosis legem relligiose observandam esse docerent, concordiam sciderunt et doctrinam christ. quaestui habuerunt. Nam primo P. eos vocat *τοὺς τὰς διχοστασίας καὶ τὰ σκάνδαλα ποιοῦντας* *notarum* dissensionum et offensionum (in coetibus christianis) auctores. Notum est autem judaicos magistros in galaticis aliisque coetibus eo et turbas excitasse et multorum hominum animos offendisse, quod Christianos servili legis mosaicae jugo subjicere conati sunt (Gal. 5, 1. Phil. 3, 2. sq.). Deinde rixas et offensiones ab illis excitatas cum doctrinâ Romanis traditâ pugnare Ap. monuit (*παρὰ τὴν διδαχὴν ἣν ὑμεῖς ἐμάθετε*). Scivit enim idoneos magistros Romanis sinceram Christi

doctrinam exposuisse. Tum perversos magistros abdomini suo servire P. dicit (vs. 18.), i. e. eos doctrinam christ. ad lucrum revocare, quo facto ventri operam dent. Hoc fecerunt Pauli adversarii judaici 2 Cor. 11,20. Phil. 3,19.. Postremo P. improbos homines honestâ, quâ simulatores utantur, oratione et eloquentiâ innocentes homines decipere vs. 18. observat. Adversarios Pauli judaicos pietatem simulasse P. 2 Cor. 11,15. ait eosque Paulo infacundiam exprobrasse ex 2 Cor. 11,6. (cf. 1 Cor. 2,1. sq.) patet. Sed quum paucissimis verbis Paulus ut perversorum hominum consortio abstineant Romanos h. l. hortetur, nondum illi Romam venisse videntur, sed Paulum metuisse probabile est, ne Romam venirent, ibique, quemadmodum Corinthi et in Galatiâ, concordiam turbarent et incautos homines facundiâ et simulatâ pietate fallerent. *Σκοπεῖν τινα aliquem observare*, *oculos in aliquem convertere*. Hoc et ut aliquem imiteris (Phil. 3,17.) et ut tibi ab eo caveas facere potes. *διχοστασίας*] *discordias* Gal. 5,20. Dionys. Hal. A. R. 6, 71.. *καὶ ἐκκλίνατε ἀπ' αὐτῶν*] *et declinate ab iis*, h. e. eorum consuetudinem vitate, ab eorum societate cavete 2 Thess. 3,6.. Paucissimi (B. C. 67.** Damasc. II,59. et Theodoret.) praebent *ἐκκλίνετε* (v. *Win.* gr. p. 292.). Vs. 18. *τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ*] A. B. C. 37. 80. al. 4. Mt. a.* b.* f. Aeth. Arm. Syr. p. Theodoret. *τῷ κυρίῳ ἡμῶν Χριστῷ*, quod cum *Knappio* et *Lachmanno* edidimus. Male *Griesbachius* ex D. F. G. Boern. *τῷ κυρίῳ Χριστῷ ἡμῶν* scripsit, ut insolens. Non reputavit, istos libros h. l. valde corruptos esse. Nempe pro *σκοπεῖν* v. 17. *ἀσφαλῶς σκοπεῖτε* (v. not. ad 12,1.) male continent et vs. 17. ante *ποιοῦντας* temere addunt *λέγοντας ἤ*. *τῷ κυρίῳ ἡμῶν Χριστῷ οὐ δουλεύουσιν, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ*] scil. *δουλεύουσι*, h. e. domino nostro Christo *non serviunt*, sed suo abdomini *serviunt*. Precario *Rueckertus* sic explicuit: domino nostro Christo *non, ut ipsi dictitant* (unde haec?), serviunt, sed ventri suo serviunt. Foret *οὐ τῷ κυρίῳ ἡμῶν Χριστῷ δουλεύουσιν, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ non Christo* serviunt, *sed ventri suo*. *τῇ κοιλίᾳ δουλεύειν abdomini servire*. Seneca de beneficiis 7,26.. Alius libidine insanit, *alius abdomini servit*, alius lucri totus est, cujus summam, non vias spectat. Plut. De cupiditate divitiarum p. 525. Demades *εἰς τὴν γαστέρα δημαγωγήσας* dicitur. Phil. 3,19. — *ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία*. Itaque improbis hominibus Christi res, *non curae cordique* sunt, sed abdomini suo prospiciunt. *Χρηστολογία* h. l. non *blandiloquentiam*, sed fictam, quae bonum animum declaret, orationem, gleißnerische Rede, si-

gnificat. *Χρηστόλογος* in universum is dictus est, qui *bene loqueretur* et male faceret.(Jul. Capitolinus in Pertinacis vitâ c. 13.). Cf. 2 Cor. 11, 13 — 15.. *Εὐλογία* h. l. non *laus*, *praedicatio* (Thucyd. 2, 42.) est, sed *bene composita, ornata oratio*. (Plato de re publ. 3, 11. p. 400. D. *Εὐλογία ἄρα καὶ εὐαρμοστία καὶ εὐσχημοσύνη καὶ εὐρυθμία εὐηθείᾳ ἀκολουθεῖ* —., ubi *εὐλογία τῇ καλῇ λέξει*, quae paullo ante memorata est, respondet.). Sic voc. *εὐλογίας* recte cepit glossator cod. 109., qui in ejus locum *εὐγλωττίας* (*facundia*) substituit. Temere *Rinckius* Lucubr. crit. p. 134. *εὐγλωττίας* probavit. Quod a Paulo non profectum esse vel forma ostendit. Paulus *εὐγλωσσίας* scripsisset. Praeterea Apostolum sonorum similitudine (*διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ εὐλογίας*) acumen orationi quaesivisse elucet (cf. v. c. 2, 17.). Hinc factum est, ut voci *εὐλογίας* significatum tribueret, qui perraro legitur. In D. E. F. G. al. v. *καὶ εὐλογίας* per oculorum errorem omissa sunt. Inconsiderate *Mill.*, Prol. §. 1288. horum lectionem probavit. *Χρηστολογία* ad orationis argumentum, *εὐλογία* ad dictionem spectat. Homines innocentes, qui ex suâ integritate alios aestimant, piâ simulatorum oratione et eloquentiâ facile decipiuntur.

V. 19. Paulus Romanos, ut a perversis magistris declinarent (vs. 17.), admonuit hoc argumento usus: pestiferos homines honestâ et ornatâ oratione *innocentium hominum* (*τῶν ἀκάκων*) mentes decipere (vs. 18.). Hanc sibi ad Romanos scribenti idoneam rationem esse verbis vs. 19. *ἡ γὰρ ὑμῶν ὑπακοὴ εἰς πάντας ἀφίκετο* declarat: nam *vos innocentibus*, qui facile decipiuntur, hominibus annumerandos esse, ex eo intelligitur, *quod vos Christo obedientes esse nemo ignorat*. Praeteriit haec sententiarum cohaerentia interpretes. *Meyerus* et *dW*. exhortationem vs. 17. *καὶ ἐκκλίνατε ἀπ' αὐτῶν* versu 19. secundo argumento muniri putarunt h. m.: declinate, inquam, ab iis (vs. 17.) nam primo sunt homines pestiferi (vs. 18.): deinde vestra pietas omnibus nota est (vs. 19.), i. q. deinde pro vestrâ pietate, quae omnibus nota est, mihi, opinor, obsecundabitis. Origenes: „Subtiliter sane Paulus indiscretam et facilem Romanorum obedientiam notat eamque asserit ubique non laudatam, sed pervulgatam. Sed ne eos rursum, si pro hoc apertius castigaret, inobedientes efficeret, addit: *in vobis ergo gaudeo*." Itaque Origenes hunc sententiarum nexum fecit: abstinete, inquam, eorum consortio vs. 17.. Nam quam sitis leves, quam obsequiosi, quam tractabiles nemo nescit! Quare metuendum est, ne pravis hominibus

facile obsequamini (vs. 19.)! At quemadmodum ἀπειθεῖν nude positum Deo fidem postulanti reniti Paulo significat (15,31.), ita ἡ ὑπακοή nullâ voce explicata nisi ἡ ὑπακοὴ τῆς πίστεως esse nequit (cf. 1,5. 8.). *Rueckertus* Paulum dictato versu 18. haec in animo volutasse opinatus est: hinc vos quoque hi homines corrumpere conabuntur: nam quam vos sitis Christo obedientes omnes sciunt: constat autem Satanam, cujus ministri illi homines sunt (2 Cor. 11, 15.), piis Christianis fraudem machinari (2 Cor. 2,11.). Hoc non est interpretari, sed somniare. Absurde *Calvinus*, *Reich.*, *Koelln.* al. hoc dici putarunt: sane obedientia vestra omnibus nota est, de quâ re laetor; volo tamen vos sapientes esse etc. h. e. ἡ μὲν γὰρ ὑπακοὴ ὑμῶν εἰς πάντας ἀφίκετο, ἐφ' ᾧ χαίρω, θέλω δὲ κτλ. (2,25.). Et verba θέλω δὲ κτλ. ad vocc. quae proxime praecedunt χαίρω οὖν τὸ ἐφ' ὑμῖν referenda esse apparet. ἡ γὰρ ὑμῶν ὑπακοὴ εἰς πάντας ἀφίκετο] nam vestri, quod Christo praestitistis, obsequii fama ad omnes pervenit. Cf. Joseph. A. J. 19,1, 16. Εἰς δὲ τὸ θέατρον ἐπεὶ ἀφίκετο ὁ λόγος περὶ τῆς Γαΐου τελευτῆς ἔκπληξίς τε καὶ ἀπιστία ἦν. et *Kypkii* Obs. s. II, p. 191.. — Conformatio recepta, quam *Chrysostomus* explicuit: χαίρω οὖν τὸ ἐφ' ὑμῖν, θέλω δέ. Ea aptissimam sententiam fundit; laetor igitur *quantum ad vos* (v. I, p. 40.), qui Christo obsequium praestitistis. *Sed metuo corruptores judaicos.* Hanc sententiam P. sic enuntiavit: sed volo vos sapientes esse quod ad honestum (a vobis faciendum) attinet, innocentes quod ad inhonestum (a vobis vitandum) attinet. (Itaque ut pestiferorum hominum consortio abstineretis vos hortatus sum.) Cf. Matth. 10,16.. Sententiam non mutat *Lachmanni* lectio, quae ex A. B. C. 1. 23. 37. Ruf. Damasc. al. hausta est: ἐφ' ὑμῖν οὖν χαίρω, θέλω δὲ — *de vobis* igitur, qui Christo obedientes fuistis, gaudeo, sed *metum mihi incutiunt magistri judaici.* Praeterea D. E. F. G. Syr. It. al. praebent χαίρω οὖν ἐφ' ὑμῖν καὶ θέλω (*laetor* igitur de vobis *et* volo). Quum pervetusti auctores (Syr. It.) vulgarem verborum χαίρω οὖν ἐφ' ὑμῖν ordinem tueantur, scripturam vulgatam, e quâ variantes lectiones fluxerint, Paulo attribuo. Nam postquam τὸ casu exciderat, interpretes, qui vocabula ἡ γὰρ ὑμῶν ὑπακοὴ εἰς π. ἀφίκετο contuiti verba ἐφ' ὑμῖν ponderosa esse intellexissent transpositis vocibus ἐφ' ὑμῖν οὖν χαίρω, θέλω δὲ scripserunt. Plerosque autem eorum, qui χαίρω οὖν ἐφ' ὑμῖν retinuissent καὶ θέλω pro θέλω δὲ posuisse non mirum est. Quippe τὸ neglecto ἐφ' ὑμῖν pondus amiserat. Agnoscit δὲ Clemens Alex. Paed. I, c. 5.. σοφοὺς μὲν

εἶναι — ἀκεραίους δὲ] sed volo vos *et* sapientes esse — *et* innocentes —. *Μὲν* recte *Griesbachio* suspectum visum est. Abest ab B. D. F. G. 61. Clem. Alex. Paedag. 1,5. p. 109. Pott. Chrysost. Theodoret. Ruf. al.. Delevit *μὲν Lachmannus*. Expunctâ voculâ hoc dicitur: sed volo vos sapientes esse —, innocentes *autem* —. *σοφοὺς εἰς τὸ ἀγαθὸν*] Herodian. 3,5,9. *ἄνδρα ἀπατεῶνα, σοφόν τε πρὸς ἐπιβουλήν*. Jonathan Targum in Gen. 3,1. serpens sapiens in malum, חכים לביש. Sanhedrin f. 21,1. 2 Sam. 13,3.. Dixit R. Juda dixisse Rabum: vir fuit sapiens in improbitatem, חכם לרשעה. Nonnullos Romanos se a magistris judaicis corrumpi passos esse temere e verbis *θέλω δὲ — — εἰς τὸ κακὸν Chrysostomus* collegit.

V. 20. Recte plerique interpretes Origenem et Chrysostomum sequuti verba *ὁ θεὸς τῆς εἰρήνης* Deum *concordiae* auctorem et promotorem interpretati sunt. Consentaneum enim est, Deum, *concordiae* nutritorem, Satanam, qui per judaicos magistros *discordias* (vs. 17. *διχοστασίας*) serat, celeriter Romanorum, qui Satanae satellitum (2 Cor. 11, 15.) consuetudinem devitent, pedibus subjectum comminuturum esse. Male *dW.* hanc explicationem iniit: Deus autem omnium bonorum (ergo etiam *honestatis*) auctor comminuet Satanam (*turpitudinis* fautorem), pedibus vestris subjectum, celeriter, ut innocentes esse possitis quod ad *inhonestum* attinet a vobis vitandum (vs. 19.). Hoc pacto P. *ὁ θεὸς τῆς ἀγαθωσύνης* (s. *δικαιοσύνης*) pro *ὁ θεὸς τῆς εἰρήνης* scribere debuerat. Praeterea quum P. Romanos, ut judaicorum doctorum consuetudine abstinerent, propterea cohortatus sit, quod hi homines *discordiarum* auctores essent vs. 17., aptissime sane suam cohortationem hâc sententiâ concluserit vs. 20.: Deum *concordiae* promotorem Satanae per suos satellites *pacem* turbaturi conatus brevi irritos redditurum esse. *ὁ θεὸς τῆς εἰρήνης συντρίψει τὸν Σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑμῶν*] Est constructio praegnans, in quâ haec sententia latet: *ὁ θεὸς τῆς εἰρήνης συντρίψει τὸν Σατανᾶν ὑποταγέντα ὑπὸ τοὺς πόδας ὑμῶν* Deus concordiae fautor conteret Satanam pedibus vestris subjectum (v. not. ad Marc. p. 322. et *Win.* gr. p. 540.), h. e. Deus concordiae auctor faciet, ut Satanam per suos satellites concordiam turbaturum non solum superetis (victores superatorum colla suis pedibus antiquitus subjecisse constat, Ps. 110, 1.), verum etiam ejus vim plane aboleatis. Paulum hic loci Genes. 3,15. rationem habuisse non credo. Crederem, si P. *ὁ δὲ θεὸς τῆς εἰρήνης συντρίψει τὴν κεφαλὴν τοῦ Σατανᾶ ὑπὸ τὴν πτέρναν ὑμῶν ἐν τάχει* scripsis-

set. σύντρίψει] συντρίψαι, conterat A. 67.** Aeth. Vulg. ed. Boern. Theodoret. in comment. et pauci alii. Συντρίψαι est calami error (v. 2 Cor. 9, 10. var. lect.), non vulgatae lectionis correctio (*Reich.*), neque glossema (*Meyer.*, *dW.*). Optatio neque cum verbis ἐν τάχει belle consistit, neque per se apta est. Satanae devictionem rem arduam et longi temporis esse Apostolus vs. 17—19. non dixerat. Aptissime contra P. hanc exhortationis suae clausulam fecit: Deus concordiae fautor efficiet, ut celeriter Satanae per suos administros discordias serentis conatus plane irritos reddatis (pacifici Dei auxilio sustentati Satanae satellitum, qui pacem turbare conantur, machinationes celeriter discutietis). Concludit P. epistolam pio optato, quo literas suas finire solet: ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μεϑ' ὑμῶν (1 Cor. 16, 23. Gal. 6, 18. Phil. 4, 23. 1 Thess. 5, 28. 2 Thess. 3, 18.). Hoc D. E. F. G. It. et Sedul. omittunt voti repetitione vs. 24. male offensi. Ἀμὴν post μεϑ' ὑμῶν, quod plurima et partim antiquissima subsidia non agnoscunt, *Bengelius*, *Matthaeius*, *Griesbachius*, *Lachmannus* aliique expunxerunt. Est additamentum liturgicum.

V. 21. Finitâ epistolâ restare P. intellexit, ut Romani nonnullorum, quos secum haberet, amicorum salute impertirentur. Itaque horum salute adscriptâ iterum valere jussit Romanos v. 24.. ἀσπάζονται] ἀσπάζεται A. C. D. E. F. G. 17. 37. et multi alii, Syr. utr. Ar. Copt. Aeth. It. Vulg. al. Chrys. al.. Hoc recte probavit *Griesbachius*, recepit *Lachmannus*. Τιμόϑεος] Act. 16, 1. sq. 20, 4.. Lucius, quem Origenes multique alii cum Luca evangelista confuderunt, Lucius *Cyrenaeus* Act. 13, 1., Jason Jason *Thessalonicensis* Act. 17, 5. et Sosipater *Sopater* Beroeensis Act. 20, 4. (cf. Σωκράτης et Σωσικράτης, Σωκλείδης et Σωσικλείδης, Σώστρατος et Σωσίστρατος) fuisse potest. Sed res incerta est. Multis tum Lucii et Jasonis nomina fuerunt (v. *Gruteri* ind.). οἱ συγγενεῖς μου] cf. v. 7. et 11.. — V. 22. Dictavit P. epistolas (1 Cor. 16, 21. Gal. 6, 11. Col. 4, 18. 2 Thess. 3, 17.). Quum Romanis scriberet ejus dictata excepit aut ejus amanuensis, ὁ ὑπογραφεύς, fuit Tertius. Tertium epistolam ad Romanos ex Pauli archetypo descripsisse falso *Grotius* aliique putarunt. Tertii nomen apud Romanos frequentissimum fuit; cf. Tacit. Hist. 2, 85. 4, 39. 40. Macrob. Saturn. 3, 11. et *Gruterum* l. c.. Recte *Grotius* de Tertio et Quarto v. 23: „Romani hi fuerint negotiantes Corinthi." Male idem ad vs. 22: „Hoc (versum 22.) *ad marginem* adscripserat Tertius, dum hanc epistolam ex Pauli archetypo describit." Verissime *Carpzovius*:

„Sine dubio *Tertius*, ὑπογραφεὺς et exceptor Pauli, hunc versum de suo adjecit suadente et *permittente Apostolo.*" *Heumanni* aliorumque suspicio Tertium esse hebraicum Silae, שְׁלִישִׁי, nomen latine conversum (Act. 18, 5.) jure nunc a plerisque exploditur. Non fuit שְׁלִישִׁי Hebraeis nomen proprium, Silam autem esse Silvani nomen contractum constat. Verba ἐν κυρίῳ cum ἀσπάζομαι jungenda sunt: *saluto vos ego Tertius*, qui epistolam calamo excepi, *ut homo christianus* (1 Cor. 16, 19.). — V. 23. Γάϊος] Dici videtur Cajus Corinthius 1 Cor. 1, 14., cujus hospitio P. tum uteretur (ὁ ξένος μου). Quum P. primum Corinthum venisset apud Aquilam et Priscillam deversatus est Act. 18, 1. sqq.. In Justi domo Apostolus non habitavit, sed concionatus est (v. Act. 18, 7. cl. 4.). Totius ecclesiae hospes Cajus vocari videtur, non propterea, quod Corinthios domi suae sacros conventus agere benigne passus sit, sed idcirco, quod ab homine opulento quotquot Corinthii ejus limen intrassent liberaliter excepti fuerint. Cf. vs. 13. — καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ καὶ ἐμοῦ. καὶ τῆς ἐκκλησίας ὅλης] καὶ ὅλης τῆς ἐκκλησίας A. B. (C. a sec. m.) D. 1. 37. 73. 80. Mt. 1. et *Lachmannus*. Stabiliunt hunc verborum ordinem variantes lectiones. F. G. Boern. καὶ ὅλαι αἱ ἐκκλησίαι. | Vulg. ed. Copt. Marian. Sedul. Pelag. καὶ ὅλη· ἡ ἐκκλησία. Ἔραστος ὁ οἰκονόμος τῆς πόλεως] *Erastus, civitatis corinthiacae quaestor, arcarius* (cf. Elsneri Obss. p. 68. et *Wetst.*). Hic Erastus ab Erasto Pauli in itineribus comite Act. 19, 22. 2 Tim. 4, 20. diversus fuit, nisi illum arcarii munere se abdicasse dictumque a Paulo Corinthi quaestorem, non quod esset, sed quod fuisset (*Pelag. Calov. Reich.* al.) sine ullâ ratione sumseris. *dW.* Erastum Act. 19, 22. memoratum et Erastum, cujus mentio 2 Tim. 4, 20. facta est, diversos homines fuisse temere opinatus Erastum Corinthium et Erastum 2 Tim. 4, 20. commemoratum eundem hominem esse posse dixit. Sic Erastum quaestoris corinthiaci magistratu postea abiisse tibi statuendum foret. *Grotius*: „Vides jam ab initio, quamquam paucos, aliquos tamen fuisse Christianos in dignitatibus positos." Κούαρτος ὁ ἀδελφὸς] Quartus fraternitatis vinculo per Christum vobiscum conjunctus. Male *Estius* al. et Quartus frater *Tertii* (imo Erasti) consanguineus, h. e. καὶ Κούαρτος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ.

V. 24. Hunc versum neque cum *Lachmanno* expungendum, neque cum Syro aliisque post vs. 27. rejiciendum esse T. I. p. XLVIII. ostendimus. Amicorum, quos secum haberet, salute adscriptâ Apostolus Romanos *iterum* valere jussit. *Wolfius*: „— Apostoli mos ita fert, ut ean-

dem salutandi formulam aliquoties repetat. Vide 2 Thess. 3,16. et 18. —. Ita hodienum, ubi epistola *vale* dicto consummata est, et alia paucis commemoranda menti se adhuc offerunt, scribere solemus: *vale iterum.*" — Egregiam doxologiam, quam Apostolus vel lectis vel auditis suis literis epistolae argumento vehementer commotus epistolae suae subjiciendam amanuensi dictavit (I, p. XLVI.) accurate explanavimus T. I. p. XXXVIII. sqq..

FINIS.

INDICES.

I.

INDEX AUCTORUM,

QUORUM EXPLICATIONES IN HIS COMMENTARIIS AUT LAUDANTUR AUT VITUPERANTUR ET REFUTANTUR.

Ambrosiaster Chrysostomi et Theodoreti interpretationem loci Rom. 14, 5. temere confudit III. 171.

de Ammon expositio locorum Rom. 1, 18. (I. 56.); 1, 20. (I. 63.); 3, 19. (I. 177.); 3, 25. (I. 193.); 10, 7. (II. 391 sq.); 11, 16. (II. 493.); 15, 5. (III. 231.); 15, 23. (III. 284.) vituperatur.

Amsdorfii de sempiternae vitae adeptione sententia perversa I. 355.

Anaxarchi dictum II. 63.

Aristotelis originatio vocis σωφροσύνη reprehenditur III. 37.

Augustini expositio loci Rom. 5, 14. neque cum verbis congruit et a Pauli consilio abhorret I. 316. ejus loci Rom. 7, 7 — 25. explicationem ab Apostoli disputatione et mente alienam esse ostenditur II. 26 sqq. Rom. 8, 33. 34. verba temere intelligens falso interpunxit II. 213.; vocem πίστις Rom. 13, 23. absurde exposuit III. 215. Qua ratione A., ut susceptâ sacrâ lotione se ecclesiae catholicae addiceret, permotus sit III. 139.

Bauri sententia in l. Tübinger Zeitschrift für Theologie exposita stringitur II. 238 sqq. III. 107 sq.

Beneckius locum Rom. 2, 15. male explicuit I. 118.; ejus enarratio 4, 17. improbatur I. 239.

Bengelii interpretatio locorum Rom. 2, 9. (I. 106.); 2, 14. (I. 115.); 5, 18. (I. 341.); 6, 7. (I. 389 sq.); 8, 3. (II. 100 sq.); 9, 3 — 5. (II. 252 sq.); 11, 28. (II. 536.); 13, 11. (III. 131.); 13, 12. (III. 138 sq.); 14, 21. (III. 210.); 15, 14. (III. 252.); 15, 15. 16. (III. 254.); 15, 19. (III. 277.); 15, 30. (III. 293.) vituperatur.

Bezae explicatio loci Rom. 1, 24. (I. 71.); vocis ἐπίγνωσις 1, 28. (I. 80.) rejicitur; ejus versio loci 3, 5. (I. 158.) refellitur; expositio locorum 3, 27. (I. 205.); 5, 16. (I. 330.); 5, 18. (I. 340 sq.); 6, 2.

(I. 357 sq.); 6, 4. (I. 366.); 6, 6. (I. 377 sq.); 6, 17. (I. 417 sq.); 7, 4. (II. 11.); 11, 22. (II. 510.); 14, 1. (III. 162.) reprehenditur; ejus interpretatio loci 15, 18. refutatur III. 269. — B. defensor opinionis, in Adamo omnes, quippe in ejus lumbis inclusos, tum peccasse, quum Adamus peccaret I. 303.

Billrothus in loco 2 Cor. 5, 12. male ad zeugma confugit I. 284.

Bindseilii loquutionis βαπτίζεσθαι εἰς τὸ ὄνομά τινος explanatio refutatur I. 359 sq.

Boehmii judicium de Rom. 1, 24. (I. 69.) et 2, 14. (I. 113.) laudatur; ejus explicatio locorum 1, 20. (I. 63.); 6, 6. (I. 379.); 6, 7. (I. 389 sq.); 18, 15. (II. 140.) vituperatur, ejusque interpretatio loci 15, 18. refellitur III. 269.

Bohlenius voces פַּעַת חַיָּה non recte explicuit II. 287.

Borgeri de loci Rom. 13, 1 sqq. cum 12, 19. cohaerentiâ judicium refellitur III. 108.

Bowyeri conjectura Rom. 14, 1. rejicitur III. 158.

Bretschneiderus Paulum locis Rom. 5, 12. et 1 Cor. 15, 21. optime tum sibi tum cum Geneseos scriptore convenire male negavit I. 292.; ejus explicatio vocis ὁ θάνατος Rom. 5, 12. al. l. refellitur I. 298 sqq.; ejus expositio locorum 5, 12. (I. 306.); 8, 34. (II. 212.); 9, 10. (II. 291.); vocum ἀρέσκω III. 221., ἱερουργεῖν τι III. 258., προςφορὰ τῶν ἐθνῶν III. 259., et πληρόω III. 273. vituberatur.

Cabalistae v. Index rerum s. h. v.

Calovius vocem τὸ κρίμα Rom. 5, 18. temere enarravit I. 340.; ejus explicatio loci 8, 3. reprehenditur II. 103. — C. defensor opinionis, in Adamo omnes, quippe in ejus lumbis inclusos, tum peccasse, quum Adamus peccaret I. 303.

Calvini interpretatio locorum Rom. 5, 12. (I. 305.); 6, 2. (I. 357 sq.); 7, 4. (II. 14.); 8, 15. (II. 141.); 8, 29. 30. (II. 205.); 8, 34. (II. 214. 217.); 9, 14 — 16. (II. 319.), ejusque explicatio vocum ἡ ἐκλογή 11, 7. (II. 451.), ζωή et νεκροί 11, 15. (II. 485 sq.), ἄχρις οὗ 11, 25. (II. 519.), ὁ νοῦς 12, 2. (III. 28.), δοκιμάζειν 14, 23. (III. 214.), κατὰ Χριστόν 15, 5. (III. 231.) vituperantur.

Carpzovius vocabulum τὸ σῶμα Rom. 6, 7. falso explicuit I. 387., ad illustrandum l. 8, 10. Philonis verba temere citavit II. 120.; ejus interpretatio loci 10, 6. (II. 393.) et explicatio vocis ἄχρις οὗ 11, 25. (II. 519.), locorum 12, 2. (III. 29.); 12, 13. (III. 80.); 15, 18. (III. 268.) rejiciuntur.

Castalionis explanatio loci Rom. 5, 12. laudatur I. 300.; at loci 8, 3. interpretatio reprehenditur II. 99.

Chrysostomus Pauli Rom. 14, 15. sententiam praeclare ut orator exposuit III. 196.; vituperatur autem ejus explicatio vocabulorum νόμος πίστεως 3, 27. (I. 205.), τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας 6, 6. (I. 384.); et locorum 7, 6. (II. 18.); 8, 9. (II. 115.); 8, 34. (II. 217.); 9, 3. (II. 247.); 9, 6. (II. 276 sq.); 10, 14 — 16. (II. 412.); 11, 14. (II. 481.); vocis ἡ κατάνυξις 11, 8. (II. 562 sq.); locorum 12, 1. (III. 6 sq. 18.); 12, 2. (III. 24 sq.); 12, 3. (III. 34.); 12, 7. (III. 60.); 12, 14. (III. 84.); 12, 20. (III. 100.); 13, 1. (III. 103 sq.); 13, 10. (III. 128.); 13, 12. (III. 138.); 14, 1. (III. 162 sq.); 14, 5. (III. 171.); 14, 6. (III. 175.); 14, 14. (III. 193.); 15, 8. (III. 239.); 15, 15. (III. 255.); 15, 27. (III. 289.); 15, 29. 30. (III. 292 sq.); 16, 4. (III. 303.).

Clarii interpretatio loci Rom. 11, 8. rejicitur II. 562.

Cocceji interpretatio loci Deut. 32, 43. contorta est et sententiam perdit III. 245.

Crameri explicatio loci Rom. 6, 22. rejicitur I. 428.

Daehnii explanatio loci Rom. 8, 4. reprehenditur II. 109 sq.

Deylingii expositio loci Rom. 6, 18. rejicitur I. 405.

Eichhornii de coetu Christianorum romano sententia refellitur I. XXIII.; ejus de Pauli ad Romanos scribentis consilio sententia stringitur I. XXXI.

Elsnerus τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ Rom. 1, 23. falso interpretatus est I. 68., ejusque explicatio loci Rom. 8, 38. sensu destituta est II. 224.

Erasmi explicatio locorum Rom. 1, 21. (I. 65.); 8, 30. (II. 201.); 12, 18. (III. 93.); 14, 1. (III. 162.); 15, 29. (III. 292.) vituperatur. 13, 1. verba male distinxit III. 111.

Findeiseni vocis δίκαιος Rom. 5, 7. interpretatio monstrosa est I. 269.

Flatti explicatio locorum Rom. 2, 7. (I. 103.); 6, 22. (I. 428.); 12, 1. (III. 11. 18 sq.); 12, 3. (III. 41.); 13, 1. (III. 108.) vituperatur.

Gesenius verba מַעֲשֵׂה חַיָּה non recte explicuit II. 287.

Gloeckleri expositio locorum Rom. 9, 20. 21. (II. 333.) et 12, 20. (III. 100.) rejicitur.

Griesbachii de Rom. 15. et 16. opinio nec per se credibilis neque antiquitatis ingenio respondet I. XLVIII.; ejus interpretatio loci Rom. 2, 7. (I. 104.) et de loco 15, 23. judicium (III. 283.) laudatur; at lectio 16, 18. ab eo recepta rejicitur III. 312.

Grotii interpretatio locorum Rom. 6, 7. (I. 388.); 7, 25. (II. 76.); 8, 15. (II. 137.); 11, 9. (II. 455.) laudatur; at vituperatur ejus explicatio locorum 2, 29. (I. 142.); 5, 14. (I. 316.); 6, 2. (I. 356.); 6, 10. (I. 395.); 6, 16. (I. 412.); 7, 4. (II. 14.); 8, 15. (II. 140 sq.); 9, 3. (II. 247.); 10, 16. (II. 410.); 10, 14. 15. (II. 413.); vocum τράπεζα 11, 9. (II. 457.), ἡ ἀπαρχή et τὸ φύραμα 11, 16. (II. 488.); locorum 11, 17. (II. 497 sq. 500.); 11, 28. (II. 511.); 11, 28. (II. 536.); vocum ἐλεεῖσθαι et τὸ ἔλεος 11, 31. (II. 539.), συναπάγεσθαι 12, 16. (III. 90.); locorum 12, 20. (III. 100.); 14, 14. (III. 193.); 14, 22. (III. 213.); 15, 7. (III. 235.); 15, 8. (III. 238.); 15, 18. (III. 268.).

Harlessii explicatio vocis τὸ πνεῦμα Rom. 8, 4. refutatur II. 105. et ejus de loco 11, 12. disputatio reprehenditur II. 473.

van Hengelus locum Rom. 10, 18 — 21. al. l. parum feliciter explanavit II. 415 sq.

Herzogius orationem loci Rom. 3, 4. temere distinxit I. 155.

Heumannus locos Rom. 1, 17. (I. 49.) et 2, 14. (I. 116.) bene explanavit; at ejus interpretatio locorum 1, 18. (I. 56.); 6, 5. (I. 372.); 9, 3. (II. 246.); 9, 15 — 21. (II. 312.); 11, 15. (II. 486.) rejicienda est.

Hieronymi de Pauli nomine mutato sententia rejicienda est I. XI., neque peritius in ep. XXVII. ad Marcellam versatus est III. 72 sq.

Hombergii explicatio loci Rom. 5, 14. refutatur I. 306.

Isidorus Pelusiota in aperiendis verborum κατανύσσειν et ἡ κατάνυξις rationibus melius quam alii graeci interpretes versatus est II. 563.

Jaspis locum Rom. 5, 20. prorsus pervertit I. 351.

Johannes apostolus v. Index rerum s. h. v.

Klee vocabula τὸ πονηρόν et τὸ ἀγαθόν Rom. 12, 9. male explicuit III. 68.

Knappius locos Rom. 2, 7. (I. 104.) et 10, 4 — 11. (II. 376.) bene explicuit, ejusque de variâ lectione 11, 25. sententia probanda II. 518.; at ejus de voce ἐμοί 7, 21. opinio (II. 59.), de Deuteronomii loco Rom. 10, 6. allato judicium (II. 389.) et loci 10, 6 — 8. interpretatio (II. 396.) reprehenditur.

Koellneri explicatio locorum Rom. 5, 19. (I. 345.); 8, 10. (II. 122.); 8, 19. (II. 155.); 11, 7. (II. 450.); 11, 9. (II. 457.); 11, 16. (II. 488.); 12, 6. (III. 58.); 13, 6. (III. 119.); 15, 7. (III. 235.); ejusque de loci 7, 6. genuinâ lectione judicium (II. 20.) vituperatur.

Koppii judicium Rom. 1, 24. (I. 69.) laudatur; vituperatur autem ejus explicatio locorum 3, 7. 8. (I. 167.); 3, 25. (I. 198.); 6, 23. (I. 428.); 7, 6. (II. 30.); 8, 12. (II. 132.); 11, 1. (II. 434.); 11, 7. (II. 451.); 11, 8. (II. 457.); 12, 3. (III. 34 sq.); 13, 6. (III. 119.); 13, 11. (III. 131.); 14, 5. (III. 170.); 15, 3. (III. 223 sq.); 15, 30. (III. 298 sq.); 16, 1. (III. 300.); 16, 16. (III. 310.), ejusque junctura et interpunctio verborum 2, 4. 5. (I. 102.) et 3, 4. (I. 155.).

Kypkius locum Rom. 7, 18. (I. 55.) et τὴν ἁπλότητα 12, 8. (III. 62.) inepte explicuit.

Lachmanni junctura et interpunctio verborum Rom. 2, 4. 5. (I. 102.); 5, 12 — 14. (I. 286.); 11, 7. (II. 448.); 11, 22. (II. 510.); 12, 9. (III. 66.); 12, 15. 16. (III. 86.); 15, 22 — 25. (III. 284.) vituperatur; vocem ἀμήν 16, 20. recte expunxit III. 316., at ejus de scripturâ Cd. B. 1, 32. judicium (I. 91.) improbatur; 3, 22. (I. 185.) tres voces male delevit; ejus scriptura 11, 25. (II. 518.) nullius pretii est; nec minus 12, 5. (III. 44 sq.) et 14, 11. (III. 189.); 15, 19. (III. 277.); 15, 31. (III. 295.) scriptura ab eo recepta rejicienda est; 14, 13. (III. 190.) οὖν male delevit; 15, 22. (III. 280.) πολλάκις et 16, 6. (III. 305.) εἰς ὑμᾶς textis temere intulit; at 16, 21. (III. 316.) ἀσπάζεται recte recepit; 7, 8. (II. 37.) male explicuit.

a Lapide, Cornelius, νόμον in formulâ ἔργα νόμου Rom. 3, 20. perperam explanavit I. 179., et 8, 29. 30. male interpretatus est.

Limborchii explicatio loci Rom. 6, 7. refellitur I. 389 sq.

Lockii interpretatio loci Rom. 7, 5. laudatur II. 16 sq.

Lueckii explicatio loci Luc. 24, 46. 47. (III. 12 sqq.) atque verborum τέρατα et σημεῖα (III. 271.) vituperatur.

Lutheri enarratio Rom. 3, 25. reprehenditur; locos autem 3, 21. (I. 182.); 3, 28. (I. 207.); 4, 4. (I. 216.) praeclare vertit, male vero hos locos 1, 19. 20. (I. 60 sq.); 2, 14. (I. 116.); 2, 15. (I. 121.); 4, 16. (I. 235.); 6, 20. (I. 423.); 8, 3. (II. 100.); 8, 23. (II. 177.); 11, 28. (II. 537.); 11, 31. (II. 542.); 12, 15. (III. 86.); 12, 16. (III. 90.); 13, 8. (III. 120.); 13, 11. (III. 130 sq.); 13, 12. (III. 134.); 13, 14. (III. 145.); 14, 22. (III. 212.); 15, 19. (III. 273.). Ejus de Judaeis judicium II. 528 sq.

Maji explicatio loci Rom. 6, 13. rejicitur I. 405.

Marcus evangelista v. Index rerum s. h. v.

Meyeri de Pauli nomine mutato sententia I. XI., vocem υἱοθεσία Rom. 8, 15. (II. 137.), et locos 12, 1. 2. (III. 8.); 12, 12. (III. 79.) recte interpretatus est; at repudianda est ejus explicatio locorum 8, 11. (II. 125.); 8, 15. (II. 140.); 8, 17. (II. 144.); 8, 18. 19. (II. 150.); 8, 23. (II. 172.); 8, 30. (II. 205.); 8,

35 — 39. (II. 219.); 9, 8. (II. 284 sq.); 9, 16. (II. 316.); 9, 17. (II. 322.); 9, 23. (II. 341.); 11, 1. (II. 433.); 11, 10. (II. 457.); 11, 21. (II. 506.); 12, 5. (III. 44.); 12, 6 — 8. (II. 50 sqq. 61. 64.); 12, 9. (II. 66.); 12, 11. (II. 71.); 13, 12. (III. 142.); 14, 7. 8. (III. 178.); 14, 9. (III. 182 sq.); 14, 17. (III. 201.); 15, 33. (III. 296.); 16, 16. (III. 310.). Locos 11, 23. (II. 510.); 12, 15. 16. (III. 86.) falso interpunxit.

Michaelis opinio Mosen loco Rom. 10, 7. allato fortunatas insulas in mente habuisse refutatur II. 391.

Michelsenus locos Rom. 15, 8. 9. (III. 236.) et 15, 16. (III. 259.) falso interpretatus est.

Millius locum Rom. 11, 13. 14. (II. 479.) non intellexit, et 16, 12. formam Ὀλυμπᾶν falso rejecit.

Mori explicatio locorum Rom. 11, 28. (II. 537.); 12, 6. (III. 58.); 15, 19. (III. 273. 277.) repudianda est.

Noesselti expositio loci Rom. 9, 13. rejicitur.

Oecumenius ad Rom. 8, 3. (II. 96.) oblique Docetarum commentum perstrinxit; τὴν λογικὴν λατρείαν 12, 2. (III. 20.) recte intellexisse videtur; at verba περὶ ἁμαρτίας 8, 3. (II. 99.) et συναπάγεσθαί τινι 12, 16. (III. 90.) atque locos 9, 6. (II. 277.); 14, 5. (III. 171.); 15, 15. (III. 254.) male explicuit.

Olshauseni interpretatio vocabulorum ταλαίπωρος Rom. 7, 24. (II. 70.), συναπάγεσθαι 12, 16. (III. 91.), ζῆν 14, 9. (III. 181 sq.) et συγγενεῖς 16, 7. (III. 306.), et locorum 7, 25. (II. 73.); 8, 4. (II. 103.); 8, 15. (II. 141.); 9, 23. (II. 335.); 11, 16. (II. 488.); 11, 17. (II. 498.); 11, 36. (II. 556 sq.); 12, 5. (III. 45.); 13, 1. (III. 108.); 13, 6. (III. 119.); 14, 1. (III. 160.); 14, 14. (III. 194 sq.); 15, 8. (III. 237 sq.) rejicitur.

Origenis explicatio verborum τὰ ἀόρατα τοῦ θεοῦ Rom. 1, 20. (I. 63.), locorum 2, 9. (I. 106.); 11, 16. (II. 493 sq.); 15, 8. (III. 238 sq.) absurda est.

Paulus apostolus v. Index rerum s. h. v.

Pelagii interpretatio locorum Rom. 5, 14. (I. 320.); 9, 3. (II. 245 sq.); 14, 5. (III. 171.) vituperatur.

Philonis originatio vocis σωφροσύνη reprehenditur III. 37.

Photius recte ὡς explicuit III. 140.; at ejus interpretatio locorum Rom. 12, 3. (III. 35.) et 14, 1. (III. 163.) infelix est.

Plato tres hominis partes distinxit II. 62. 64.; ejus originatio vocis σωφροσύνη reprehenditur III. 37.

Rabbini v. Index rerum s. h. v.

Raphelii enarratio loci Rom. 2, 3. refutatur I. 96 sq.

Reichardus locum Rom. 15, 3. perverse interpretatus est.

Reichius Paulum Rom. 5, 12. et 1 Cor. 15, 21. repugnantia loquutum esse, temere opinatur I. 292.; Rom. 5, 17. glossema εἰς δικαίωμα ζωῆς Paulo, quamquam dubitanter, falso tribuit I. 334.; ejus explanatio locorum 5, 19. (I. 342 sq.); 5, 20. (I. 350.); 6, 4. (I. 365.); 6, 6. (I. 382 sq.); 6, 21. (I. 427.); 7, 4. (II. 11. 14.); 7, 15. (II. 51.) refellitur; 7, 25. adulterinum esse temere putavit II. 73.; locum 8, 19 — 22. parum intellexit II. 150; verba ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ 9, 1. falso explicuit II. 240 sq.; nec minus erravit in interpretatione locorum 9, 14 — 16. (II. 316.); 9, 17. (II. 320 sq.); 10, 6. (II. 393 sq.); 10, 12. (II. 402.); 10, 19. (II. 420.); 11, 1. (II. 432.);

11, 7. (II. 448 sq.); 11, 17. (II. 496 sq.); 11, 18. (II. 501.); 11, 24. (II. 511.); 12, 6 — 8. (III. 50 sq.); 12, 9. (III. 68.); 12, 11. (III. 71. 75. 77.); 13, 6. (III. 119.); 13, 8. (III. 121 sq.); 13, 11. (III. 132.); 14, 1. (III. 158. 160.); 14, 4. (III. 167.); 14, 7. 8. (III. 176. 178.); 14, 22. (III. 213.); 15, 4. (III. 225.); 15, 7. (III. 235.); 15, 8. (III. 237 sq.); 15, 9. (III. 240.); 15, 15. (III. 255. 258.); 15, 17. (III. 262.); 15, 19. (III. 271. 273. 279 sq.); 15, 30. (III. 294.); 16, 7. (III. 306.); 16, 13. (III. 308.); ejusque de Rom. 16, 25 — 27. conjectura rejicitur I. XXXVIII.

Rinckius Rom. 16, 18. temere εὐγλωττίας probavit III. 313.

Rueckerti de Rom. 1, 24. judicium (I. 69.); et explanatio locorum 2, 19. (I. 129.); 6, 6. (I. 397.) vocisque τὸ πνεῦμα 12, 11. (III. 71.) laudatur, ejusque interpretatio loci 14, 2. argumentis comprobatur III. 164.; at male explicuit hos locos 1, 19. (I. 59.); 1, 20. (I. 62.); 1, 24. (I. 72.); 2, 8. (I. 105.); 2, 9. (I. 107.); 2, 14. (I. 115.); 2, 27. (I. 139.); 3, 3. (I. 154.); 3, 4. (I. 156.); 3, 6. (I. 162.); 3, 23. (I. 187.); 4, 2. (I. 215.); 6, 5. (I. 372.); 6, 7. (I. 389.); 6, 17. (I. 417 sq.); 7, 1. (II. 5.); 7, 4. (II. 10. 13 sq.); 7, 7.—8, 17. (II. 28 sq.); 7, 7. (II. 34.); 7, 11. (II. 40.); 7, 14. (II. 44.); 7, 25. (II. 73.); 8, 3. (II. 94.); voces διά c. Acc. 8, 11. (II. 127.); συμμαρτυρεῖν 8, 16. (II. 143.), ἀπεκδέχεσθαι 8, 24. 25. (II. 180 sq.); προγινώσκειν et προορίζειν atque ἡ κλῆσις 8, 29. 30. (II. 201. 205.); ὁ ἀγαπήσας 8, 37. (II. 223.); αὐτὸς ἐγώ 9, 3. (II. 247.); ὑπέρ 9, 3. (II. 251.); locosque 9, 22 — 26. (II. 337.), 10, 6 — 8. (II. 395.); 10, 9 — 11. (II. 403.); 11, 9. 10. (II. 457.); 11, 13. 14. (II. 481.); 11, 16. (II. 488.); 12, 1. (III. 8.); 12, 2. (III. 30.); 12, 3. (III. 38.); 12, 5. (III. 44 sq.); 12, 10. (III. 68. 70.); 12, 12. (III. 79.); 13, 1. 2. (III. 111 sq.); 13, 12. (III. 140. 143.); 14, 1. (III. 158. 162.); 14, 7. 8. (III. 176. 178.); 14, 10. (III. 184.); 14, 22. (III. 213.); 15, 3. (III. 223.); 15, 4. (III. 226 sq.); 15, 7. (III. 235 sq.); 15, 14. (III. 252.); 15, 15. 16. (III. 254 sq.); 15, 17. (III. 263 sq.); 15, 19. (III. 272.); 15, 22. (III. 281.); 16, 16. (III. 310.); 16, 18. (III. 312.).

Rufinus ad locum Rom. 12, 3. nugas protulit III, 35 sq.; ejus explicatio loci 15, 18 — 21. a Pauli disputatione plane abhorret III. 267.

Schleusnerus vocabulum δίκαιος Rom. 5, 7. monstrose interpretatus est.

Schmidii, Chr. Fr., interpretatio locorum Rom. 5, 14. (I. 319.); 7, 23. (II. 66.); 11, 8. (II. 457.); 15, 19. (III. 273.) repudianda est.

Schmidii, Er., translatio Rom. 13, 12. (III. 134.) perversa est, neque explicatio loci 14, 1. (III. 162.) probanda.

Schmidtii de Rom. 16, 25 — 27. conjectura rejicitur I. XXXVIII.

Schotti de Rom. 16. conjectura rejicitur I. XXXVII sq.; neque ejus explicatio loci 5, 14. probanda est I. 316 sq. 322.

Schultensii interpretatio loci Prov. 25, 22. repudiatur III. 100.

Schulthessius verbum καταργεῖσθαι Rom. 6, 6. perperam explicuit III. 383.

Schulzii de Rom. 16. conjectura rejicitur I. XXXVII.

Semlerus verba Rom. 4, 2. (I. 215.) ridicule interpunxit; voces πρῶτος 10, 19. (II. 420.); ἡ ἀπαρχή, ἡ ῥίζα, τὸ φύραμα, οἱ κλάδοι 11, 16. (II. 493.) et locum 15, 17. (III. 263.) falso interpretatus est.

Smalcius locum Rom. 2, 14. perperam explicuit I. 115.

Sommerus locum Rom. 5, 12. male convertit I. 295.

Stephanus Le Moyne miram interpretationem Rom. 10, 4. iniit II. 380.

Stolzius locum Rom. 1, 21. male vertit I. 65.

Storrius interpretationis loci Rom. 5, 16. portentum edidit I. 330. neque rectius locum 9, 22. explicuit I. 335.

Tertullianus verbum συναπάγεσθαί τινι Rom. 12, 16. falso explicuit III. 90.

Theodoretus locum Rom. 2, 18. (I. 129.) vere explanavit; 8, 3. (II. 96.) oblique Docetarum commentum perstrinxit, vocabulum τὰς πράξεις 8, 13. (II. 133.), locosque 11, 7. (II. 448.); 11, 25. (II. 518.); 11, 34. (II. 554.); et τὰ τοῦ πνεύματος δῶρα 15, 27. (III. 288.) recte explicuit; erravit vero in interpretatione horum locorum 1, 17. (I. 48 sq.); 1, 24. (I. 69.); 2, 17. (I. 127.); 3, 5. (I. 160.); 3, 20. (I. 179 sqq.); 5, 14. (I. 316.); 6, 4. (I. 366.); 6, 6. (I. 383.); 6, 7. (I. 388.); 7, 7. (II. 33 sq.); 8, 10. (II. 119.); 8, 19. (II. 155.); 9, 22. (II. 334.); 10, 16. (II. 412.); 11, 28. (II. 537.); 12, 2. (III. 25.); 12, 3. (III. 40.); 12, 5. 6. (III. 50.); 12, 7. (III. 60.); 12, 11. (III. 76.); 12, 14. (III. 84.); 12, 16. (III. 90.); 13, 14. (III. 145 sq.); 14, 5. (III. 171.); 15, 16. (III. 259.); 15, 29. (III. 292.); 1 Tim. 2, 6. (III. 15.).

Theophylactus locos Rom. 1, 18. (I. 56 sq.); 2, 18. (I. 128.); 11, 14. (II. 480.) recte explicuit, falso contra hos locos 2, 9. (I. 106.); 3, 5. 6. (I. 160.); 6, 6. (I. 382.); 6, 10. (I. 395.); 8, 3. (II. 99.); 8, 18. (II. 149.); 10, 12. (II. 402 sq.); 11, 13. (II. 481.); 12, 2. (III. 21.); 12, 3. (III. 40.); 12, 11. (III. 71.); 12, 13. (III. 82.); 13, 12. (III. 138.); 13, 14. (III. 145 sq.); 14, 5. (III. 171.); 14, 14. (III. 192.); 14, 21. (III. 210.); 15, 5. (III. 231.); 15, 17. (III. 260.); 15, 26. (III. 287 sq.); 15, 30. (III. 293.).

Tholuccius erravit in interpretatione horum locorum 1, 4. (I. 12.); 1, 9. (I. 27 sq.); 1, 18. (I. 54 sq.); 1, 27. (I. 79.); 2, 4. (I. 98.); 2, 7. (I. 103.); 2, 15. (I. 117.); 4, 5. (I. 218.); 5, 2. (I. 256 sq.); 5, 5. (I. 261.); 5, 6. (I. 264.); 5, 12. (I. 301.); 6, 6. (I. 378.); 7, 4. (II. 13.); 7, 6. (II. 19.); 7, 7 sqq. (II. 29 sq.); 7, 25. (II. 73. 76.); 8, 15. (II. 141 sqq.); 8, 20. (II. 161.); 8, 26. (II. 186.); 8, 28. (II. 194.); 8, 33. 34. (III. 189.); 9, 2. (II. 244.); 9, 15. (II. 319 sq.); 9, 21. (II. 333.); 9, 24. (II. 335.); 9, 28. (II. 348 sq.); 11, 1. (II. 432.); 11, 7. (II. 451.); 11, 15. (II. 487.); 12, 1. (III. 5.); 12, 2. (III. 21.); 12, 3. (III. 40 sq.); 12, 11. (III. 77.), 12, 16. (III. 91.); 12, 20. (III. 100.); 13, 1 sqq. (III. 108.); 14, 1. (III. 157. 162.); 14, 4. (III. 166. 168.); 14, 10. (III. 185.); 14, 13. (III. 192.); 14, 23. (III. 216.); 15, 10. (III. 245.); 15, 14. (III. 252.); 16, 27. (I. XLIII.); Jer. 29, 2. LXX., Luc. 2, 2 et Act. 1, 1. (II. 421 sq.); 1 Cor. 15, 28. (III. 190.); ejus graecorum interpretum usus reprehenditur III. 26.

Tischendorfius locum Rom. 12, 5 — 8. perperam interpunxit et construxit III. 50.; lectio ab eo 12, 5. recepta rejicienda est III. 44 sq.; 14, 21. verba genuina temere delevit III. 211.

Tittmannus differentiam vocum ἄχρι et μέχρι (I. 308 sqq.), ἁμαρτία et παράπτωμα (I. 324.), βρῶμα et βρῶσις (III. 200.) male exposuit.

Tobleri de loco quo Pauli ad Rom. epistola scripta sit opinio refutatur I. XXXIII.

Turretini explicatio loci Rom. 8, 26. refellitur II. 186.

Ulfilae translatio loci Rom. 12, 19. recensetur III. 97.
Usterii explicatio locorum Rom. 2, 14. (I. 115.); 5, 6 — 9. (I. 263 sq.); 6, 8. (I. 391.); 7, 4. (II. 10. 13.); 8, 4. (II. 108 sq.); 8, 11. (II. 127.) rejicienda est.

Vatabli interpretatio vocum σκάνδαλον Rom. 11, 9. (II. 457.), ἡ χρηστότης 11, 22. (II. 510.), locorum Prov. 25, 22. (III. 100.) et Rom. 13, 5. (III. 117.) vituperatur.
Vateri de Rom. 16, 25 — 27. conjectura rejicitur I. XXXVIII.; locum 3, 8. absurde interpunxit I. 165.

Wetstenii annotatio ad Rom. 11, 25 — 27. (II. 532.) laudatur; at ejus expositio locorum 5, 14. (I. 316.); 6, 6. (I. 379.); 10, 19. (II. 420.); 11, 8. (II. 457.); 12, 6. (III. 58.); 12, 11. (III. 76 sq.); 13, 4. (III. 116.) reprehendenda est.
de Wettii interpretatio loci Rom. 14, 2. (III. 164.) defenditur; hos vero locos male explicuit 6, 17. (I. 417.); 7, 5. (II. 16. 18.); 7, 14. (II. 44.); 8, 1. (II. 87.); 8, 10. (II. 118.); 8, 11. (II. 130 sq.); 8, 15. (II. 136.); 8, 26. (II. 186.); 8, 30. (II. 205.); 8, 35 — 37. (II. 219.); 9, 4. 5. (II. 273.); 9, 11 — 13. (II. 301.); 9, 22. 23. (II. 341.); 11, 1. (II. 433.); 11, 14. (II. 482.); 11, 16. (II. 491 sq.); 11, 27. (II. 527.); 12, 6 — 8. (III. 50 sqq.); 12, 11. (III. 75.); 14, 6. (III. 172.); 14, 7. 8. (III. 176.); 15, 7. (III. 235.); 15, 18. (III. 268.); 16, 20. (III. 315.); neque magis ejus de Rom. 16, 25 — 27. conjectura (I. XXXVIII.) probanda est.
Wilkii explicatio locorum Rom. 12, 16. (III. 90.); 13, 1. (III. 109 sq.); 15, 16. (III. 258.) rejicitur.
Winerus in explicandâ structurâ loci 2 Cor. 5, 12. male ad synesin confugit I. 284.; ejus anacoluthi Rom. 5, 12 — 14. explicatio repudiatur I. 287.; ἐπιμενοῦμεν et ἐπιμενῶμεν formas falsas fecit I. 356 sq.; Rom. 6, 7. structuram praegnantem esse male credidit I. 388.; neque minus erravit in interpretatione locorum Act. 13, 34. (II. 52.); Rom. 8, 3. (II. 93.); 9, 3. (II. 245.); 9, 22. (II. 341 sq.); 11, 21. (II. 504 sq.); 13, 12. (II, 140.); et in explicandis vocibus πνεῦμα (II. 105.), ἤ — ἤ καί (III. 191.) et hellenisticâ optativi formâ δῴη (III. 230.).
Winzerus in explicatione loci Rom. 11, 25. 26. erravit II. 511.

II.

INDEX RERUM.

Abrahami firma fides, quod Dei promisso se filium ex Sarâ procreaturum confisus est I. 241 sqq.; A. propter fidem Deo probatus I. 206. 213 sqq. 228. et propter eam Deus et illi promissum dedit I. 232. et ejus posteris I. 229. utrisque in Messiae civitate imperium destinavit I. 230 sq. beatitatis ei promissae nemo particeps fieri potest nisi aut in ejus familiâ natus aut in eam insitus II. 499 sq.; A. Judaeorum fidem habentium pater est I. 227 sq., omnium fidem praebentium, tum Judaeorum tum gentilium parens I. 236 sqq. ejus liberi et ab eo generati quomodo differant II. 283. 285 sq. ejus filii qui pleno jure sunt, etiam Dei filii sunt II. 286. ejus filiorum delectum Deus habuit II. 301. eum circumsecari cur Deus jusserit I. 221 sq. 224. 227. A. post Sarae obitum ex Keturâ liberos procreavit I. 244.

Abstinentia carnium et vini in ecclesiâ christ. diu vulgo probata est III. 151 sq. 163 sqq.

Abstractum pro concreto I. 73. 137. II. 32. 451.

Accusativi usus apud Graecos III. 11 sq.

Adamus immortalis corporis sibi posterisque comparandi occasionem per scelus effudit I. 379. ejus facinore ingens hominum numerus interiit I. 328. morte scelus luit eâdemque poenâ ejus posteros qui peccaverant Deus mulctavit I. 292. 335. 346. A. mortem physicam non sempiternae geennae tormenta hominibus inflixit I. 333. 340. ejus culpâ mundus mortalis redditus est naturaque rerum in deterius mutata II. 151 sqq. 155. 161. 163 sq. 167. per unum Adamum qui peccavit peccatum natum est I. 332. 334 sq. ejus perversitas hominibus non divinitus imputatur I. 343. ejus facinus non eam vim habuit, ut omnes homines aut improbe viverent aut Adami delicto iis imputato improbi fierent I. 345. ejus damnum generi humano apportatum Christus resarcit I. 284 sqq. Adami et Christi similitudo I. 320 sq. 339. eorumque dissimilitudo I. 323. 328 sq. 331. 339. Adamus priscus, scelestus I. 377. Ad. primus I. 294. 318 sq. Ad. ultimus I. 318 sq. Ad. primus postremi Adami typus I. 318 sqq. Paulus de Adamo loquens tum sibi tum cum Geneseos scriptore convenit I. 292 sq. cur Adamum primum legis div. violatorem nominet I. 288 sq. ab Adamo hominum peccandi libidinem non repetiit I. 300 sqq. 306. 343. neque dixit Adami peccato factum esse, ut hominum naturâ plane depravatâ, nisi Christi beneficio renati, peccare cogeremur I. 377 sq. Judaeorum de Adami scelere ejusque effectu opiniones I. 294 sqq. In Adamo omnes, quippe ejus lumbis inolusos, tum peccasse, quum peccaret Adamus, opinio absurda est, quamquam Catholicis et multis Evangelicis orthodoxa I. 303 sq..

Aditum ad Deum per Christum habemus I. 253 sqq.

Adjectiva id quod rem consequitur declarantia I. 66. A. verbalia multa active usurpata sunt II. 185. A. composita in —ης partim oxytona, partim paroxytona I. 85. A. proparoxytona in —ινος exeuntia quid significent II. 46 sq. Adjectivorum in —τος exeuntium vis I. 59.

Admiratio sui, inhumanitatis radix, ex animis eruenda est III. 219 sq.

Adulteriorum causa I. 295.

Adverbia in —δόν III. 282.

Adversariis fausta optanda sunt III. 84 sq.

Aegyptii quae animalia consecraverint I. 69.

Aetas aurea qualis fingatur III. 151.

Aethiopica Pauli ad Rom. epistolae translatio recensetur I. 42. 245. II. 383. 445. 506 sq.

Affectus cur per legem mosaicam excitentur II. 17. 22 sq.

Alexandrinorum (LXX.) graeca translatio recensetur I. 59. 145. 156 sq. 174. 176. 190 sq. 367. 401. II. 222. 248. 287 sq. 291. 409. 560 sq. III. 92. 96. 245. 247. Vocabula, quae Alexandrini aliter pronuntiarunt atque Graeci I. 136.

Allata verba v. Citandae voces.

Allegoricae interpretationis Paulinae licentia II. 385. 389 sqq. 454 sqq. III. 243 sq.

Amans alterius qua ratione legem mosaicam impleverit III. 123. 126 sqq.

Amice firmi Christiani cum infirmis vivant III. 158 sqq. 190 sqq. 234 sqq.

Amor Dei quum affectu tum obsequio aestimatur II. 193. pro re ponitur, quae Deum ad beandos homines permovit I. 53. an a Christi amore differat II. 220 sq. Amorem Christi (Dei) erga nos nihil tollere potest atque efficere, ut non diutius diligat quos antea dilexerit II. 219 sq. — Amor omnibus hominibus semper debetur III. 121 sqq. 129 sq. — Amor sui nimius, despicientiae mater, ex animis ejiciendus est III. 219 sq.

Anacoluthi exempla I. XLIII. 126. 282. III. 65. 68. Anacoluthi falso nominati II. 93. 335 sq.

Anathema ecclesiasticum II. 249 sq.

Andronicus Pauli cognatus III. 305 sq.

Angelorum decem genera esse Rabbini fingunt II. 226. A. bonorum diversa genera quibus nominibus distinguantur II. 225 sq.

Antanaclasis III. 191.

Aoristi usus I. 305. II. 206. III. 22.

Apelles III. 307.

Apostolorum munus I. 280. a Paulo sacerdotio assimilatur III. 256 sqq. Apostoli mysteriorum divinorum dispensatores II. 516 sq. quomodo a prophetis christianis differant III. 56. Apostolorum invitationem et dona iis data Paulus frequentius a Deo quam a Christo repetiit II. 407.

Appetitus ipsi non mali sunt I. 381. A. mali cur per legem mos. excitentur II. 17. 22 sq. Appetituum animi originem tota fere antiquitas a corpore repetiit I. 381.

Aquila Pauli in tradendâ Christi doctrinâ adjutor I. XXXVII. III. 302 sq.

Arcae foederis operculum quid adumbret I. 190 sqq.

Aristobulus III. 307.

Armenica Pauli ad Rom. epistolae translatio recensetur I. 37.

Articuli usus II. 105. 268. ejus Infinitivis praepositi vis I. 229. ejus omissio II. 105. A. nominibus et abstractis et quorum indoles a nominum propriorum naturâ non multum abhorret saepe demitur I. 406. A. suspecti exemplà I. 128. 229. A. omissi exempla I. 175. 194. 216. 223. 226. II. 409. 502 sq.

Asseverantium formulae struuntur cum ὅτι II. 242 sq.

Asyncritus III. 308.

Asyndeton ubi poni soleat II. 141 sq.
Attractionis exempla I. 164. 237. 300. 416. II. 93. 279 sq. 406.

Baptismo initiatus mortuus est peccatis I. 358. 365. 378. 387 sqq. in libertatem a Peccato vindicatus emancipatus est Pietati I. 418 sqq. pristinum ingenium exuit, ut novos mores indueret I. 366. 368 sq. 378. 387.
Beati ii tantummodo erunt, qui fide Christo habitâ Deo probati sunt II. 251.
Beatitas aeterna piis Christianis spe obtigit II. 179. ejus spes unde petenda sit III. 225. 227 sqq. fide comparatur II. 207. et fide et professione II. 397 sqq. quando distribuenda sit II. 484. ejus initia probe abesse Paulus existimavit III. 129. 131. idem ceteri apostoli existimarunt III. 134. num ad beatitatis messianae adeptionem contentio hominum prosit II. 317 sqq. a miserante Deo pendet II. 320. 322 sq.
Beneficium Dei per benevolentiam a Jesu Christo manifestatam hominibus largissime obtigit I. 328. 335. 338.
Benevolentiae laudem Deo peperit gentilium ad salutem vocatio III. 238 sqq.
Benignitatis suae divitias quâ re Deus patefaciat II. 343 sq. benignitas Dei per benevolentiam a Jesu Christo manifestatam hominibus largissime obtigit I. 328. 335. 338. benignitatem quâ per Christum bearet non solum ad Judaeos, verum etiam ad gentiles spectaturam esse Deus in V. T. praesignificavit II. 341.
Bos ab Aegyptiis consecratus I. 69.
Brachylogiae exempla I. 117.

Cabbalistarum de Adami facinore opiniones I. 294 sq.
Caerimoniae Christianorum quales sint III. 19.
Cajus (Γάϊος) totius ecclesiae hospes III. 316 sq.
Calamitates a nobis per Deum, qui nos Christo ut supplicium subiret misso amavit, egregie vincuntur II. 224.
Carbones ignis quid metonymice significent III. 98 sq.
Carnium esus a permultis repudiatus est III. 151 sqq. 163 sqq.
Castimonia inepte corpori indicitur I. 381.
Casus acerbi piis Christianis moderante Deo prosunt II. 192. 205 sqq. 210.
Catholicorum ecclesia opinionem defendit absurdam, in Adamo omnes, quippe ejus lumbis inclusos, tum peccasse, quum peccaret Adamus I. 303.
Cenchreae III. 300.
Censorem alterius agere non licet Christiano I. 94 sq. III. 166 sqq. 184 sqq. 190.
Certissimam esse rem nondum factam quomodo Graeci et Romani significent II. 33.
Charismata qua ratione a spiritu s. hominibus tribuantur III. 54. eorum fons Dei benignitas est III. 54. eorum duo genera III. 54. eorum exempla III. 54 sq.
Christianorum nomina II. 196. 212. quo nomine a Judaeis recentioribus designentur II. 65. Christianos quales Paulus animo informaverit II. 27 sq. qua re ad divinorum V. T. librorum lectionem invitati sint II. 6. ut sub legis mos. imperio esse desinerent, Christi mors effecit II. 13. eorum animi renovandi III. 24. 27 sq. cur non miseri sint II. 72. cur non condemnentur II. 213. filiorum Dei jura adipiscuntur adoptione II. 137. 159. beati sunt, quia iis et Deus favet et Christus II. 218. quanta beneficia iis a Christo praebeantur III. 23 sq. eorum extrema sors est vita sempiterna I. 428. Christiani nihil magis in votis habuerunt, quam ut Christi sor-

tem adirent II. 146. eorum vita et mors ad Christum referenda, in cujus potestate sunt III. 176 sqq. iis in eo elaborandum est, ut certum suae mentis judicium sequantur, ne peccent III. 172. eorum grex unum quoddam corpus ita efficit, ut singuli alter alterius membra sint III. 41 sqq. aliquam fratrum et sororum familiam faciunt III. 68. et ut fratres diligendi sunt III. 69. Christianorum duo genera Romae fuerunt firmi et infirmi, quorum concordiam Paulus efficere studuit III. 149 sqq. 157 sqq. 190 sqq. 202 sqq. 229 sqq. Christiani Romani cur impense admonendi essent, ut magistratus honorarent III. 106 sq.

Christus qualis natura Paulo sit et qualis Johanni II. 264 sqq. verae sapientiae auctor est I. 67. (Paulo judice) et procreavit mundum et eum tuetur Dei nomine ac mandatu II. 555. ei omnium rerum principatus a Deo delatus est II. 203. omnium et angelorum et hominum et manium dominus factus est III. 182 sq. quapropter Christus κύριος πάντων II. 400 sq. Christus θεός vocatus II. 264 sqq. Ebionitae putaverunt ei a Deo τὸν μέλλοντα αἰῶνα subjectum esse III. 107 sq. quo consilio a Deo ad homines missus sit II. 99 sq. 106 sq. III. 23 sq. qua ratione Deus eo misso legi mos. succurrerit II. 101 sq. et quanta beneficia Christus iis qui sibi fidem adjecerint praebeat III. 23 sq. cur ei corpus Peccatui non oppigneratum opus fuerit II. 106. quo consilio mortuus sit et in vitam redierit I. 391 sq. III. 182 sq. Christus victima piacularis cur a Deo destinatus sit I. 196. 200 sq. quem fructum Christi obedientia nobis suppeditet I. 301. 341. 343. Christus, quum adhuc essemus imbecilles, pro impiis mortem adiit I. 263 sqq. eoque Deus suum erga nos amorem manifestat I. 268 sq. 271 sqq. nam Christi operâ homines beavit I. 328. ejus supplicio hominum peccata expiata sunt I. 249. 253. 274. 340. quorum peccatorum veniam Christus peperit I. 352. semel peccato mortuus est I. 394 sq eoque damnum generi humano ab Adamo apportatum resarcit I. 284 sqq. ejus mors effecit, ut homines christiani sub legis mos. imperio esse desinerent II. 13. ejus nece a Dei irâ vindicati per Christi vitam beabimur I. 275. 281 sqq. per unum Christum sempiternâ vitâ fruemur I. 335. Christus enim mortem physicam, quâ peccata puniuntur, peccatorum veniâ in sempiternam vitam convertit II. 38 sq. ejus reditus ex inferis I. 12 sqq. de ejus in coelum reditu Johannes a quibusdam Apostolis dissentit II. 146. Christus ad coelicolas reversus in supremo coelo a Dei dextrâ in sellâ sedens II. 216 sq. proximos Deo honores in coelo occupavit III. 233 sq. deprecatur pro suis alumnis apud Deum II. 217 sq. de coelo reversus homines a christ. disciplinâ alienos sempiternis tartarorum tormentis tradet II. 155. hunc Christi de coelo reditum et beatae vitae initia proxime abesse Paulus putavit II. 149. 522. 532. III. 129. 131. idem ceteri Apostoli putaverunt III. 23. 134. Christus non suis, sed hominum commodis inservivit III. 222 sq. quo consilio homines sibi sociaverit III. 236. cur Judaeos in amicitiam receperit III. 238 sqq. eos ad regnum evecturus est, quibus favoris div. abundantia contingat I. 337. in ejus potestate Christiani viventes et morientes sunt et quaecunque agant ea omnia ut Christum honorent facienda sunt III. 176 sqq. Christi disciplina quantopere Pharisaeorum et Graecorum disciplinam superet III. 91. ejus aequales cur in N. T. fortunati praedicentur I. 202 sq. Christi et Adami similitudo I. 320 sq. eorumque dissimilitudo I. 323.

328 sq. 331. Christus ὁ ἔσχατος Ἀδάμ I. 318. Christum Paulus nusquam pontificem maximum vocavit, sed ecclesiae gubernatorem eum mente concepit III. 256. ejus laudes Paulus nunquam doxologiâ celebravit, id quod alii fecerunt II. 268. 270. cur multi loci ad Deum referendi a multis interpretibus ad Christum relati sint II. 271. Christus pro mente quâ Christus ductus est II. 118.

Cibi nulli naturâ immundi sunt III. 192. 194 sq. 197. 208. cibos omnes promiscue edendi libertate ne quis cum alterius offensione utatur III. 197 sqq. 206 sqq. 213.

Circumcisio ei Judaeo, qui legi mos. paret, non ei, qui div. legem violat, emolumento est I. 135 sqq. C. vera qua in re lateat I. 137. 140 sqq. circumcisionis fructus I. 221.

Citandum locum qui paullo accuratius constituere voluerunt argumento eum notarunt antiquitus II. 436. — Citandarum vocum ratio et constructio II. 284.

Citatos V. T. locos quosdam quantâ licentiâ mutaverit Paulus I. 176. II. 404. 437 sqq. 452. 455 sq.

Clementia divina qua in re posita et quanta sit I. 348 sqq. 352. a Deo benigne hominibus fidem habentibus donatur, non pietate meretur II. 120. clementiae quantum documentum Deus ediderit II. 343 sq. Ut clementiae suae opulentiam Deus ostendere possit, homini christ. in flagitiis perseverandum esse, sententia detestabilis est I. 355.

Climax I. 258.

Coetus Christianorum romanus I. XIX sqq.

Compendio literarum quaenam vocabula in N. T. codicibus exarentur III. 77 sq.

Concordiam mutuam firmorum et infirmorum Christianorum Paulus efficere studuit III. 149 sqq. 157 sqq. 190 sqq. 202 sqq. 229 sqq.

Concubitus marium cum feminis libidinosi causa I. 295.

Condemnat semet ipsum in eâ re, in quâ quis alterius censorem agit I. 94 sqq.

Confusio duplicis loquutionis I. 34.

Conjunctivi usus II. 183. 405.

Conscientiae descriptio I. 121 sq.

Consecratio detestabilium rerum apud Hebraeos et gentiles usitata II. 248.

Consensu animorum uno ore Deus laudetur III. 231 sqq.

Consolatio malorum e libris sacris petenda est III. 225 sqq.

Constantia in malis perferendis e libris sacris petenda est III. 225 sqq.

Constructio ad sensum I. 116 Constructio praegnans I. 290. II. 8. 165. 193. 250. III. 315.

Contentio hominum an ad messianae beatitatis adeptionem prosit II. 317 sqq.

Continentia quale sit charisma III. 54.

Contumacia a Deo effecta sempiternam miseriam parit II. 325 sq. 338.

Copulam glossatores partim negligere, partim ejus rationem habere solent II. 74. copulam Graeci in trium compositione duobus postremis praeponere solent II. 553.

Corporis nomina II. 62. Corpus nostrum quale sit I. 379. cur peccatorum domicilium nominetur I. 379. 381. corporis perniciosa vis perversitate mentis sublatâ emortua est I. 382. corporis studium inimicitia est in Deum versa et mortem parat II. 113 sq. quorum hominum corpora a Deo in vitam restituantur II. 123. Corpus coeleste et immortale Christianis quo die Christus de coelo revertetur loco terreni et caduci dabitur I. 380. II. 178. Corpus Christi vere humanum, at Peccatus tyrannidi non subjectum fuit II. 96 sq. Corpus hominis aut bestiae per

periphrasin pro homine aut bestiâ I. 384 sq.

Correctiones vulgatae lectionis I. 331. 336. 339. II. 40. 132. 167. 383. 387. 427. III. 311.

Crimina qualia Pauli adversarii sparserint I. 165.

Cruciatus tartarorum I. 296 sq.

Culpam peccatorum quo majorem homo christ. sustineat, eo excellentius sese exserere div. beneficium in improbe factorum veniâ positum, opinio detestabilis est I. 351. 355.

Cultus Christianorum qualis sit III. 19 sq.

Cupiditas prava per legem mos. cognita est II. 34. cur per hanc legem excitetur II. 17. 22 sq. cupiditatum pravarum causa I. 295.

Damnatio ad mortem cur hominibus christ. nulla impendeat II. 105.

Dativi usus I. 225 sq. II. 503. 517 sq. III. 27. 68. 140 sqq.

Davides beatos praedicat homines, quibus Deus peccatorum veniam dederit, an etiam non circumcisos I. 218 sqq.

Decalogi praeceptum sextum prius quam quintum commemoratur apud LXX, Lucam, Paulum, Philonem al. III. 124 sq.

Decretum Dei absolutum de hominibus per Christum beandis II. 196 sqq. 206 sq. 305 sqq. 312.

Delectus beandorum hominum a Deo factus II. 298 sqq. 301 sq. 305 sqq. quid olim effecerit et quid nunc efficiat II. 212. Delectus cogitatio quomodo ab invitationis notione differat II. 538.

Depravatio vulgaris lectionis I. 331.

Deprecationum fructus III. 53. 292. Deprecatio spiritus s. quomodo a Christi in coelum reversi deprecatione differat veterum theologorum judicia II. 189 sq.

Deus Christo major et potentior III. 233 sq. Deo patre excepto nemo neque dicendus neque colendus Deus II. 265. ejus laudes II. 551 sqq. has Paulus doxologiâ saepe celebravit II. 267 sq. mundum condidit Christo administro usus II. 555. Deum mundum gubernare alio modo nos censemus alio veteres censuerunt I. 71. Deus integerrimus quod vult perfectum sit necesse est III. 31 sq. ab ejus nutu voluntateque nulli conditioni adstrictâ omnia pendent II. 199. ejus decreta perscrutari ejusque instituta investigare nemini concessum est II. 554. verax et constans est in promissis I. 154 sqq. justus est I. 156 sqq. omnium hominum judex III. 184 sqq. constantiae et consolationis largitor III. 229. concordiae auctor et promotor III. 315. Deus, quia intimi animorum recessus ei patent, spiritui s. studium pro piis hominibus deprecandi gemitus excitasse non ignorat II. 191 sq. Deum nemo beneficiis ad liberalitatem provocavit, ut munera hominibus divinitus data ἀντίδωρα videri possint II. 555. ejus summa clementia e qua re appareat II. 336. 341 sqq. cur omnes homines morte afficiat I. 300 sq. ei infamia movetur violandâ lege mosaicâ I. 134. cur sic instituerit, ut extraordinaria quaedam per Mosis disciplinam in hominibus excitaretur vetitorum libido II. 37 sq. 44. Deus cur Christum ad homines legaverit II. 99 sqq. 539. quâ solâ ratione legi mos. Christo misso Deus succurrere potuerit II. 101 sq. Deus suum erga nos amorem manifestat Christo pro impiis ad supplicium dato I. 268 sq. 271 sqq. 279 sq. Deus qua re ostenderit hominibus, Peccatum de principatu dejectum esse II. 106. quo consilio Peccatum Christi supplicio in corpore humano Deus interemerit II. 110. Dei gratia Christi supplicio hominibus restituta est I. 280 sq. Deus homines Christi operâ beaturus est I. 328. II. 539. Ju-

daeos non minus quam gentiles II. 544. abundantem aeternae felicitatis spem Christianis benigne largiens III. 248. piis Christianis omnia opitulatur II. 193. in eos majestatem conferet II. 163. cur filii sui formam iis antea decreverit II. 203. Deus (non Christus) vocat s. invitat (ad sempiternam felicitatem) per Christum eosque qui in Christi locum successerunt magistros II. 204 sq. Deus amicus noster est nihilque fingi potest tantâ vi instructum, ut Deum ex amico inimicum nobis reddere queat II. 225. Deum etiam gentiles cognitum habent I. 64. cum figulo comparatur II. 330 sqq. 338.

Diaconorum munus quale fuerit III. 59 sq.

Diligens alterum qua ratione legem mosaicam impleverit III. 123. 126 sqq.

Diei ὁ αἰὼν ὁ μέλλων assimilatur III. 135 sq.

Discipuli magistris dediti quibus formulis indicentur II. 82.

Divinatio vera Dei et spiritus s. ab inani Satanae ejusque satellitum divinatione distinguenda III. 56.

Docetarum opinio vana II. 96 sq.

Doctrina christiana cur mysterium vocetur II. 515 sqq.

Dogmata qualia mysteria appellentur II. 517. quaenam Christianorum dogmata Judaei riserint et detestati sint II. 532 sq.

Dogmaticae explicationis Pauli exemplum III. 183.

Donarium Dei a Christo ad homines perlatum I. 334 sq. 338. 340.

Doxologia I. XXXVIII sqq. 75. II. 260 sqq. eâ Paulus Dei laudes saepe celebravit, Christi nunquam II. 267 sq. 270 sqq. voces in doxologiis usitatae II. 274.

Dubitans utrum pie an impie agas quidquid facias, peccatum censendum est III. 215.

Ebionitarum instituta qualia fuerint III. 152 sq. eorum de Christi et Satanae regno opinio III. 107 sq.

Efficere aliquid Deum et permittere eum ut aliquid fiat Paulus et tota antiquitas confundunt I. 70.

Electionis Dei fructus qualis sit II. 212.

Eliae historia: res in eâ perscripta quomodo a Paulo ad suum tempus applicetur II. 436 sqq. 442 sq.

Ellipsis imperativi ἔστω, ἴσθι al. III. 65 sq.

Epaenetus primus ex Achaeis (Asianis) Christianus III. 303 sq.

Epanalepsis II. 170.

Epexegesis I. 125. II. 86 sq. 164.

Epistola Pauli ad Romanos v. Pauli ad Rom. epist.

Erastus civitatis corinthiacae quaestor III. 317.

Esavus Jacobo subjectus Dei delectu II. 301. 303 sqq.

Essenorum victus qualis fuerit III. 152. 156.

Ethnici v. Gentiles.

Evae libido qua re incensa sit II. 36.

Evangelicorum multi opinionem in Adamo omnes, quippe ejus lumbis inclusos, tum peccasse, quum peccaret Adamus, orthodoxam existimarunt I. 303 sq.

Expiatoria Christi mors I. 249. 253.

Felicitas vitae aeternae omnibus probis hominibus promissa I. 110 sq. v. Beatitas.

Felis ab Aegyptiis consecratus I. 69.

Fides Christo adjungenda qua in re cernatur I. 185. fides cum virtute plane consociata est I. 108. eâ integritas comparatur I. 49 sq. II. 377 sqq. 384 sqq. et Dei favor I. 206 sqq. 252 sq. et beatitas aeterna II. 207. fides et omnium virtutum et sempiternae felicitatis fons est III.

248 sq. eam gignit institutio II. 414 sq. fidei nobis impertitae diversa mensura est III. 41. firmissima prophetis christ. divinitus data est III. 58. fidei complementum professio est II. 397 sqq.

Filii Dei sunt qui a divino spiritu reguntur II. 134 sq. aliquando manifesti reddentur, nunc adoptionem in Dei filios exspectant II. 159.

Firmi Christiani infirmos ne contemnant et offendant, sed caritate complectantur eorumque errores perpetiantur III. 158 sqq. 190 sqq. 196 sqq. 206 sqq. 213. 219. 231 sqq.

Flagitia Venerea I. 76 sqq.

Formae alexandrinae I. 176.

Formulae et sententiae N. T. scriptorum Platonicis cognatae unde haustae sint II. 64. Formulae quibus discipulorum magistris deditorum notio indicatur II. 82.

Futuri usus I. 206 sq. 375. 406. II. 9 sq.

Geennae cruciatus I. 296 sq. ad corpus maxime spectant I. 107. omnes improbos manent I. 111. II. 251.

Gemendo spiritus s. causam piorum Christianorum apud Deum agit II. 184 sqq. quanam de causâ II. 189 sqq.

Genii mali improbos homines instigarunt III. 56.

Genitivus appositionis I. 16 sq. 221. II. 165. 175.

Gentiles naturâ magistrâ legi obtemperant I. 114 sqq. Gentilis divinam legem observantis justitia pluris est in praeputio quam Judaei sine justitiâ circumcisio I. 137. omnino tamen gentiles Judaeis pejores sunt I. 178. Gentilium status cum Judaeorum conditione comparatur II. 542. Gentiles etiam se ad messianam salutem invitaturum esse Deus in V. T. denuntiavit II. 345. Gentiles et Judaei per fidem aeque ad salutem messianam admittuntur II. 400. 403 sq. eorum contumacia et perversitas a Dei efficacitate repetitur II. 539. eorum inobedientiam Deus Judaeorum contumaciâ sanavit II. 538. 541 sqq. 548. quantum fructum gentiles ex Judaeorum contumacium peccato felicitatisque messianae jacturâ perceperint atque ex eorum abundantiâ in recuperatâ Dei gratiâ conceptâque salutis messianae spe positâ percepturi sint II. 463 sqq. 474 sqq. 482. eorum plerique ad Christi sacra accedent II. 466 sq. 474 sq. 478 sq. 514. 519 sq. 530 sq. idque intra proximorum annorum spatium exspectavit Paulus II. 522. 532. 534. Gentiles Judaeorum a Deo repudiatorum locum occuparunt II. 491. 494. 502. illis tamen, qui Christi sacra susceperunt, Judaeos incredulos et Christianos judaicos contemnere non licet II. 500 sqq. Christiani gentiles quantopere a Christianis judaicis diversi fuerint III. 150. Gentilium ad salutem vocatio benevolentiae laudem Deo peperit III. 238 sqq. Gentiles ad Deum adducti sacrificio incruento quod Apostolus ut sacerdos consecraverit assimilantur III. 257 sqq. Gentilium pars et pagani in universum quomodo in Pauli sermone distinguantur I. 114. cf. Pagani.

Gladius insigne juris vitae et necis III. 115.

Glossatores partim copulae rationem habere partim copulam negligere solent II. 74.

Glossemata I. 201. 220. 247. 281. 297. 318. 334. 338. 357. 361. 396. 402. II. 10. 19 sq. 36. 40. 101. 120. 182. 184. 361. 372. 432. III. 15. 66. 138. 168. 181. 184. 188. 228. 249. 281. 291. 295. 297. 307.

Graecitas senescens obtundit verborum acumina II. 357.

Gratias agere per Jesum Christum I. 24 sq.

Hagar cum Sarâ comparata II. 288.
Hebraei Deum patriarchas tanto amore amplexum esse putarunt, ut ei ceteri homines prae illis sorderent II. 536.
Hebraismi N. T. scriptoribus falso obtrusi I. 281. 367. II. 9. 70 sq. 517.
Hellenistae in multis vocabulis paenultimam syllabam longam male corripuerunt I. 107.
Hereditas liberis necessario ventura II. 147.
Hermes III. 308.
Herodion III. 307.
Hierosolymariorum Christianorum beneficio doctrinae divinae obligati Macedones et Achaei illorum egestatem pecuniis sublevarunt III. 287 sqq.
Hispania cur Pauli tempore peridonea fuerit, in quâ Christi doctrina traderetur III. 286.
Homines mendaces putandi sunt I. 156 sqq. homines ad perniciem destinatos cur clementer Deus tulerit poenae irrogatione procrastinatâ II. 336. 341 sqq. homines a christ. disciplinâ alienos Christus de coelo reversus sempiternis tartarorum tormentis tradet II. 155. 157. 251. hominibus a Deo delectis neque vita sempiterna a quoquam eripi potest, neque Dei amor II. 211. 217 sq. hominum contentio num ad messianae beatitatis adeptionem prosit II. 317 sqq. Hominum cum vasis figlinis comparatio II. 330 sqq. 338. Homo i. q. indoles homini maxime peculiaris I. 376.
Honestas nonnullos eodem fert quo fides in Christo reposita I. 109. Honestatis minister est, qui ei obsequium pollicitus est I. 412. eam tanto studio baptizatos complecti oportet, quanto antea improbitatem complexi sunt I. 422 sq. honestatis et turpitudinis electio studiumque in hominum potestate est II. 199.
Humanae mentis inventa Paulus manca et inania pronuntiat I. 67.
Ibis ab Aegyptiis consecratus I. 69.
Ignem hepatis quo sensu Arabes commemorent III. 99.
Immittere aliquid Deum et permittere eum ut aliquid fiat Paulus et tota antiquitas confundunt I. 70.
Immortalitas beata nemini dabitur nisi pio Christiano II. 157.
Imperativorum ἴσθι, ἔστω al. ellipsis III. 65 sq.
Imperfecti temporis usus II. 245.
Impietas mortem affert I. 411.
Improbos homines Christus de coelo reversus sempiternis tartarorum cruciatibus tradet II. 121. 125. 155. 157.
Indicativi usus I. 172 sq.
Infinitivus epexegeticus I. 82. Inf. num imperandi vim habeat III. 21. 85 sq. Inf. in oratione affirmativâ quomodo resolvendus sit I. 132. Infinitivus praeposito μή a verbo dicendi suspensus quomodo in orationem absolutam resolvendus sit I. 132.
Infirmi Christiani firmos ne impietatis postulent, sed caritate complectantur III. 158 sqq. 190 sqq. 231 sqq.
Inimicorum injuriae beneficiis repensandae sunt III. 98 sqq.
Innocentia v. Integritas.
Innumerabilia arenam aequare Hebraei, Graeci et Romani affirmant II. 347 sq.
Insectatoribus bona optanda sunt III. 84 sq.
Instituta aliorum amice ferenda sunt III. 172.
Institutio gignit fidem II. 414 sq.
Integri Christi demum judicis sententiâ cognoscentur I. 344. Integrum sit necesse est quod Deus integerrimus vult III. 31 sq.
Integritas Deo placens unde nascatur et quomodo palam facta sit I. 45 sqq. 184 sqq. a Deo per Jesum Christum hominibus donatur I. 335. 338. 344. eam assequitur fide Christo addictus I. 45 sqq. II. 355 sqq. 377 sqq. 384 sqq.

Interitus mundi qualis futurus sit II. 153.
Interpolationes I. 29. 83. 87 sq. 90. 217 sq. 236 sq. 242. III. 205. cf. Glossemata et Suspectae voces.
Interpolatis in locis summa esse solet codicum discrepantia II. 446.
Interpretamenta I. 404. III. 292. 296.
Interpretatio allegorica v. Allegorica interpretatio.
Interpretes graeci quas ob causas diligenter conferendi sint III. 27.
Invitatio Dei (ad sempiternam felicitatem) quomodo peragatur II. 204 sq. Invitationis notio quomodo a delectus cogitatione differat II. 538.
Ira Dei I. 53. 55 sq.
Isaacus verorum Abrahamidarum pater II. 284 sqq. 290. 292 sq. ejus filiorum delectum Deus habuit II. 301.
Israelitae a Deo diliguntur propter patriarchas II. 536 sqq. tanquam adoptione filiorum Dei jura possident II. 187. 256 sq. at non omnes Israelitae Israelitarum jure ornati sunt II. 283. quâ de causâ legem, quae integritatem afferret, non adepti sint II. 363 sq. 366. Israelitae a Deo delecti messianae salutis participes facti sunt, ceteros Israelitas ad tempus contumaces Deus reddidit, qui salutem contemnerent, minime vero totam nationem israeliticam Deus rejecit II. 431 sqq. 443 sq. 446 sqq. 450 sqq. 459 sqq. 462 sqq. 491. 494 sq. 518 sq. 543 sq. 548. quo consilio Deus permultos Israelitas obstinatos reddiderit, ut Christo nullam fidem haberent II. 459 sq. 462 sqq. 520. 531. 535. 538 sqq. 543 sq. 548. et quousque hi a Deo in contumaciâ continendi sint II. 466 sq. 474 sq. 478 sq. 522. 531. 534. 548. et quando istorum contumacium Israelitarum in divinam gratiam receptio speranda sit II. 466 sq. 474 sq. 478 sq. 514. 519. 530 sq. et qua ratione perficienda II. 483. 528 sqq. Horum contumaciae Deus paganorum obedientiâ medebitur II. 538. 540 sqq. 548. Hanc totius populi ad sacra christ. transitionem intra breve proximorum annorum spatium exspectavit Paulus II. 522. 532. 534. Hujus populi ad sacra christ. transitio num vere speranda sit II. 532 sq. Israelitae cum oleâ comparantur II. 490 sqq. et Israelitarum a Deo repudiatorum in gratiam receptio cum defractarum nobilis oleae virgarum in suam arborem insitione comparatur II. 511 sqq. cf. Judaei.
Itala translatio recensetur I. 15.
Iteratio notionum gravissimarum I. 336.

Jacobus Esavo superior Dei delectu II. 298. 301. 303 sqq.
Jason III. 316.
Jehova qualis ab Hebraeis cogitatus sit I. 71.
Jesuitarum dogma de utilitate multorum peccatorum I. 355.
Jesus qua voce preces suas exordiri consueverit II. 139 sq.
Johannes quatenus a nonnullis apostolis dissentiat II. 146. ejus de Christo judicium II. 264 sq.
Josephus Philone doctior I. 192.
Jota adscriptum pro ν saepissime scribitur III. 113.
Judaeus verus quis sit I. 137 sqq. origo et vis nominis Judaeorum I. 127. Judaeis egregia jura ut Israelitis data II. 256., eorum decus est, quod iis oracula de Messiâ Deus dedit I. 153 sq. Judaei gentilibus meliores I. 178. gentiles contemnunt I. 93. horum magistros agunt I. 129 sqq. Judaei et gentiles per fidem ad salutem messianam admittuntur II. 400. 403 sq. Judaeos probos amplissima praemia, improbos potissimum summa miseria manent I. 108 sqq. cur miserrimi sint II. 72. 77 sq. Judaei temere ad quae mala voluntas et pravarum cupiditatum ardor compellebat perpetrarunt II. 50. Hujus gentis conditio qualis sit

II. 284 sqq. exteris magistratibus inviti paruerunt III. 106. Judaeorum de Adami scelere et mortis interitusque omnium hominum causâ opiniones I. 294 sqq. v. Israelitae.

Judaici Christiani quantopere ab ethnicis Christianis diversi fuerint III. 150. Judaici magistri qua re in multis coetibus christ. turbas excitaverint III. 311. 315.

Judex in aliis reprehendens quod ipse perpetrat, sibi ipse adversatur et stolide agit I. 94 sq.

Judicare alterum cur non liceat Christiano III. 166 sqq. 184 sqq. 190.

Judicium Dei de hominibus habendum I. 166 sq.

Julia III. 309.

Junia (Julia) Pauli cognata III. 305 sq.

Justificatio I. 45. ejus emolumenta I. 47 sq.

Lacus ignitus I. 296 sq.

Lectiones N. T. aut ex calami errore aut malâ correctione scribarum aut glossemate ortae I. 168 sq. 201. 206 sq. 213. 248. 331. 336. II. 132. 134 sq. 167. 172. 383. 387. 427. III. 205. 286. 311. 315. e conformatione ortae II. 18 sq. ad LXX. effictae I. 176. lectiones diversae conflatae II. 507. 509. suspectae II. 255.

Lesbides prodigiosae Veneri dediti I. 76.

Lex mosaica divinae originis est I. 134. eam summo honori atque emolumento Judaei sibi duxerunt I. 128. 130 sq. 134. cur lata sit I. 346 sqq. 352. haec lex homini usque ad ejus mortem imperat II. 7. cur pravos appetitus excitet II. 17. 22 sq. 34. 37 sq. 41 sq. cur ab hominibus legem Peccatus et Mortis depellere nequiverit II. 105 sq. sed peccata auxerit I. 334. 346 sqq. II. 32 sq. 92. et vim mortis II. 41. qua ratione mortem hominibus apportaverit II. 25. Haec lex homines in arctam quandam custodiam inclusos vinctosque nervo continuit, donec venisset Christus salutis per fidem obtinendae auctor II. 21. qua ratione Deus Christo misso huic legi succurrerit II. 101 sq. Dei mandatu a Christo abrogata fidesque in ejus locum suffecta est II. 12 sq. 15 sqq. 377 sqq. 384 sq. 387 sq. 394 sq. Legis mos. imperium cum matrimonii vi comparatur II. 7 sqq. Legem ritualem et moralem Mosis neque Paulus neque Judaei discriminarunt I. 179. Lex vitalis spiritus homines christ. a lege Peccatus et Mortis liberavit II. 107. 117 sq. Legem, quae integritatem afferret, cur Israelitae non adepti sint II. 363 sq. 366.

Libertate an homines orbati sint Dei decreto II. 197 sqq. 207. Libertate suâ omnia promiscue edendi bibendique Christiani ita utantur, ut infirmum fratrem non offendant III. 197 sqq.

Libido Venerea legibus naturae repugnans I. 76 sqq. Libido vetitorum extraordinaria quaedam cur per legem mos. excitata sit II. 37 sq.

Librariorum errores II. 445 sq.

Linguis exteris prophetae christiani divinitus secum communicata eloquuti sunt III. 56.

Litotes I. 243.

Lucius III. 316.

Lustrationem servorum significantes phrases rabbinicae I. 360 sq.

Lutheranorum de praedestinatione dogma quale sit II. 548 sq.

Magistratibus divinitus constitutis obedientia praestanda est III. 103 sqq. 110 sqq. 116.

Magistri (οἱ διδάσκαλοι) quibus notis a prophetis christianis differant III. 56 sq. 60.

Majestatem sempiternam Deus contulit in eosdem, quos insontes declaravit II. 206.

Mala acerbissima v. Casus acerbissimi. Mala praesentis temporis pondere destituuntur, si cum futurâ beatitate recte conferuntur II. 148. 150.

Male facta in mortem desinunt I. 428.

Marcion I. XLVI sqq.

Marcus aramaicis vocibus afferendis valde sibi placet II. 139.

Maria de Paulo bene merita III. 305 sq.

Masorethae voces quasdam falso scribunt I. 192.

Matrimonii leges II. 7 sqq.

Mentis humanae inventa manca et inania sunt I. 67.

Messiae nomina Judaeis sollemnia I. 318 sq. II. 269. qualem Messiam Judaei exspectaverint I. 229 sq. M. quum V. T. oraculis, tum Abrahamo promissus I. 230.

Messianum regnum quando et qua ratione incipiat II. 484. non cibo et potu, sed honestate, concordiâ et animi hilaritate a spiritu s. excitatâ paratur III. 203 sqq. quale seriores Judaei exspectent II. 152.

Metaschematismus II. 24.

Metonymia rei pro rei causâ II. 31.

Minister ejus es, cui obsequium pollicitus sis aut quem tibi dominum praeposueris I. 412 sqq.

Misericordia Dei aeternam felicitatem gignens quibus a Deo tribuatur II. 325.

Modestia vera qualis sit III. 39. ejus commendatio III. 87.

Monarchiani personarum divinarum discrimine sublato Deum et Christum confuderunt II. 263.

Monitores (οἱ παρακαλοῦντες) quibus notis a prophetis christianis differant III. 57. 60.

Mors, peccatorum poena, ad omnes homines pertendit, quia omnes peccaverunt I. 300 sq. 318. 321. II. 25. uno Adami facinore in homines derivata est I. 292 sqq. 300 sqq. 332. 335. 338 sqq. 344. qua ratione homines a Mortis lege liberandi fuerint II. 92. Morte physicâ peccata puniuntur, Christus autem peccatorum veniâ illam mortem in sempiternam vitam convertit II. 38 sq. Mors Christi expiatoria I. 249. 253. Mors in Christum, qui resurrexit, non amplius dominatur I. 392 sq. 395. Mors altera ejusque domicilium I. 296 sq. Damnatio ad mortem cur hominibus christ. nulla impendeat II. 105. Mors Christianorum ad Christum referenda est III. 176 sqq. Mors imaginaria II. 12 sq. 16.

Mortuos esse homines non propter sua peccata, sed ob Adami facinus, falsa opinio est Paulo obtrusa I. 321 sq. Mortuo vetere homine baptizatus non peccat I. 387 sqq. qui mortui sunt cum Christo, etiam cum eo victuri sunt I. 389 sqq.

Mosaica lex v. Lex mosaica.

Moses cur ante Christum legatus sit I. 346.

Mulieres in sacris conventibus silentium obtinere cur Paulus jusserit III. 57.

Multiplicata sunt peccata per legem mosaicam, ut multorum peccatorum venia per Christum dari posset I. 334. 346 sqq.

Mundum Deus condidit Christo administro usus II. 555. Mundum post nefarium Adami facinus in deterius a Deo mutatum esse seriores Judaei et Paulus existimarunt II. 151 sq. 161. Mundus Adami culpâ mortalis redditus sperat, fore se aliquando immortalitatis Dei filiis destinatae participem II. 163 sq. 166 sq.

Musica instrumenta funibus et filis antiquitus intenta sunt II. 418.

Narcissus III. 307.

Naturâ magistrâ gentiles legi obtemperant I. 114 sqq. Natura rerum propter Adami maleficium in deterius mutata et post Christi de coelo reditum a Deo renovanda est II. 153. 155. Natura pariter atque homines mortalis reddita non minus immortalitatem recuperatura est quam homines II. 165.

Neria III. 309.

Neutrum de personis quando collocetur I. 239.

Nocti ὁ αἰὼν οὗτος assimilatur III. 135 sq.

Noëti haeresis II. 263.

Nomen rectum a regente nonnullorum vocabulorum interpositione divulsum II. 331. Nomina quibus de causis repetantur II. 266. Nominum mutatio apud Judaeos usitata I. XI.

Nominativi usus apud Graecos III. 11 sq.

Notio, quae in contextu est, a vocabulorum notione distinguenda I. 94. Notionum gravissimarum iteratio I. 336. Notiones universales in graecâ et hebraicâ linguâ numero multitudinis exprimuntur III. 6.

Novitatem vitae ut haberent, baptizati Christi exemplo sepulti sunt I. 365 sq. 368 sq. 371 sqq. 387 sqq.

Novus homo I. 376.

Numeri variatio subita I. 163.

Numinum imagines a plebe cum numinibus confunduntur I. 69.

Obedientiae Deo praestandae ministri sumus, quum facimus Deo obedientibus decora I. 413 sq.

Obtemperationem div. legi a Christo praestitam τοῖς πιστοῖς imputari dogma est absurdum I. 341. 343.

Olea quantum ab oleastro differat II. 497.

Oleastri nomina Graecis usitata II. 496 sq. ejus taleae inseruntur oleae, ut hanc foecundent, non, id quod Paulus contendit, ut olea oleastri taleis prosit II. 498.

Olympias III. 309.

Omissae a librariis voces aut per negligentiam aut de industriâ I. 254.

Omnes homines peccatores I. 178. ob sua facinora ad mortem divinitus dati sunt I. 318. 321.

Operculum arcae foederis quid adumbret I. 190 sqq.

Orci cruciatus I. 296 sq.

Osculatione veteres Christiani fraternum amorem significarunt III. 310.

Oxymoron I. 61.

Paederastia I. 77 sqq.

Pagani in universum et gentilium pars quomodo in Pauli sermone distinguantur I. 114. Paganis aeque ac Judaeis, si improbe vivunt, gravissimae poenae, si honeste vitam agunt, amplissima praemia parata sunt I. 108 sqq. Paganorum familia cum oleastro et pii pagani cum oleastri ramulis oleae insitis comparantur II. 495 sqq. v. Gentiles.

Parentheseos exempla I. 35. 287.

Paronomasiae I. 81. 83. 87. II. 111. 472. III. 37. 214. 301. iis Paulus valde delectatur I. 156. II. 472. 495.

Participia suppresso verbo substantivo pro verbo finito I. 281 sq. Participiorum Praesentis et Futuri post verba motus notio III. 287. Participii cum Articulo usus II. 212 sq. Participium Praesentis cum Articulo Substantivi notionem complectens I. 337.

Passivum reflexivâ vi III. 22.

Patriarchas quanto Deus amore amplexus sit II. 536. illi ipsi Deo sacri et accepti sunt, at plurimi posteri eorum Dei caritatis ad tempus jacturam fecerunt, in tempore autem in eam recipientur II. 490 sqq. 503. Patriarchae, beatae familiae conditores, etiam gentilium in eorum familiam insitorum beatitatis auctores sunt II. 500.

Pauli apostoli vita I. IX sqq. tum Judaeorum tum gentilium apostolum se esse praedicat II. 475 sqq. cur imprimis gentilium apostolus appelletur III. 251. eum nullus apostolus animo a praejudicatis opinionibus libero superavit III. 220. paronomasiae studiosissimus fuit II. 111. etiam symbolicâ et dogmaticâ expli-

catione utitur III. 183. locos quosdam V. T. magnâ cum libertate affert I. 176. II. 404. 437 sqq. 452. 455 sq. num idoneus Mosis interpres sit II. 389. de Adamo loquens tum sibi tum cum Geneseos scriptore convenit I. 292 sq. ejus de Christo judicium II. 264 sqq. per quasnam res homines ad Christi sacra invitaverit eosque in doctrinâ christ. confirmaverit III. 269 sqq. Licet ei gloriari ut Christi sacerdos, quod ad sacerdotii sui ad gentiles Deo consecrandos pertinentis administrationem attinet III. 260 sqq. multum enim spatii ut doctrinam div. suppleret emensus est III. 274 sqq. ut eam iis hominibus, quibus Christus non innotuisset, magno studio traderet III. 278 sqq. 285. quibus causis ab itinere romano retardatus esse possit III. 281. quibus rebus ductus se Romanos iter per Romam in Hispaniam facturum mox visurum esse speret III. 281 sqq. 287. cur autem prius sibi iter Hierosolyma dirigendum sit III. 287. 289 sq. — Paulus modo tres modo duas hominis partes distinxit II. 62. diversis locis in repugnantes sententias incidit II. 317. 325 sqq. 338. de tempore erravit, quo Christi sollemnis de coelo reditus, vitae sempiternae primordia et populi judaici ad sacra christ. transitio eventura sit II. 522. 532. argumentatio aliquis vitiosa II. 474 sq. ejus sententia, Deum paganorum renisum Judaeorum contumaciâ sustulisse, Judaeorum contumaciam paganorum obsequio sanaturum esse improbanda quidem II. 544 sq. 548 sq. attamen excusanda II. 549 sq.

Pauli ad Romanos epistolae authentia I. XXIV sqq. argumentum I. XXVII sqq. cur a Paulo scripta sit I. XXIX sq. quanti facienda sit I. XXXI sq. quo tempore et loco scripta sit I. XXXII sq. quâ linguâ scripta sit I. XXXIII sqq. de ejus integritate I. XXXV sqq.

Pax cum Deo servata gignit vitam sempiternam II. 112. pacem cum Deo habemus per Christum I. 252 sqq. pacis commendatio III. 93.

Peccandi licentiam qui sibi sumit, hominem christ. exuit I. 411. Peccandi necessitatem Adami facinore generi humano impositam esse Paulus non contendit I. 300 sqq.

Peccatum censendum est quidquid judicio mentis non satis certo patretur III. 215. Peccatum per unum natum est I. 332. 334 sq. Peccatum originis s. originale I. 291 sq. 303. Peccatorum omnium incitamenta a corpore Paulus repetiit I. 381 sq. Peccata in mortem desinunt I. 428 sq. nonnisi per legem mosaicam cognitum est II. 34. sine hac lege peccato vita et vis et nervi desunt II. 36 sq. ut peccatorum abundantia esset, illa lex lata est I. 334. 346 sqq. 352. per eam peccata mirum in modum aucta sunt II. 39. peccatum per hanc legem tantam in Judaeos vim nactum est, ut Peccatus mancipia viverent II. 67. ejus servus est, qui ei obsequium pollicitus est I. 412 sqq. Peccata ab Israelitis commissa quando demum condonata sint II. 526 sq. Peccatum per legem mos. hominibus mortem apportavit II. 25. A peccati potestate baptizatus liberatus est I. 387 sqq. 398 sq. 418 sqq. Peccatorum, quae quis priusquam in Christi disciplinam se tradidit commisit, veniam Christus peperit; sed quae in Christi coetum receptus male fecerit, eorum poenas a Christo judice integras feret I. 352. quare peccato in nostro mortali corpore potestas non permittenda est I. 398 sqq.

Peccatus numen (peccatis propitium numen) fingitur, quod regiam sellam in corporibus habuerit II. 41 sqq. 53. 67 sq. per

interdictum homines tum ad peccandum pellexit, tum per peccata in orcum praecipitavit II. 42. hoc numen, non Mosis interdictum mortem hominibus creavit II. 44. e Peccatus, qui non solum in Judaeos, sed etiam in homines christ. dominatus fuerat, potestate qua ratione homines erepti sint II. 92. 95. qua re Deus hominibus ostenderit, Peccatum de principatu dejectum esse II. 106.

Pelagianorum de Adamo et Christo expositio evertitur I. 343.

Percontatio unaquaeque negationem continens continuo confirmatur II. 214.

Perfecti temporis usus I. 395.

Permittere Deum ut aliquid fiat et immittere eum aliquid Paulus et tota antiquitas confundunt I. 70.

Persis III. 308.

Persona vetus v. Vetus persona.

Perturbationum animi originem tota fere antiquitas a corpore repetiit I. 381.

Pervicaces quosnam Deus reddat II. 325 sqq.

Pharaonis historia quid doceat II. 320 sqq. 335 sqq.

Pharisaeorum nomen I. 6.

Philo hebraice parum doctus I. 191.

Philologus III. 309.

Phlegon III. 308.

Phoebe Romanis commendatur III. 300 sq.

Pie sentiendum est Christianis III. 20.

Pietas animi nos pios efficit dignosque reddit, quos alii recte venerentur, non usus cultusque vitae, qui mentis errore niti potest III. 172. Pietatis obsequium veram libertatem affert I. 421. et vitam sempiternam I. 411. Pietati emancipati sunt qui baptismo a peccato in libertatem vindicati sunt I. 418 sqq.

Placere alteri quisque nostrum studeat quod ad honestum attinet, ut alterius salus augeatur III. 221 sq.

Pluralis vi impersonali positus II. 405. ejus usus ad notiones universales exprimendas in graecâ et hebr. linguâ III. 6.

Posse significantium vocum structura II. 278.

Praedestinatio Dei quos homines beaturus et quos contumaces redditurus sit II. 197 sqq. 206 sq. 333. 338. 340. 344.

Praedicatum Substantivo indicatum I. 367 sq.

Praegnans constructio v. Constructio praegnans. — Praegnans loquutio II. 8.

Praeputio nihil spurcius Judaeis I. 135 sqq. 140 sq. Praeputium animi circumcidere I. 141.

Praesentis temporis significatio II. 287. ejusque usus III. 22.

Praeterita quid significent I. 254.

Preces suas qua voce Jesus exordiri consueverit II. 139 sq.

Principes divinitus constituti III. 104 sqq.

Prisca (Priscilla) Pauli in tradendâ Christi doctrinâ adjutrix I. XXXVII. III. 301 sqq.

Probitas morum quem fructum habeat II. 120.

Professio est fidei complementum II. 397 sqq.

Prolegomenorum conficiendorum optima ratio I. IX.

Promissum Dei cur ad irritum ceciderit I. 233.

Pronomina omissa III. 29. — Pronomina personalia et demonstrativa tum per negligentiam iterari solent, tum de industriâ II. 58 sq. — Pronomen possessivum potestatem Genitivi Objecti habens II. 541.

Prophetae christiani quales fuerint III. 55 sq. quibus notis ab apostolis, magistris et monitoribus differant III. 56 sqq. a pseudoprophetis distinguendi III. 56.

Prophetia quale sit charisma III. 54.

Proselyti nomen apud Judaeos I. 377.

Prosopopoeiae exempla I. 289. 291 sq. 346. 352. 398 sqq. 412 sq. 423 sq. II. 5. 32 sqq. 41 sqq. 48. 51. 66. 71. 77. 88. 150. 154. 159. 164. 321. 376. 384.

Prunas cordis quo sensu Arabes commemorent III. 99.

Pseudoprophetae a veris prophetis distinguendi III. 56.

Pugio potestatis insigne III. 115.

Pythagoraei cur carnes repudiarint III. 151. 154 sq.

Quartus III. 317.

Rabbinorum opiniones de Adami facinore I. 294 sq. de alterâ morte I. 297.

Rationis nomina II. 61 sq. quid de ejus degeneratione Paulus judicaverit II. 62.

Rebeccae oraculum de filiis a Deo datum II. 289 sqq. 297. 300 sqq. 305.

Recens homo I. 376.

Reditus in vitam similitudine Christo cognati erimus, si ei cognati exstitimus similitudine, quae ejus mortem complexa est I. 371 sqq.

Reformatorum de praedestinatione dogma quale sit II. 548.

Reges divinitus constituti III. 104 sq.

Regnum Dei non a cibo potuque, sed a pietate dependet, quamobrem omnia promiscue edere et bibere licet, at caveamus, ne infirmum Christianum libertas nostra offendat III. 197 sqq. Regnum messianum v. Messianum regnum. Regnum incorrupti judicii piis Christi alumnis portenditur I. 338.

Renatorum et nondum renatorum hominum discrimen III. 30.

Renovatio mundi qualis exspectetur II. 153 sqq. et quando II. 159. 163 sq.

Repugnantia de Deo docentur II. 317. 325 sqq. 338.

Restitutio mundi in integrum Dei filiis post Christi de coelo reditum promittitur II. 153. 155. 161.

Resurrectio Christi I. 12 sqq.

Reviviscent non solum pii Christiani, sed etiam impii cujusvis generis homines II. 124 sq.

Romanorum Christianorum coetus I. XIX sqq. quam numerosus fuerit Pauli tempore III. 303. Romani sine Pauli interventu Christiani facti ut perfecti Christiani essent a Paulo, gentilium apostolo, accurate instituendi, graviter admonendi et spiritus s. dotibus augendi erant III. 259 sq. 285. 291 sq. a Paulo laudantur ut hortatore non egentes III. 251. cur Paulus hoc fecerit III. 253. cur impense a Paulo admonendi essent, ut magistratus honorarent III. 106 sq. eos Paulus hortatur, ut a malis doctoribus declinent III. 311 sqq. Romani Christiani firmi et infirmi quibus opinionibus inter se differant III. 149. 163 sqq. quarum gentium fuerint III. 149. 153 sq. quaenam eos rationes ad vitae institutum, quod sequuti sint, perpulerint III. 150 sqq.

Rufus III. 308.

Sacratio v. Consecratio.

Salutem hominum Paulus a quodam Dei consilio repetit, quod ab aeterno initum Christi operâ exsequutus sit II. 195. hanc Christi operâ partam Deus omnibus hominibus proposuit I. 341. Salutis dicendae formulae I. 21 sqq. cf. Beatitas.

Sanctitatem suam qua ratione et cur Deus manifestaverit I. 200 sqq. Sanctitas Christi hominibus non imputatur I. 341. 343. Sanctitatis minister est, qui ei obsequiosum se praebet I. 412.

Sanguinis hostiarum caesarum vis lustralis I. 274.

Sapientia hominum manca et inanis I. 67.

Sara cum Hagare comparata II. 286. oraculum illi de filiis datum II. 288. 290. 292. 297. 305.

Satanas tempus, quod Messiâ nondum in terrarum orbem reverso labitur, moderatur III. 23., quocum Ebionitarum opinio Satanae a Deo τὸν αἰῶνα τοῦτον subjectum esse consentit III. 107 sq. postea vero cum satellitibus suis a Messiâ sempiternis geennae ignibus cruciandus tradetur III. 24. Satanas per judaicos magistros discordias serens III. 315.

Satisfactio Christi I. 341.

Scribae solent, quum in duplicem scripturam inciderint, verba, de quibus dubitatur, adulterina esse rati, neutram exprimere I. 402.

Selecti a Deo homines v. Delectus.

Sententiae et formulae N. T. scriptorum Platonicis cognatae unde haustae sint II. 64.

Sentiendum pie est Christianis III. 20.

Septuaginta interpretum translatio v. Alexandrina translatio.

Sepulti sunt Christi exemplo baptizati, ut novitatem vitae haberent I. 365 sq. 368 sq. 371 sqq. 387 sqq.

Serpentes venenati ab Aegyptiis consecrati I. 69.

Servum obsequiosum cui te praebeas, ei est tibi mos gerendus et quidem aut Peccato aut Sanctitati I. 412 sqq.

Societatem arctam baptizati cum Christo coiverunt I. 371. Societas ab hominibus certâ de causâ inita cum corpore humano ejusque membris comparatur III. 41 sqq.

Solatium v. Consolatio.

Sorites II. 407.

Sosipater III. 316.

Spes beatae vitae non fallit propter Dei erga nos amorem I. 259 sqq.

Spiritus Dei et sp. Christi non differunt II. 116. Spiritus sancti divina natura II. 128. etenim Spiritus s. Paulo non vis, sed natura divina est III. 293. Spiritus s. ratio cur alia in Christo fuerit, alia ejus in hominibus christ. ratio sit II. 130. Spiritus s. in Christi discipulis fixam sedem collocavit; hoc spiritu destituti Christi discipuli non sunt, eosque manet mors II. 53. 114 sqq. a Deo Christi beneficio nobis impertitus est, qui corporis libidines reprimeret et virtutis studium accenderet I. 380. eorum, in quibus habitat, corpora mortalia in vitam reducet II. 129. piorum Christianorum imbecillitatem adminiculatur eorumque causam apud Deum agit suspiriis mutis II. 181. 185 sqq. Spiritus s. omnibus piis Christianis parce in hac vitâ, cum maximâ autem largitate τὴν δόξαν adeptis impertitur II. 174 sqq. Spiritus s. dotes acceptas referunt homines christ. fidei, cujus auctor Christus exstitit II. 116. Quoscunque Spiritus Dei regit, ii Dei filii sunt II. 134 sq.

Stachys III. 307.

Stare significantium verborum notio firmitatis et perseverantiae I. 255.

Stoicorum termini technici I. 82.

Structura v. Constructio.

Substantiva de verborum, unde derivata sunt, ratione struuntur I. 194 sq. 365. Subst. in —ᾶς exeuntia III. 306 sqq. Subst. abstracta in — σύνη exeuntia I. 10.

Suspectae voces I. 244. 246 sq. 263 sqq. 358. II. 255.

Syllaba vocis media a librariis saepe neglecta est III. 253.

Symbolicae explicationis Pauli exemplum III. 183.

Synonyma librarii confundere solent III. 158. 285.

Syriaca Pauli ad Romanos epistolae translatio recensetur I. 4 sq. 14 sq. 28. 69. 87. 138. 223. 236. 263. 268. 273. 312. 331. 339. 387. 423. II. 56. 61. 85 sq. 208. 228. 329. 334. 455. 471 sq.

513. III. 16 sq. 58. 97. 116. 135. 192. 304 sq.

Targumistarum translatio recensetur I. 192.

Tartarorum cruciatus I. 296 sq. ad corpus maxime spectantes I. 107. omnes improbos manent I. 111.

Tempus quomodo a Judaeis divisum sit III. 22 sq. Tempori qua ratione serviendum sit III. 73 sqq.

Tertius Pauli amanuensis III. 316.

Theologia judaica in relligionis christ. commendationem translata II. 6.

Tormenta orci I. 296 sq.

Torporis spiritus qualis sit II. 452 sq. 456.

Transpositio contextae orationi e margine illata II. 246. Transpositionis verborum exemplum III. 288.

Tributa cur magistratibus solvenda sint III. 117 sqq.

Tryphaena III. 307.

Tryphosa III. 307.

Turpitudinis et honestatis electio studiumque in hominum potestate est II. 199.

Urbanus Pauli in tradendâ Christi doctrinâ socius III. 307.

Variationis numeri exempla I. 163.

Velare peccata I. 219.

Venereae res legibus naturae repugnantes I. 76 sqq.

Veracitas Dei ex eo elucet, quod Christus Judaeos in amicitiam recepit III. 238.

Verba actionem declarantia, quâ aliquid effectum reddere tentes, cum εἰ, ἤν, εἴ πως, ἤν πως conjuncta quid significent II. 478. — Verba curandi c. Genit. et c. Acc. consociantur III. 92. — Verborum graecorum et hebr. imperium denotantium constructio I. 313. — Verborum quae stare significant firmitatis et perseverantiae notio I. 255. — Verba videndi cum Participio copulantur II. 66. — Verborum in —όω exeuntium vis I. 47. II. 324. — V. in —ύνω exeuntium vis II. 324. — Verba, quae veteres aut cum Infinitivo aut cum Participio copulaverant, praesertim seriores scriptores cum ὅτι consociare maluerunt II. 278. — Verba duo finita per καί conjuncta pro verbo finito seq. Participio II. 425. — Verbum finitum et ejusdem verbi Participium saepe componuntur III. 291. — Verba, quorum vel formam vel sedem dubiam esse viderint, scribae inconsiderate negligere solent III. 278. — Verborum adulterinorum exempla v. Interpolationes.

Vetus homo I. 375 sq. 387. — Veterem personam deponere, cruci suffigere I. 375. 377 sq. 389. — Veteris Testamenti scripta divinitus consignata sunt III. 224 sqq.

Vexatoribus fausta optanda sunt III. 84 sq.

Victu eo nos abstineamus, quo frater noster, quum infirmus sit, offendi possit III. 197 sqq. 206 sqq. 213.

Victuri sunt cum Christo, qui cum eo mortui sunt I. 389 sqq.

Vindicta Deo permittenda est III. 94 sqq.

Vinum permulti repudiarunt III. 151 sqq. 209. Vino nos abstineamus, si frater noster, quum infirmus sit, offendi possit III. 209. 213.

Vita Christianorum Christo consecranda est III. 176 sqq. Vita nova baptizatis agenda est I. 365 sq. 368 sq. 371 sqq. 387. 389. Vitae beatae spes unde petenda sit III. 225. 227 sqq.

Vita sempiterna I. 296 sq. τοῖς δικαιωθεῖσιν per Christum assignatur I. 335. 339. 344. 428. certissimus enim fructus τῆς δικαιοσύνης est II. 206. pace cum Deo servatâ gignitur II. 112. piis Christianis a nemine eripi potest II. 214 sq. Quando vitae sempiternae initium futurum sit II. 484. hoc prope abesse Paulus credidit II. 522. 532.

Vitiositatem hominum arctissimo vinculo cum Adami vitiositate a Paulo copulari falsum est I. 301 sq.

Vocatio Dei (ad sempiternam felicitatem) quomodo peragatur II. 204 sq.

Voces suspectae v. Suspectae voces.

Voluntas hominum mala per div. interdictum pravas cupiditates genuit, unde peccata nata sunt II. 35. 41.

Vulgata Pauli ad Romanos epistolae lat. translatio recensetur I. 15. 331. III. 164.

Zeugma I. 31.

III.

INDEX VOCUM EXPLANATARUM.

A) GRAECARUM.

α et ει a librariis confunduntur I. 311.
ἀββᾶ II. 139 sqq.
ἀγαθός I. 270 sq. τὸ ἀγαθόν II. 194 sq. III. 31 sqq. 68. 221.
ἀγαθωσύνη III. 252.
ἀγαπᾶν II. 304.
ἀγαπητοὶ θεοῦ I. 20 sq.
ἄγγελοι II. 225 sq.
ἁγιασμός: εἰς ἁγιασμόν I. 423. 428.
ἅγιος II. 492. III. 310. οἱ ἅγιοι I. 20 sq. II. 196.
ἁγιωσύνη I. 10 sq.
ἀγνοέω I. 98.
ἀγριελαία II. 496.
ἀγριέλαιος II. 495 sq.
ἄγριππος II. 497.
ἀγών III. 293.
Ἀδάμ, ὁ ἔσχατος, ὁ μέλλων I. 318 sq.
ἀδελφοί II. 4 sq.
ἀδιαλείπτως I. 28.
ἀδίκημα I. 291.
ἀδικία I. 56 sq. 83. 105. 291.
ἀδόκιμος I. 81. οἱ ἀδόκιμοι II. 196.
ἀδύνατον, τὸ II. 91.
αι et ε a librariis saepe confunduntur III. 21.
αἷμα I. 274.
αἰχμαλωτίζω II. 66 sq.
αἰών: ὁ αἰὼν οὗτος, ὁ ἐνεστὼς αἰών, ὁ νῦν αἰών III. 23, ὁ αἰὼν ὁ μέλλων, ὁ αἰὼν ἐκεῖνος III. 23.
ἀκαθαρσία I. 72. 422.
ἀκοή II. 414 sqq.
ἀκούειν II. 416. τινός et τινά II. 406.
ἀκροαταὶ τοῦ νόμου I. 113.
ἀκροβυστία I. 136., ἡ ἐκ φύσεως ἀ. I. 138.
ἀκρόβυστος I. 136.
ἀκροποσθία I. 136.
ἄκων II. 162.
ἀλαζών I. 86.
ἀλάλητος II. 184 sq.
ἀλήθεια, ἡ I. 56. 105., ἡ ἀλήθεια = ὁ ἀληθινὸς θεός I. 73., κατὰ ἀλήθειαν I. 96.
ἀλλά I. 313. 322. II. 32. 34. 222. ἀλλὰ καί I. 374 sq. ἀλλά et ἅμα confuderunt librarii I. 374.
ἀλλάσσειν I. 68.
ἀλογεῖν I. 311.
ἀλόγιστον (τὸ) τῆς ψυχῆς II. 62.
ἅμα et ἀλλά confuderunt librarii I. 374.
ἁμαρτάνω I. 289 sqq. 323 sq. ἐπί τινι I. 304 sq.
ἁμάρτημα I. 291. 323 sq. 331.
ἁμαρτία I. 289 sqq. 323 sq. II. 32. 35. 98 sqq. ἐν ἁμαρτίᾳ εἶναι I. 291 sq. ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι I. 173.
ἁμαρτωλός I. 343 sq.
ἀμετανόητος I. 99 sq.
ἀμήν additamentum liturgicum III. 297. 316.
Ἀμπλιᾶς Ampliatus III. 307.
ἄν rhetorice omissum II. 33.
ἀνά verbis praepositum quid significet II. 39.
ἀνάγειν II. 387.
ἀνάγκη III. 117.
ἀναζῆν II. 39 sq.
ἀνάθεμα II. 246 sqq. 253 sqq.
ἀναθεματίζειν ἑαυτόν seq. Inf. II. 249.
ἀνάθημα II. 247 sqq.
ἀνακαίνωσις III. 27.
ἀνακεφαλαιόω III. 125 sq.
ἀναλογία: κατὰ τὴν ἀναλογίαν III. 57 sqq.
ἀναπολόγητος I. 63.
ἀνάστασις I. 373 sq.

ἀναψύχω III. 296 sq.
ἀνθρωπείως φράζειν I. 159.
ἀνθρώπινον λέγω I. 160. 420 sqq.
ἀνθρωπίνως λαλεῖν I. 160.
ἄνθρωπος ἐν Χριστῷ II. 83. ὁ ἔξω ἄνθρωπος, ὁ ἔσω ἄνθρωπος II. 62 sqq. κατ᾽ (s. κατὰ) ἄνθρωπον λέγω (λαλέω) I. 159 sqq.
ἀνομία I. 422 sq.
ἄνομος I. 111.
ἀνόμως I. 110 sqq.
ἀνοχή I. 98. 197 sq.
ἀνταναπληροῦν III. 275.
ἀνταποκρίνεσθαί τινι et πρός τινα II. 329.
ἀντελλογεῖν I. 311.
ἀντέλλογος I. 311.
ἀντιλαμβάνεσθαί τινος II. 181.
ἀντιλέγειν II. 428 sq.
ἀντιλογία II. 428.
ἀντίλυτρον I. 189.
ἀντιμισθία I. 79 sq.
ἀντιτάσσεσθαί τινι III. 112.
ἀντίτυπον, ἀντίτυπος I. 320.
ἄξιος II. 148.
ἀόρατα (τὰ) τοῦ θεοῦ I. 61.
ἀπαιτεῖν III. 120.
ἀπαρχή II. 173 sqq. 488 sqq. ἀπαρχὴ τοῦ φυράματος II. 488 sq.
ἀπειθέω I. 17. II. 542 sq.
ἀπεκδέχεσθαι II. 158.
ἀπεριλάλητος II. 184.
ἀπιστεῖν I. 153 sq.
ἀπλοϊκός III. 63.
ἁπλότης III. 61 sqq. πορεύεσθαι ἐν ἁπλότητι ὀφθαλμῶν III. 64.
ἁπλοῦς III. 62 sqq.
ἁπλῶς III. 62 sq.
ἀπό et ὑπό librarii confundere solent II. 251. III. 286. ἀπό verborum quorundam simplicium, quibus praepositum est, vim auget III. 66. ἀπὸ μέρους II. 519.
ἀποβολή II. 482.
ἀποδιδόναι III. 120.
ἀποθνήσκειν τι et τινί I. 394 sq. III. 176. 179. ἀ. τινὶ πράγματι I. 357.
ἀποκαλύπτεσθαι I. 53 sqq. II. 149.
ἀποκάλυψις, ἡ I. 54. II. 159.
ἀποκαραδοκία II. 158 sq.
ἀποκαταλλάσσω I. 278.
ἀπόλλυσθαι I. 43.
ἀπολύτρωσίς τινος II. 178.
ἀποσκληρύνω II. 324.
ἀπόστολος I. 3 sq.
ἀποστυγέω III. 66 sqq.
ἀποσυνάγωγόν τινα ποιεῖν II. 254.
ἀποτομία II. 508.
ἀπότομος II. 508.
ἀπωθεῖσθαί τι et τινα II. 432.
ἀπώλεια, ἡ I. 43. II. 338.
ἀπωσάμην (att. ἀπεωσάμην) II. 432.
ἄρα οὖν I. 338 sq.
ἀρεσκεία, non ἀρέσκεια I. 143.
ἀρέσκειν III. 220 sq.
ἀρχαί II. 225 sqq.
ἀσέβειά I. 56.
ἀσέλγειαι III. 143.
ἀσθενεία II. 182.
ἀσθενεῖν I. 266. III. 210. ἀσθενεῖν ἐν Χριστῷ II. 84.
ἀσθενήματα (τὰ) τῶν ἀδυνάτων III. 220.
ἀσθενής I. 266.
ἄσκησις qua in re posita sit III. 157.
ἄσπονδος I. 87.
ἄστοργος I. 87.
ἀσύνετος I. 87.
ἀσύνθετος I. 87.
ἀτιμάζεσθαι I. 72 sq.
ἀτιμία II. 331 sq.
αὐτός II. 40. 75 sq. αὐτός sejungens II. 183. αὐτός pro ὁ αὐτός apud epicos, non in N. T. II. 76. τὸ αὐτὸ φρονεῖν III. 87. αὐτός et αὐτοῦ, ἑαυτοῦ al. conjuncta II. 178.
αὐτοῦ et αὑτοῦ confunduntur III. 194.
ἄφεσις (ἡ) τῶν ἁμαρτημάτων I. 197. 199.
ἀφθαρσία I. 103. II. 157.
ἄφθαρτος I. 68.
ἀφιλόστοργος III. 68.
ἀφίω, ἀφιέω I. 174 sq.
ἀφορίζειν I. 5. II. 254.
ἀφορμή II. 35. ἀφορμὴν λαμβάνειν ἐκ et παρά τινος II. 36.
ἄφρονες I. 130.
ἀχρεῖος I. 175.
ἄχρι, ἄχρις I. 307 sqq. ἄχρι τοῦ δεῦρο I. 36. ἄχρις οὗ II. 519.

Βάαλ, ὁ, ἡ II. 440 sqq.
βάθος II. 227 sq. 551 sq.
βαπτίζω τινὰ εἴς τινα (εἴς τι) I. 359 sqq.
βάπτισμα εἰς τὸν θάνατον I. 364 sq.
βάρβαροι I. 38 sq.

βασιλεία τοῦ θεοῦ III. 201.
βαστάζειν III. 220.
βδέλυγμα I. 132.
βλέπω seq. μή, μήποτε et simil. c. Conjunctivo aut Futuro II. 507.
βρῶμα III. 200.
βρῶσις III. 200.
βύω I. 136.

γάρ II. 7 sq. γάρ iteratum II. 110 sq. γάρ omissum I. 151. III. 282. γάρ et δέ a librariis saepe confunduntur I. 265. II. 476. III. 196. γάρ et μέν saepe a scribis confunduntur I. 151.
γίνεσθαι ἀνδρί II. 10.
γινώσκειν II. 50. 200. γινώσκειν τὴν ἁμαρτίαν II. 33.
γλώσσαις λαλεῖν III. 56.
γνῶσις II. 552. III. 40.
γνωστός I. 58 sqq.
γνωτός I. 58.
γράμμα I. 138 sq. II. 21.
γράφειν II. 381.
γραφή (ἡ), αἱ γραφαί I. 7. III. 225. γραφαὶ ἅγιαι I. 7. γραφαὶ προφητικαί I. 6.
γρηγορεῖν (i. q. alacrem esse) III. 132.
γυνὴ ὕπανδρος II. 8.

δέ epexegeticum II. 355. δέ delendum I. 208. δέ omissum II. 41. δέ et γάρ a librariis saepe confunduntur I. 265. II. 476. III. 196.
δέημα II. 373.
δέησις II. 372 sq.
δεξιὰ τοῦ θεοῦ: εἶναι, καθίσαι ἐν δεξιᾷ τ. θ. II. 216 sq.
δέσμιος Χριστοῦ Ἰησοῦ I. 20.
δεῦρο praeced. articulo I. 36.
διά praepositionis c. Genit. usus I. 15 sq. 138 sq. διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ I. 24 sq. διὰ νόμου I. 228. ἔχω τι διά τινος I. 253. διά cum Accus. usus I. 197. II. 162. διά obliteratum I. 194.
διαδίδωμι III. 61.
διαθήκη II. 258 sq. 525.
διακονία III. 59 sq. 295. διακονία τοῦ Χριστοῦ III. 60.
διάκονος III. 237. διάκονος τῆς δικαιοσύνης III. 237. διάκονος τῆς περιτομῆς III. 237.
διακρίνειν τι III. 159 sq. 162. διακρίνεσθαι III. 161 sq. 214 sq.
διάκρισις III. 159 sqq. 212.
διαλλάσσειν I. 276 sqq.
διαλογίζεσθαι III. 161.
διαλογισμός I. 65. III. 159 sqq.
διανύττω II. 559.
διαφέρειν, διαφέρεσθαι I. 128 sq. διαφέρον, τό I. 128 sq.
διδασκαλία III. 52. 60. 225.
διέρχεσθαι I. 299.
δίκαιος I. 46 sq. 51. 269 sqq.
δικαιοσύνη, ἡ I. 45 sqq. 248. 414. II. 355. 383. III. 62. 201 sq. ἡ δικαιοσύνη θεοῦ s. τοῦ θεοῦ I. 45. 47 sqq. 184 sqq. 198 sq.
δικαιοῦν τινα I. 47. 333 sq. 341. ἀπό τινος I. 387 sq. δικαιοῦσθαι νόμῳ s. ἐξ ἔργων νόμου I. 46. πίστει s. ἐκ πίστεως Χριστοῦ I. 46.
δικαίωμα I. 88. 333 sq. 340 sq. II. 102 sqq.
δικαίωσις I. 248. 334. δικαίωσις ζωῆς I. 342.
διό III. 234 sq.
διότι I. 57 sq. 180.
διχοστασία III. 312.
διωγμός II. 221.
διώκειν τι II. 355. 357. III. 83 sq. διώκειν νόμον II. 357. 361.
δοκιμάζω I. 80 sqq. III. 29. 214.
δοκιμή I. 259.
δόκιμος I. 81. οἱ δόκιμοι II. 196. δόκιμος ἐν κυρίῳ III. 308.
δόξα I. 103. 291. 367. II. 145. 257 sq. 340. 557. ἡ δόξα τοῦ θεοῦ I. 68. 187 sq. 256. εἰς δόξαν θεοῦ III. 236. διδόναι δόξαν τῷ θεῷ I. 245 sq.
δοξάζειν τινά I. 64. δοξάζεσθαι II. 145
δόξασμα I. 291.
δουλεία II. 134 sqq.
δουλεύειν τινί I. 420 sq. II. 21. δουλεύειν τῇ ἁμαρτίᾳ I. 383. δουλεύειν τῇ κοιλίᾳ III. 312.
δοῦλος θεοῦ I. 8. δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ I. 3.
δύναμαι III. 220.
δύναμις θεοῦ I. 43. δυνάμεις II. 226 sq.
δυνατός I. 59.
δυσάρεστος III. 31.
δῴη hellenist. Optativi forma i. q. att. δοίη III. 229 sq.
δωρεά I. 326 sqq.
δώρημα I. 329 sq. 333.

ε et αι a librariis saepe confunduntur III. 21.
ἐγείρειν II. 322. ἐγείρειν, ἐγείρεσθαι ἐξ ὕπνου III. 131 sq.
ἐγκαλεῖν κατά τινος II. 211.
ἐγκεντρίζω II. 499.
ἔζων, ἔζην II. 38 sq.
ἔθνη I. 18. 38. ἔθνη et τὰ ἔθνη quomodo apud Paulum differant I. 114.
ει et α a librariis confunduntur I. 311.
εἰ I. 325. εἰ, εἴ πως particulae cum verbis actionem declarantibus, quâ aliquid effectum reddere tentes, conjunctae quid significent II. 478. εἰ δέ et ἰδέ s. ἴδε a librariis confunduntur I. 125 sq.
εἰδέναι τὴν ἐπιθυμίαν II. 34 sq.
εἰδώς et ἰδών librarii saepe confundunt III. 130.
εἰμί supplendum III. 80. ἴσθι, ἔστω etc. suppl. III. 65 sq. εἰμί τί τινι I. 225. εἶναί τινος II. 316. εἶναι ἐν seq. Dat. personae II. 82. εἶναι ἐπί τινος II. 262. εἶναι κατά τι I. 104. εἶναι ἀπὸ θεοῦ, εἶναι παρὰ θεοῦ, εἶναι ἐκ θεοῦ, non εἶναι ὑπὸ θεοῦ (divinum esse) III. 110. εἶναι ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ II. 216 sq. εἶναι ἐν πνεύματι II. 116. εἶναι ἐν Χριστῷ II. 82. εἶναί τι ἐν Χριστῷ II. 83. εἶναι κατὰ σαρκά II. 110.
εἴπερ II. 115.
εἰρήνη I. 21 sqq. II. 112. 408 sq. III. 201 sq. 297. 315. εἰρήνην ἔχειν πρός τινα I. 252 sq.
εἰς I. 49. 223. 245. 423. II. 14. εἰς eventum, rem consequentem sign. III. 145. εἰς (quod attinet ad) III. 222. εἰς seq. Infinitivo I. 235. 242. εἰς c. Inf. rem ex aliâ consequentem sign. i. q. ita ut III. 29 sq. εἴς τινα ἐστί τι II. 556. εἰς cum γνωρίζειν τὸ μυστήριον I. XLI. εἰς latini interpretes saepe verterunt per ἐν III. 144. 146. εἰς et ἐν persaepe a librariis confunduntur II. 555.
εἰσέρχομαι II. 520 sq. εἰσέρχεσθαι εἰς τὸν κόσμον I. 289.
ἐκ passim i. q. ὑπό, παρά, διά I. 332 sqq.
ἔκδικος III. 115 sq.
ἐκεῖ i. q. ἐκεῖσε III. 286.
ἐκζητεῖν τὸν θεόν I. 175.
ἐκκλείω I. 204.
ἐκκόπτω II. 510.
ἐκλεκτοί, οἱ II. 196. οἱ ἐκλεκτοὶ τοῦ θεοῦ II. 212.
ἐκλογή II. 298 sqq. 451. ἡ ἐκλογὴ τοῦ θεοῦ II. 197. ἐκλογὴ χάριτος II. 443 sq.
ἐκπιμπλάναι τὸν νόμον III. 123.
ἐκπίπτω II. 281 sq.
ἐκχέω I. 260.
ἑκών II. 162.
ἐλαία II. 490. 496.
ἔλαιος II. 496.
ἐλεεῖν II. 315. ἐλεεῖσθαι II. 539. 543 sq.
ἐλέη (cur Plur.) III. 6.
ἐλεημοσύνη II. 315.
ἔλεος II. 315. 539.
ἐλεύθερον εἶναί τινι I. 424. diversum ab ἐλεύθερον εἶναί τινος I. 424.
Ἕλληνες καὶ βάρβαροι I. 38 sq.
ἐλλογᾶν I. 311.
ἐλλογεῖν I. 311.
ἐλπίζω et cum Inf. et cum ὅτι struitur II. 278.
ἐλπίς II. 179. ἐλπίδα ἔχειν III. 228.
ἐμβάλλω II. 499.
ἐμφανής II. 427.
ἐμφράσσω τὸ στόμα τινί s. τινός I. 175.
ἐμφυλλίζω II. 499.
ἐν per (= διά c. Genit.) I. 112. 397. ἐν propter, per (= διά c. Acc. et c. Gen.) II. 93. ἐν pro ἐπί I. 315. ἔν τινι cum aliquo i. e. alicujus sententiâ II. 517. ἐν et εἰς persaepe a librariis confunduntur II. 555. ἐν et σύν a librariis saepe confusa sunt II. 243. ἐν κυρίῳ i. q. ὡς Χριστιανός II. 84. 240. 242. ἐν κυρίῳ Ἰησοῦ (ut homo intime cum Jesu junctus, ut homo christianus) III. 193. ἐν Χριστῷ i. q. ὡς Χριστιανός I. 397. II. 240. 242 sq. ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ i. q. ut vir cum Christo J. intime conjunctus III. 262. ἐν τῷ πνεύματι αὐτοῦ I. 27. ἐν πνεύματι ἁγίῳ i. q. ὡς πνευματικός II. 242 sq. ἐν σαρκὶ εἶναι II. 114. ἐν ᾧ II. 93 sq.
ἔνδειγμα τῆς δικαίας κρίσεως τοῦ θεοῦ III. 16.

ἐνδύεσθαί τινα III. 143 sq.
ἐνδυναμόω I. 245.
ἐνεργεῖν II. 17 sq.
ἐνίστημι II. 227. ἐνεστὼς II. 227.
ἐντολή II. 36.
ἐντυγχάνειν II. 184.
ἐξαιρεῖσθαι I. 5.
ἐξεγείρειν II. 321 sqq.
ἐξομολογεῖσθαί τινι III. 188 sq.
ἐξουσία III. 104. 109. 111. ἐξουσίαι II. 226 sq.
ἐξῶσα, ἐξέωσα II. 432.
ἐπαγγελία II. 259 sq. ἐπαγγελίας τέκνον, τέκνα II. 285 sqq.
ἔπαινος I. 142.
ἐπαισχύνομαί τι et ἐπί τινι I. 42 sq.
ἐπανάγειν II. 387.
ἐπαναμιμνήσκω III. 255.
ἐπαναπαύεσθαι I. 127.
ἐπείπερ I. 208.
ἐπερωτᾶν τὸν θεόν II. 427.
ἐπί τινος εἶναι II. 262. ἐπὶ πάντων θεός II. 260 sqq. 272. ἐπί τινι I. 304 sq. ἐπί sq. Dat. usus I. 315. ἐπί c. Dat. (propter): ἐπὶ τούτῳ ὅτι, ἐφ᾽ ᾧ, ἐφ᾽ οἷς I. 299 sq. ἐφ᾽ ὅσον II. 476.
ἐπίγνωσις I. 80 sq. III. 40. ἐπίγνωσις ἁμαρτίας I. 180 sq.
ἐπιθυμητικόν II. 62.
ἐπιθυμία II. 34.
ἐπικαλεῖν, ἐπικαλεῖσθαι τοὺς θεούς, τὸν κύριον II. 403.
ἐπιλαμβάνεσθαι III. 158.
ἐπιμελεῖσθαι c. Genit. et c. Acc. consociatur III. 92.
ἐπονομάζειν I. 127.
ἐπιποθέω I. 30 sq.
ἐπίσημος III. 306.
ἐπιταγή: κατ᾽ ἐπιταγήν II. 266 sq.
ἐπιτυγχάνειν τινός et τι, τινά II. 449 sq.
ἐπιφέρειν τὴν ὀργήν I. 159.
ἐργάζεσθαι I. 107 sq. 216 sq. ἐργάζεσθαί τινά τι et τινί τι III. 127. ὁ ἐργαζόμενος I. 217 sqq.
ἔργον III. 269. τὰ ἔργα I. 216. ἔργον τοῦ θεοῦ III. 206. τὸ ἔργον τοῦ νόμου I. 117 sqq. ἔργα νόμου I. 179. ἔργα τοῦ σκότους III. 137. ἔργον et λόγος invicem opponuntur III. 268 sq.
ἐριθεία I. 105. ἐριθεία, non ἐρίθεια I. 143 sqq.
ἐριθεύομαι I. 143 sqq.
ἔριθος I. 143 sqq.
Ἑρμᾶς ex Ἑρμόδωρος contr. III. 308.
ἔρχεσθαι III. 291.
ἐσθίειν: ὁ ἐσθίων, ὁ μὴ ἐσθίων III. 165.
ἑστηκέναι ἔν τινι I. 255. τινί III. 80.
ἔστω (per ellipsin) omissum III. 65 sq.
ἔτι aut consilio obliteratum aut per negligentiam omissum II. 52.
ἑτοιμάζω II. 339.
εὐαγγέλιον I. 5 sq.
εὐαρέστησις III. 31.
εὐάρεστος III. 31 sqq.
εὐδοκεῖν II. 369 sqq.
εὐδοκία II. 369. 371 sq.
εὐδόκιμος I. 81.
εὐλογημένος II. 274.
εὐλογητός I. 75. II. 274 sq.
εὐλογία III. 292. 312 sq.
εὔνοιαι (cur Plur.) III. 6.
εὐοδοῦν, εὐοδοῦσθαι I. 29 sq.
εὑρίσκω II. 57. εὑρίσκειν τὸν θεόν II. 426 sq. εὑρίσκεσθαι ἐν Χριστῷ II. 83.
εὐσχημόνως III. 140.
εὐφραίνεσθαι III. 246.
εὐχαριστεῖν III. 174 sq.
ἐφευρετὴς κακῶν I. 86.
ἐχθρός I. 276. 280 sq. II. 535 sq.
ἔχω I. 37. 254. ἔχειν diuturnitatem notans I. 81. ἔχειν τι διά τινος I. 253.

ζέειν III. 71.
ζῆλος III. 143. ζῆλος θεοῦ II. 374.
ζῆν II. 6. ζῆν τι et τινι I. 394 sq. ζῆν τινι III. 176 sqq. ζῆν τῷ θεῷ I. 395. ζῆν πνεύματι III. 142. ζῆν ἔν τινι πράγματι I. 357. ζῶντες I. 404 sq. ἔζην, ἔζων II. 38 sq. ἔζησα III. 182.
ζητεῖν cum Infinitivo jungitur II. 376. ζητεῖν τὸν θεόν II. 426 sq.
ζωή I. 337. II. 120 sqq. 485. ζωὴ αἰώνιος I. 296 sq. ζωὴ ἐκ νεκρῶν II. 483 sqq.
ζωοποιεῖν II. 124 sq.

ἤ I. 229. ἤ Graeci in neg. tivis setentiis usurpant III. 191.
ἤδη III. 131 sqq. ἤδη delendum I. 244.

ἡμᾶς et *ὑμᾶς* librarii saepissime confundunt III. 235. *ἡμεῖς* omissum II. 172.
ἡμέρα III. 173. *ἡμέρα παρ' ἡμέραν* III. 169. *ἡμέρα ἀποκαλύψεως* I. 101. *ἡμέρα ὀργῆς* I. 100.
ἤν, *ἤν πως* particulae cum verbis actionem declarantibus, quâ aliquid effectum reddere tentes, conjunctae quid significent II. 478.
Ἡρωδίων nominis origo III. 307.
ἤτοι — ἤ I. 413.
ἥττημα II. 467 sqq.

θάνατος I. 292 sqq. 296 sqq. 414. 427 sq. II. 71. *ὁ θάνατος ὁ δεύτερος* I. 296 sqq.
θειότης I. 62.
θέλημα τοῦ θεοῦ III. 31 sqq.
θέλω II. 50. 316.
θεομισής, *θεομίσης* I. 84 sq.
θεὸς (ὁ) καὶ πατὴρ (τοῦ κυρίου ἡμῶν) Ἰησοῦ Χριστοῦ I. 8. III. 232 sqq. *εἶναι ἀπὸ θεοῦ*, *εἶναι παρὰ θεοῦ*, *εἶναι ἐκ θεοῦ*, non *εἶναι ὑπὸ θεοῦ* (divinum esse) III. 110. *ὁ θεὸς τῆς εἰρήνης* III. 297. 315. num Christus *θεός*, *ἐπὶ πάντων θεός* a Paulo vocatus sit II. 264 sqq.
θεοστυγής I. 84 sqq.
θεότης I. 62.
θήρα II. 458.
θησαυρίζω I. 100.
θλίψις, *θλῖψις* I. 106 sq. II. 221.
θνητός I. 400. II. 130.
θρόνοι II. 226 sq.
θυμοειδές II. 62.
θυμός I. 105 sq.
θυσία II. 99. *θυσία ζῶσα* III. 9.

ι in vocibus trisyllabis a novitiis versificatoribus corripitur I. 222.
ι adscriptum (subscriptum) et *ν* a librariis con funduntur I. 130.
ἰδέ s. *ἴδε* et *εἰ δέ* a librariis confunduntur I. 125 sq.
ἴδιος II. 208 sq.
ἰδίωμος II. 24.
ἰδών et *εἰδώς* librarii saepe confundunt III. 130.
ἱεροσυλεῖν I. 132 sq.
ἱερουργεῖν III. 256 sq.
ἱερουργὸς μυστηρίων III. 257.
ἱέω I. 174.
ἱλαστήριον I. 190 sqq.
ἵνα I. 348 sq. II. 297. *ἵνα* (consilium sign.) II. 540. III. 296. *ἵνα* in N. T. cum Conj. et Fut. construitur III. 230. *ἵνα* in codd. excidit I. 236. *ἵνα* suspectum III. 294.
Ἰουνιᾶς Junianus s. Júnianius III. 306.
ἴσθι (per ellipsin) omissum III. 66.
ἵστημι I. 209 sq. 255.
ἵω I. 174.

καθεύδειν (i. q. socordiâ torpere) III. 132.
καθῆκον (τό) Stoicorum I. 82.
καθίσαι ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ II. 216 sq.
καθίστημι I. 343 sqq.
καθορᾶν I. 61.
καθὼς καί I. 41 sq.
καί etiam I. 69. 122. 270. *καί* (etiam) in oratione concitatâ cumulatum II. 216. *καί* et quidem I. 16. II. 339. 342. *καί* comparativum I. 41. *καί* parentheticum I. 35 sq. *καί* Graeci in affirmativis sententiis usurpant I. 229. III. 191. *καί* notionem particulis interrogativis subjectam intendens II. 210. *καί* geminatum I. 37 sq. *καὶ — καί* II. 538 sq. *καί* haud raro neglectum est a librariis I. 233. II. 125. 180. *καί* deletum I. 236. 314. *καί* e margine in verborum ordinem falso translatum I. 29. *καί* suspectum I. 246 sq. II. 98 sq. 216. 437. III. 86 sq. *καὶ γάρ* II. 433. *καὶ οὕτω* II. 521. *καὶ τοῦτο*, *καὶ ταῦτα* III. 130.
καινὸς ἄνθρωπος (ὁ) I. 376 sq.
καινότης πνεύματος II. 21 sq.
καιρός: *ἄχρι καιροῦ* I. 309 sq. *κατὰ καιρόν* I. 266 sq. *ὁ καιρὸς οὗτος*, *ὁ νῦν καιρός* III. 23. *καιροὶ ἴδιοι* III. 13 sqq. *καιρός* et *κύριος* a librariis confunduntur III. 71 sqq. 78.
κακία I. 84.
κακοήθεια I. 84.
κακόν III. 207.

καλεῖν I. 289 sq. II. 195 sq. 204 sq. ὁ καλῶν II. 302.
καλόν III. 209.
κάμπτειν et κάπτειν a librariis confunduntur II. 459.
καρποφορεῖν II. 14 sq.
κατά I. XXXIX. 11. κατά pro I. 99. κατά cum suo Subst. num Adjectivi periphrasin faciat II. 300. κατά praepositionis vis in verbis compositis I. 107. κατά τινα ποιεῖν, πάσχειν τι II. 191. κατά cum v. στηρίζειν I. XXXIX. κατ᾽ (s. κατὰ) ἄνθρωπον λέγω (λαλέω) I. 159 sqq. κατὰ θεόν II. 190 sq. κατὰ καιρόν I. 266 sq. κατὰ σάρκα I. 214 sq. II. 260. κατὰ σάρκα εἶναι II. 110. κατὰ σάρκα περιπατεῖν II. 110. κατὰ σεαυτόν III. 212 sq. κατὰ πάντα τρόπον I. 151. κατὰ χάριν I. 217.
καταισχύνειν: οὐ καταισχύνει I. 259. 261.
κατάκριμα I. 332. 340. II. 81.
κατακρίνω II. 95. 99. III. 214 sq.
καταλάλος I. 84.
καταλλαγή II. 486 sq.
καταλλάσσειν I. 276 sqq.
κατανοεῖν I. 243.
κατάνυξις II. 558 sq. 561 sqq.
κατανύσσω II. 559 sqq.
κατάπληξις II. 563.
καταπλήσσεσθαι II. 563.
καταργεῖν I. 382 sqq. II. 8 sq.
καταρτίζειν: κατηρτισμένος II. 338.
κατέναντί τινος I. 237 sq.
κατεντυγχάνω II. 184.
κατεργάζεσθαι I. 107.
κατέχειν I. 57.
κατηχούμενος I. 128 sq.
κατόρθωμα (τὸ) Stoicorum I. 82.
καυχᾶσθαι ἔν τινι I. 256.
καύχησις I. 204 sq. III. 261 sq.
κεφαλή (ἡ) τινος III. 99.
κλάδοι II. 489 sq. 492 sqq.
κληρονομία, ἡ I. 231.
κληρονόμος II. 147. οἱ κληρονόμοι I. 231.
κλῆσις II. 204 sq.
κλητός II. 204. οἱ κλητοί II. 195 sq. κλητὸς ἀπόστολος I. 4. κλητοὶ ἅγιοι I. 20 sq. κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ I. 19.
κοιμηθέντες ἐν Χριστῷ II. 84.
κοινωνέω III. 81 sqq.
κοινωνία III. 81. 287.
κοίτη II. 291 sqq. III. 143. κοίτη σπέρματος II. 292.
κοπιᾶν III. 305.
κόσμος I. 289. II. 467.
κράζειν II. 139. 347.
κρίμα, κρῖμα I. 94. 96. 332 sq. 340.
κρίνειν I. 94. III. 169 sqq. 191. 214.
κρυπτὰ (τὰ) τῶν ἀνθρώπων I. 123 sq.
κτίσις II. 151. 154 sqq. 158 sq. 164.
κυριεύω I. 391 sq. κυριεύω τινός I. 408.
κύριος et καιρός a librariis confunduntur III. 71 sqq. 78. 131. ἐν κυρίῳ II. 84. στήκειν, μένειν ἐν κυρίῳ II. 83. 85. περιπατεῖν ἐν κ. II. 83.
κυριότητες II. 226 sq.

λαλεῖν II. 5. III. 264. λαλεῖν alexandrini scriptores pro λέγειν dicere solent II. 185.
λαλητός II. 185.
λατρεία II. 259. ἡ λογικὴ λ. III. 11 sq. 16 sqq.
λατρεύειν I. 73 sq.
λέγω III. 34.
λεῖμμα II. 442 sq.
λειτουργός III. 256.
λίμνη (ἡ) τοῦ πυρός I. 296 sq.
λογᾶν I. 311.
λογίζεσθαι I. 97. 206. 396 sq. λογίζεσθαι εἴς τι I. 187. λογίζεσθαί τινί τι εἴς τι I. 216. λογίζεσθαι seq. Acc. c. Inf., aut Particip., aut ὅτι II. 278.
λογικός III. 17 sqq. ἡ λογικὴ λατρεία III. 11 sq. 16 sqq.
λόγια (τὰ) τοῦ θεοῦ I. 152 sqq.
λόγος III. 269. οἱ λόγοι τοῦ θεοῦ I. 156 sq. λόγος et ἔργον invicem opponuntur III. 268 sq.
λυπεῖσθαι III. 196. λυπεῖσθαι κατὰ θεόν II. 191.
λύπη III. 291.

μ ante β et π (ψ) insertum I. 110.
μακαρισμός (λέγειν τὸν μακαρισμόν τινος) I. 219.
μακροθυμία I. 98.
μαρτυρεῖν τινι II. 143. 378 sq.

μαρτύριον III. 13 sqq. μαρτύριον διδόναι τινί III. 14 sq.
μάταιον II. 160.
ματαιότης II. 156. 160.
ματαιοῦσθαι I. 65 sq.
μάχαιρα insigne juris vitae et necis III. 115.
μέλλων II. 149.
μέν solitarium quid significet II. 369. μέν non deest ante δέ per ellipsin, imo, quotiescunque non scriptum est, ne cogitatum quidem est a scriptoribus II. 422 sqq. μέν suspectum III. 314. μέν et γάρ saepe a scribis confunduntur I. 151.
μένειν τινί III. 79 sq. μένειν ἐν κυρίῳ II. 83. 85.
μενοῦν II. 329.
μενοῦνγε II. 329.
μερίζειν τινί τι III. 38.
μέρος: ἀπὸ μέρους III. 254.
μεταδίδωμι III. 61. τινί τι I. 31.
μεταλλάσσειν I. 68.
μεταμορφοῦσθαι III. 22. 24 sqq.
μετασχηματίζειν, μετασχηματίζεσθαι III. 24 sqq.
μέτρον πίστεως III. 41.
μέχρι, μέχρις I. 307 sqq.
μή: in μή propendunt posterioris temporis scriptores, ubi οὐ collocare debuissent II. 295. μή et οὐ vocularum discrimen II. 295. μή deletum I. 313 sq. μὴ γένοιτο I. 155.
μηδέν et οὐδέν vocularum discrimen II. 295.
μήπω et οὔπω quomodo differant II. 295 sq.
μισεῖν II. 304.
μνεῖαι τῶν ἁγίων III. 82 sq.
μνῆμαι τῶν ἁγίων III. 82.
μόνον deletum I. 236.
μονώτατος II. 438.
μορφή III. 25 sqq.
μυστήριον I. XXXIX sq. II. 515 sqq.
μυστικόν II. 515.
Μωσῆς, Μωϋσῆς II. 313.

ν pro iota adscripto (subscripto) saepissime scribitur I. 130. III. 113.
νεκρός II. 118 sq. 122. 125. 485. νεκροί I. 404 sq. νεκροὶ ἐν Χριστῷ II. 84.
νέκρωσις I. 244.
νέος ἄνθρωπος (ὁ) I. 370.
νήπιος I. 130.
νομοθεσία II. 259.
νόμος I. XXXIX. 6. 111. 176 sq. 179. 205. II. 5. 31. 36 sq. 56 sqq. 66. 377. III. 123. οἱ ἐκ νόμου I. 232. ὑπὸ νόμον εἶναι I. 406 sq. νόμος δικαιοσύνης II. 355 sqq. ὁ νόμος τοῦ θεοῦ, ὁ ν. τοῦ νοός, ὁ ν. τῆς Ἁμαρτίας, ἕτερος ν. II. 68 sq.
νοῦς III. 28.
νύγμα II. 559.
νυγμός II. 559.
νῦν: ὁ νῦν καιρός II. 147.
νυνί I. 181 sq.
νύξις II. 558 sq.
νύσσω, νύττω II. 558 sq.
νῶτον, τὸ att., ὁ νῶτος hellenist. II. 459.

ξίφος insigne juris vitae et necis III. 115.

ὅ I. 393 sq.
ὁ καθ᾽ εἷς III. 44 sq.
ὁδός II. 553 sq. ὁδὸς εἰρήνης I. 176.
ὀδύνη II. 243.
οἰκεῖ τὸ πνεῦμα ἔν τινι II. 116.
οἰκοδομεῖν τινα, οἰκοδομεῖσθαι III. 205 sq.
οἰκοδομή III. 205.
οἰκτείρειν II. 315.
οἰκτιρμός II. 315. οἰκτιρμοί III. 5 sq.
οἷον: οὐχ οἷον II. 276 sqq.
Ὀλυμπᾶς ex Ὀλυμπιόδωρος contr. III. 309.
ὁμοθυμαδόν III. 232.
ὁμοιοῦσθαι ὥς τι II. 353.
ὀμόσαι ἔν τινι, κατά τινος II. 240 sq.
ὄνομα τοῦ Χριστοῦ praeced. praepositione I. 18 sq.
ὀνομάζεσθαι, ὀνομαζόμενος, ὠνομασμένος III. 278.
ὅπλα I. 403. ὅπλα τοῦ φωτός III. 137 sq.
ὀργή I. 105 sq. ἡ ὀργή i. q. ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ III. 94.
ὁρίζειν I. 9 sq. II. 339.
ὅσος I. 359. ὅσον ἐπ᾽ ἐμοί, ὅσον ἐπ᾽ ἐμέ I. 40.

ὅςτις I. 357. ὅςτις explicans I. 88 sq.
ὅτι in asseverantium formulis II. 242 sq. ὅτι in codd. omissum I. 220.
οὐ et μή vocularum discrimen II. 295. οὐ in codd. falso deletum I. 242 sq. οὐκ ἔθνος et similia II. 424 sq. οὐ μόνον δέ, οὐ μόνον γε II. 289. οὐχ οἷον II. 276 sqq. οὐ πάντως I. 169 sq.
οὐδέν et μηδέν vocularum discrimen II. 295.
οὐκέτι II. 52.
οὖν et σύν confunduntur I. 364. οὖν suspectum III. 98.
οὔπω et μήπω quomodo differant II. 295 sq.
οὗτος II. 40. οὗτος non solum Substantivo quod sequitur accuratius constituitur, verum etiam integris sententiis illustratur II. 525 sq. cf. τοῦτο.
οὕτω I. 39. οὕτως I. 298.
ὀφείλετε duplici sensu positum III. 121.
ὀφειλέτης εἰμί τινι I. 38. ὀφειλέτης εἰμί τινί τινος II. 131 sq.
ὀψώνιον I. 428 sq.

πάθη ἀτιμίας I. 75 sq.
παθητός II. 145.
παλαιὸς ἄνθρωπος (ὁ) I. 375 sqq.
παλαιότης γράμματος II. 21 sq.
πάλιν omissum II. 135.
πάντοτε I. 28 sq.
πάντως I. 169.
παρά praeter, prae, contra I. 74 sq. παρά ultra, praeter III. 37. παρά τινι apud aliquem i. e. alicujus judicio II. 517. παρά praeverbii in verbis compositis notio I. 346. παρ' ἡμέραν III. 169.
παράβασις I. 234.
παραδιδόναι I. 69. παραδιδόναι εἴς τι I. 417 sq.
παρακαλέω τινά I. 32 sq. παρακαλῶ seq. Inf. aut ἵνα aut ὅπως aut Imperativo constr. c. πρός τινος et διά τινος III. 4 sq. παρακαλῶν III. 60.
παράκειται II. 54.
παράκλησις I. 33. III. 52. 60. 225 sqq.
παραπίπτειν I. 323 sq.
παράπτωμα I. 323 sq. 329 sq. 350. II. 468. 474.
παράπτωσις I. 323 sq.
παρειςάγειν I. 346.
παρειςέρχεσθαι I. 346 sq.
παρειςπέμπειν I. 346.
παρειςπράττω I. 347.
παρειςφέρω I. 347.
πάρεσις I. 201. ἡ πάρεσις τῶν ἁμαρτημάτων I. 197. 199.
παριέναι I. 199 sq.
παριστάνειν τινί τι I. 403 sq. 412. παραστῆσαι τὸ σῶμα ἑαυτοῦ III. 6 sq. 10.
πᾶς Ἰσραήλ (i. q. plerique Israelitae) II. 521. 530. πᾶσα σάρξ I. 178 sq.
πάσχω II. 145.
Πατροβᾶς ex Πατρόβιος contr. III. 308.
πειθαρχεῖν III. 110.
πείθεσθαι III. 110.
περιπατεῖν τινι III. 140 sqq. περιπατεῖν ἐν κυρίῳ II. 83. περιπατεῖν πνεύματι III. 142. περιπατεῖν κατὰ σαρκά II. 110.
περισσεύω I. 351. περισσεύει τι εἴς τινα I. 326.
περιτομή I. 226. περιτομὴ καρδίας I. 140 sq.
πιπράσκεσθαί τινι s. ὑπό τινα II. 47.
πίπτειν II. 461 sq. 508. III. 167.
πιστεύειν III. 163 sq. πιστεύειν ἔν τινι I. 195 sq. πιστεύειν ἐπί τινα I. 217.
πίστις I. 17. II. 416. III. 38 sqq. 58 sq. 157. 211 sqq. 215 sq. πίστις ἔν τινι I. 195 sq. ἐκ πίστεως εἰς πίστιν I. 48 sqq.
πιστοί, οἱ II. 196.
πλεονεξία I. 84.
πληροῦν III. 273 sq. πληροῦν τὸ εὐαγγέλιον III. 273 sq. πληροῦν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ III. 274 sq. πληροῦν τὸν νόμον II. 473. III. 123. πληροῦσθαι II. 104. 472 sq.
πλήρωμα II. 468 sqq. III. 292. πλήρωμα τῶν ἐθνῶν II. 519 sqq. 530. πλήρωμα νόμου III. 123.
πλησίον , III. 127.
πλουτεῖν εἴς τινα II. 402 sq.
πλοῦτος θεοῦ II. 552.
πνεῦμα I. 380 sq. II. 62. 105. III. 28 sq. 71. πνεύματι ἄγεσθαι II. 134. εἶναι ἐν πνεύματι II. 116. πνεύματι ζῆν, περιπατεῖν

III. 142. πνεῦμα ἅγιον I. 11. πνεῦμα θεοῦ, πνεῦμα Χριστοῦ II. 116. πνεῦμα δουλείας II. 184 sqq. τὸ πνεῦμα τῆς ζωῆς II. 88. πνεῦμα κατανύξεως II. 453. 562. πνεῦμα υἱοθεσίας II. 184 sqq.
πνευματικός I. 81. 380 sq. II. 45 sq. 63. 116. πνευματικά III. 288.
πνίγος pro πνῖγος I. 107.
ποθεῖν I. 30 sq.
ποιεῖν II. 330. ποιεῖν δικαιοσύνην II. 382 sq. ποιεῖν τὸν νόμον I. 113.
ποιητὴς τοῦ νόμου I. 113 sq.
πολλοί, οἱ I. 325 sq. 329.
πόμα III. 200.
πονηρία I. 84.
πονηρόν, τὸ III. 68.
πορεύεσθαι I. 225. III. 140 sq. πορεύεσθαι ἐν ἁπλότητι ὀφθαλμῶν III. 64.
πόσις III. 200.
πρᾶξις II. 133. III. 43.
προγινώσκω II. 197 sqq.
πρόγνωσις II. 197. 200 sq.
προεπαγγέλλομαι I. 8.
προετοιμάζω II. 339 sq.
προέχεσθαι I. 169 sqq.
προηγεῖσθαι c. Genit., Dat. et Acc. personae consociatur III. 69 sq.
πρόθεσις (ἡ) τοῦ θεοῦ II. 195. 197. 199 sqq. 298 sqq.
προϊστάμενος III. 64.
προκατανύσσω II. 559.
πρόκειται II. 54.
προκόπτειν III. 134 sq.
προνοεῖσθαι c. Genit. et c. Acc. consociatur III. 92.
πρόνοιαν ποιεῖσθαί τινος III. 144.
προορίζειν II. 201 sq. 339.
προορισμός II. 197. 201.
πρός seq. Acc. personae cum verbis dicendi consociatum quid significet II. 427 sq. πρός τινα quod ad aliquem attinet I. 252.
προςαγωγὴ εἴς τι I. 253 sqq.
προςεύχεσθαί τι II. 182 sq. 372.
προςευχή II. 372.
προςκαρτερεῖν III. 118 sq.
πρόςκομμα III. 191 sq. ὁ διὰ προςκόμματος ἐσθίων III. 207 sq.
προςκόπτειν τινί II. 362 sq. III. 210.
προςλαμβάνειν, προςλαμβάνεσθαι III. 158.
πρόςληψις II. 482 sq.
προστάτις III. 301.
προςφορά III. 258 sqq.
προςωποληψία, προςωπολημψία I. 110.
πρόςωπον III. 53.
πρότερος, πρότερον II. 420 sq.
προτίθεσθαι I. 193 sq.
προφητεία III. 54 sq. 59.
προφητεύειν III. 59.
προφήτης III. 55 sq.
πρῶτος, πρῶτον II. 420 sqq. πρῶτον potissimum I. 43 sqq. πρῶτον μέν I. 24.
πρωτότοκος II. 203.
πταίειν II. 461 sq.
πωρόω II. 451 sqq.

ῥῆμα θεοῦ II. 414 sq.
ῥίγος pro ῥῖγος I. 107.
ῥίζα II. 489 sqq. III. 248.

σαρκικός I. 380 sq. II. 45. 47. 63. σαρκικά III. 288.
σάρκινος II. 46 sq.
σάρξ I. 9. 379 sqq. II. 15 sq. 62. 101. III. 145. σάρξ μου populares mei II. 480. σάρξ πᾶσα I. 178 sq. ἐν σαρκὶ s. ἐν τῇ σαρκὶ εἶναι II. 16. 114. κατὰ σάρκα I. 214 sq. II. 260. κατὰ σάρκα εἶναι II. 110. κατὰ σάρκα περιπατεῖν II. 110. σάρξ Ἁμαρτίας II. 96 sqq.
Σάῤῥα I. 245.
σεβάζεσθαι I. 73 sq.
σημεῖον III. 270 sq.
σιγᾶν I. XL.
Σιών II. 523 sq.
σκανδάλη III. 191.
σκανδάληθρον III. 191.
σκανδαλίζειν III. 191. σκανδαλίζεσθαι III. 210.
σκάνδαλον III. 191 sq.
σκεύη ἐλέους II. 335 sqq. 341. σκεύη ὀργῆς II. 335 sqq. 341. 343 sq.
σκληρύνω II. 324 sq.
σκοπεῖν τινα III. 312.
σοφία II. 552.
σοφὸς εἴς τι III. 314. σοφὸς θεός I. XLII.
Σπανία III. 286.
σπέρμα Ἀβραάμ II. 283. 285 sq.

στεναγμοὶ ἀλάλητοι II. 184 sqq.
στενάζειν II. 177.
στενοχωρία I. 106 sq.
στήκειν III. 80. 167 sq. στήκειν ἐν κυρίῳ II. 63. 85.
στηρίζειν I. 33 sqq. στηρίζειν κατά τι I. XXXIX.
στοιχεῖν I. 225 sq. III. 142.
στόμα: ἐν ἑνὶ στόματι, ἐξ ἑνὸς στόματος III. 232.
συγγενεῖς III. 306.
συγγηθεῖν II. 167.
συγκάμνειν II. 167.
συγκλείειν τινὰ εἴς τινα et εἴς τι II. 545 sqq.
συγχαίρειν II. 167.
συζῆν τῷ Χριστῷ I. 390 sqq.
συλλαμβάνεσθαι III. 158.
συμμαρτυρεῖν I. 120 sq. II. 142 sq. 241.
σύμμορφος τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ II. 202 sq.
συμπαρακαλεῖν I. 33 sqq.
συμπαρεισέρχεσθαι I. 346.
συμπάσχω II. 145 sq.
συμπληροῦσθαι II. 167.
συμπράττειν τινί II. 181.
σύμφυτος I. 369 sqq.
σύν praepositionis vis in verbis compositis I. 120 sq. II. 167 sq. σύν in quibusdam verbis ad rei verbo enuntiatae societatem spectat II. 145. σύν et ἐν a librariis saepe confusa sunt II. 243. σύν et οὖν confunduntur I. 364.
συναγωνίζεσθαί τινι III. 293.
συναιχμάλωτος III. 306.
συναλγεῖν II. 167.
συναντιλαμβάνεσθαί τινί τι II. 181 sq.
συναπάγω III. 88 sqq.
συνδοξάζεσθαι II. 145 sq.
συνειδέναι I. 120.
συνεργεῖν τινί τι II. 493 sq.
συνέριθος I. 146 sq.
συνευδοκεῖν II. 371. συνευδοκεῖν τοῖς πράσσουσιν τὰ μὴ καθήκοντα majori dedecori est quam ποιεῖν αὐτά I. 88 sq.
συνήδεσθαί τινι II. 61. 167.
συνθνήσκειν II. 6.
συνίστημι I. 159.
συνίω, συνιέω I. 174 sq. συνιῶν I. 175.
συγκληρονόμος II. 144.
συντέμνειν II. 350 sq.
συνωδίνειν II. 167 sqq.
συστενάζειν II. 167 sqq.
συσχηματίζειν τινά, συσχηματίζεσθαί τινι et πρός τινα s. τι III. 22. 24 sqq.
σφραγίζειν, σφραγίζεσθαι III. 289 sq.
σφραγίς I. 222.
σχῆμα III. 25 sqq.
σχηματίζεσθαι III. 25.
σώζειν II. 480. σώζεσθαι I. 46. 281. 283. II. 399.
Σωκλείδης et Σωσικλείδης III. 316.
Σωκράτης et Σωσικράτης III. 316.
σῶμα I. 380. 384 sqq. II. 62. III. 7. σώματα ἀνθρώπων I. 401. τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας I. 382 sqq. τὸ σῶμα τοῦ θανάτου II. 71. σῶμα πνευματικόν II. 63. σῶμα ψυχικόν II. 63.
Σώστρατος et Σωσίστρατος III. 316.
σωτηρία, ἡ I. 43. II. 399. ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία III. 183.
σωφρονεῖν III. 87 sq.

ταλαίπωρος II. 70.
ταπεινός III. 89 sq.
τε γάρ II. 34.
τέκνα Ἀβραάμ II. 283. 285 sq.
τέλειον, τὸ III. 31 sqq.
τέλος I. 427. II. 377 sqq.
τέρας III. 270 sq.
τιθέναι III. 191.
τιμή I. 103. II. 331 sq.
τὶς (aliquis i. q. parvus quidam) III. 287. τὶς omissum II. 228.
τί γάρ I. 153.
τό alienae sententiae, quam afferunt, Graeci praeponunt III. 123. τὸ ἔκ τινος, τὰ ἐπί τινι s. ἐπί τινα, τὰ εἴς τινα, τὸ κατά τινα III. 93 sq. τὸ ἐπ' ἐμοί, τὸ ἐπ' ἐμέ I. 40. τὸ κατ' ἐμέ I. 40 sq.
τολμηρότερον III. 254.
τόνος II. 418.
τόπος III. 94. 96. τόπον διδόναι τινί III. 94 sqq.
τοῦτο vocibus, quae Substantivi notionem continent, exponitur III. 191. cf. οὗτος.
τρέχειν II. 316. 320.
Τρύφαινα nominis origo III. 307.
Τρυφῶσα nominis origo III. 307.
τύπος I. 319 sq. τύπος διδαχῆς I. 416 sqq.

ὑβριστής I. 86.
υἱοθεσία II. 135 sqq. 177. 202. 256 sq.
υἱός (ὁ) τοῦ θεοῦ I. 8. υἱοὶ θεοῦ II. 134 sqq.
ὑμᾶς et ἡμᾶς librarii saepissime confundunt III. 235.
ὑπακοή III. 313 sq. ὑπακοὴ πίστεως I. 16 sq.
ὑπακούειν (τινί) εἴς τι I. 448 sq.
ὕπανδρος II. 8.
ὑπέρ (i. q. ἀντί pro) I. 267. 269. III. 240. ὑπέρ (=περί) I. 25 sq. ὑπέρ (in emolumentum) II. 251. III. 238. ὑπέρ τινός ἐστιν II. 373. ὑπέρ verbis praepositum quid significet I. 350 sq.
ὑπεραγαπάω I. 351.
ὑπερεντυγχάνω II. 184.
ὑπερέχων III. 100 sq.
ὑπερήφανος I. 86.
ὑπερνικᾶν II. 223.
ὑπερπερισσεύω I. 351.
ὑπερφρονεῖν III. 36.
ὑπό et ἀπό librarii confundere solent II. 251. III. 286. ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι I. 173. ὑπὸ ἔκπληξιν εἶναι I. 173. ὑπὸ νόμον εἶναι I. 406 sq. ὑπὸ χάριν εἶναι I. 407.
ὑπόδικον εἶναι (γενέσθαι) τινι I. 177.
ὑπομένειν τινί III. 79 sq. ὑπομένειν τῷ κυρίῳ III. 80.
ὑπομονή I. 258 sq. III. 225 sqq.
ὑποστῆναί τινι III. 79 sq.
ὑποτάσσεσθαί τινι II. 161 sqq. III. 110.
ὑστερεῖσθαι I. 187 sq.
ὑστερόποτμοι I. 405 sq.
ὑψηλοφρονεῖν II. 504.
ὕψωμα II. 227 sq.

φάσκειν I. 66.
φαῦλος II. 297.
φείδεσθαί τινος II. 209.
φέρειν τινά II. 337.
φθάνειν II. 356 sq. φθάνειν εἰς νόμον II. 357 sq. 361.
φθόγγος II. 418.
φθορά II. 156. 160.
φιλαδελφία III. 68.
φιλαυτία III. 219 sq.
φίλημα ἅγιον III. 310.
φιλοστοργεῖν III. 69.
φιλόστοργος III. 68 sq.
φιλοστόργως III. 69.
φιλοτιμεῖσθαι III. 277.
φόβος i. q. φοβερός III. 112 sq.
φοβοῦμαι II. 504. φοβοῦμαι seq. μή, μήποτε et simil. c. Conjunctivo aut Futuro II. 507.
φράσσω τὸ στόμα τινός s. τινί I. 175.
φρονεῖν III. 37. 173. φρονεῖν τά τινος II. 110. φρονεῖν τὸ αὐτό III. 87 sq.
φρόνημα II. 112 sq.
φρόνιμος II. 518.
φύραμα II. 488 sq. 492 sqq.
φύσις (I. 115 sq.): φύσει I. 114 sqq. ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία I. 138.

χαίρειν I. 22. χαίρειν τινί et ἐπί τινι III. 78 sq.
χαρὰ ἐν πνεύματι ἁγίῳ III. 201 sqq.
χάρις I. 21 sqq. χάρις καὶ εἰρήνη I. 21 sqq. χάρις τοῦ θεοῦ I. 326 sq. χάρις τοῦ Χριστοῦ I. 327 sq. ὑπὸ χάριν εἶναι I. 407.
χάρισμα I. 323 sq. 329. 334 sq. 428 sq. III. 52 sq. χάρισμα πνευματικόν I. 31 sq.
χρῆμα periphrasticum I. 117.
χρηματίζω II. 9.
χρηματισμός II. 438.
χρῆσις (coitus) I. 76.
χρηστολογία III. 312 sq.
χρηστόλογος III. 312.
χρηστός I. 175.
χρηστότης I. 98. 175. II. 509 sq.
Χριστός: οἱ τοῦ Χριστοῦ II. 82. εἶναι ἐν Χριστῷ II. 82 sq. οἱ ἐν Χριστῷ ὄντες II. 85. οἱ ἐν Χριστῷ II. 82. 86. εὑρίσκεσθαι ἐν Χριστῷ, εἶναί τι ἐν Χριστῷ, ἄνθρωπος ἐν Χριστῷ, II. 83. κοιμηθέντες, νεκροὶ ἐν Χριστῷ, ἀσθενεῖν ἐν Χριστῷ II. 84. Χριστός i. q. mens quam Christus postulat, Christi praecepta, Christi doctrina II. 118.
χωρὶς νόμου I. 182 sq.

ψεῦδος, τὸ I. 73. 167.
ψεῦσμα I. 163. 167.
ψιθυριστής I. 84.

ψυχή I. 380. II. 62. 119. ψυχή pro homine, maxime ubi hominum numerus initur III. 109. ψυχὴ ἀνθρώπου (= ἄνθρωπος) I. 107.
ψυχικός I. 380. II. 63 sq.

ὠδίνειν II. 168.
ὠδῖνες II. 168. ὠδῖνες τῆς κτίσεως, ὠδῖνες τοῦ Χριστοῦ II. 169.
ὡς rem opinione informatam notans III. 139 sq. ὡς Substantivis, Participiis totisque enuntiationibus praepositum quid significet II. 360 sq. ὡς Participiis adjuncti vis I. 240 sq. ὡς ἄν simulatque III. 285.
ωυ diphthongi usus II. 313.
ωϋ disyllabum II. 313.

B) INDEX VOCUM LATINARUM.

aut I. 229. aut Romani in negativis sententiis usurpant III. 191.
b et v confunduntur a librariis II. 210.
blanditiae (cur Plur.) III. 6.
bonus I. 270.
consenescere II. 6.
defendere se (i. q. se ulcisci) III. 94.
deliciae (cur Plur.) III. 6.
effundere I. 260 sq.
estoramentum III. 126.
et I. 229. et parentheticum I. 85 sq. et Romani in affirmativis sententiis usurpant III. 191.
inimicitiae (cur Plur.) III. 6.
instaurare III. 126.
instaurum III. 126.
irae (cur Plur.) III. 6.
ita I. 39.
locum dare alicui III. 94.
mens III. 28.
mori II. 6. mori alicui III. 176. 179.
peccatum et peccatus quomodo differant I. 291.
procedere III. 134.
quod I. 393.
stauramentum III. 126.
staurum III. 126.
v et b confunduntur a librariis II. 210.
vivere II. 6. vivere alicui III. 176 sqq.

C) INDEX VOCUM HEBRAEARUM.

אַבָּא II. 139 sqq.
אוֹת III. 270 sq.
אִישׁ : הֱיוֹת לְאִישׁ II. 10.
אֱלֹהוֹת [illegible] II. 442.
בָּא II. 282.
הִבְדִּיל I. 5.
בָּחִיר : בְּחִירֵי יְהוָֹה II. 298 sq.
בָּחַר בְּ II. 298. בָּחוּר II. 299.
בָּנָה III. 206.
בַּעַל : הַבַּעַל, הַבְּעָלִים, בָּמוֹת הַבַּעַל II. 439 sqq.
בָּרַךְ : בָּרוּךְ, מְבֹרָךְ II. 274.
בָּשָׂר II. 480.
גּוּף I. 384 sq.

נִגְלָה : גָּלָה seq. לְ s. אֶל II. 149.
גָּמַר III. 273.
דֶּרֶךְ II. 554.
הֶבֶל I. 65.
הֶבֶל II. 160.
חוּשׁ II. 366.
חָטָא I. 290.
חַיִּים : חַי III. 6. חַיָּה כָּעֵת II. 287 sq.
חָלַם III. 206.
הֶחֱרִים : חָרַם II. 246.
חֵרֶם II. 248 sq. 254.
טַעֲוָא I. 73.
יָדַע II. 199.
יְהוָֹה צְבָאוֹת : יְהוָֹה II. 352.
יִשְׂרָאֵל nominis verâ originatio ac notio II. 256.
כְּ praepositio (sub) II. 287.
כְּבוֹד יְהוָֹה : כָּבוֹד II. 257 sq. מֶלֶךְ הַכָּבוֹד III. 229.
כָּזָב I. 167.
כִּלָּיוֹן II. 348 sq.
כפרת varie pronuntiatum et translatum I. 190 sqq.
לָבַשׁ III. 144.
מֹפֵת III. 270 sq.
מָצוֹד II. 459.
מוֹרֶה I. 145.
מֵת II. 119.
נָבִיא III. 55.
נִדּוּי II. 254.
נָפַל II. 282.
נֶפֶשׁ pro homine, maxime ubi hominum numerus initur III. 109.
עַבְדֵי יְהוָֹה : עֶבֶד I. 3.
עוֹלָם הַבָּא , עוֹלָם הַזֶּה : עוֹלָם III. 23.
הֶעֱמִיד : עָמַד II. 321 sq.
עֶצֶם I. 384 sq.
כָּעֵת חַיָּה : עֵת II. 287 sq.
פָּרוּשׁ I. 6.
צַדִּיק I. 45. 51.
צֶדֶק I. 45.
צְדָקָה III. 62.
הִקְדִּישׁ : קָדַשׁ II. 248.
הִקְרִיב : קָרַב II. 248.
רַחֲמִים III. 6.
שָׂרָה I. 245.
שְׁכָבָה , שְׁכֹבֶת II. 291 sq.
שְׁכִינְתָּא , שְׁכִינָא , שְׁכִינָה II. 258.
שַׁמַּתָּא II. 254.
שָׁפַךְ I. 260.
שֶׁקֶר I. 73. 167.
שָׁרֵת II. 116.
שֹׁרֶשׁ III. 248.
תַּחַת אִשָּׁה : תַּחַת II. 8.
תַּרְדֵּמָה II. 558.

IV.

INDEX LOCORUM V. ET N. T. PASSIM ILLUSTRATORUM.

A) VETERIS TESTAMENTI.

Genes. 20, 3. II. 119.
— 26, 35. I. 145.
— 27, 38. (LXX.) II. 560.
— 34, 7. (LXX.) II. 560. 562.
— 44, 32. (LXX.) I. 290.
— 48, 20. (LXX.) II. 330.
Exod. 1, 5. III. 109.
— 1, 16. (LXX.) III. 286.
— 9, 16. II. 321.
Levit. 5, 4. (LXX.) I. 290.
— 5, 7. 11. I. 290.
— 10, 3. II. 564.
— 16, 15. 16. I. 192.
Num. 5, 19. 20. 29. II. 8.
Deut. 21, 18. 20. I. 145.
— 29, 4. (LXX.) II. 452.
— 30, 11 — 14. II. 388 sq.
— 32, 35. III. 96.
— 32, 43. III. 244 sqq.
Jud. 2, 13. (LXX.) II. 440.
— 3, 7. (LXX.) II. 440.
— 6, 34. III. 144.
— 10, 6. (LXX.) II. 440.
— 20, 36. (LXX.) III. 95.
1 Sam. 4, 21. 22. II. 258.
— 7, 4. (LXX.) II. 440.
— 12, 10. (LXX.) II. 440.
— 12, 14. I. 145.
— 15, 20. (LXX.) III. 141.
— 18, 15. (LXX.) I. 174.
2 Sam. 15, 11. (LXX.) III. 143.
1 Reg. 1, 14. (LXX.) III. 273.
— 1, 21. (LXX.) I. 290.
— 9, 18. II. 440.
— [3 Reg.] 12, 28. (LXX.) II. 441.
— 16, 26. (LXX.) III. 141.
— 19, 10. 14. 18. II. 437 sqq.
— [3 Reg.] 21, 29. (LXX.) II. 561.
2 Reg. 9, 13. I. 385.
2 Reg. [4 Reg.] 10, 29. (LXX.) II. 441.
— 17, 15. I. 65.
— [4 Reg.] 17, 16. (LXX.) II. 441.
— 21, 3. (LXX.) II. 440.
— [4 Reg.] 21, 7. (LXX.) II. 440.
— 22, 4. III. 290.
1 Chron. 17, 5. I. 50.
2 Chron. 28, 13. (LXX.) I. 290.
— 32, 8. (LXX.) II. 46.
Iob. 39, 16. [19.] (LXX.) II. 324.
— 41, 3. II. 554.
Ps. 1, 1. (LXX.) III. 141.
— 4, 5. II. 560.
— 5, 9. I. 175.
— 5, 10. II. 63.
— 10, 7. (LXX.) I. 176.
— 11, 5. III. 99.
— 14, 1. (LXX.) I. 174.
— 18, 50. III. 243 sq.
— 24, 7. III. 229.
— 26, 1. (LXX.) III. 141.
— 28, 5. (LXX.) III. 206.
— 29, 7. II. 274.
— 30, 13. II. 560.
— 35, 8. II. 458.
— 35, 15. II. 560.
— 50 [51], 6. I. 156.
— 51, 9. (LXX.) I. 245.
— 60, 5. II. 561.
— 66, 11. II. 459.
— 69, 1 — 37. II. 454 sq.
— 81, 14. (LXX.) III. 141.
— 109, 16. (LXX.) II. 560.
— 117, 1. (LXX.) III. 246.
— 118, 22. II. 365.
— 140, 11. III. 99.
Prov. 3, 4. III. 92.
— 11, 8. II. 458 sq.
— 12, 12. II. 459.

Prov. 20, 2. I. 290.
— 21, 5. (LXX.) II. 350.
— 25, 22. III. 98.
— 28, 26. (LXX.) III. 142.
Eccles. 4, 6. (LXX.) II. 471.
— 7, 26. II. 459.
Cant. 5, 12. (LXX.) II. 471.
Jes. 3, 13. (LXX.) I. 344.
— 6, 3. II. 557.
— 6, 5. II. 561.
— 8, 14. II. 365 sq.
— 10, 22. 23. II. 348 sqq.
— 11, 10. III. 246 sqq.
— 26, 13. (LXX.) III. 279.
— 27, 9. II. 523. 526.
— 28, 16. II. 364 sq.
— 28, 22. II. 350.
— 29, 10. (LXX.) II. 558 sqq.
— 31, 8. II. 468.
— 41, 15. (LXX.) II. 330.
— 45, 23. III. 187 sqq.
— 47, 5. II. 561.
— 50, 5. (LXX.) II. 428.
— 52, 5. I. 134.
— 52, 7. II. 407 sqq.
— 52, 15. III. 280.
— 59, 20. 21. (LXX.) II. 527 sq.
— 59, 20. II. 523.
— 59, 21. II. 525.
— 65, 1. 2. II. 426.
— 65, 15. II. 298 sq.
Jer. 2, 5. I. 65.
— 5, 16. I. 176.
— 11, 13. (LXX.) II. 441.
— 19, 5. (LXX.) II. 441.
— 29, 2. (LXX.) II. 421 sq.
— 32, 35. (LXX.) II. 441.
— 33, 7. (LXX.) III. 206.
Ezech. 12, 2. I. 145.
— 23, 35. I. 401.
Dan. 4, 34. (LXX.) III. 141.
Dan. 9, 24. II. 350.
— 10, 9. 15. II. 561.
— 10, 16. I. 317.
Hos. 2, 1. [1, 10.] (LXX.) II. 345.
— 2, 10. 15. (LXX.) II. 440.
— 2, 25. [23.] (LXX.) II. 345.
— 4, 12. II. 8.
Joel. 3, 5. II. 403 sq.
Mich. 1, 5. II. 81 sq.
Habac. 2, 4. I. 50 sq.
— 2, 10. I. 290.
Zeph. 1, 4. (LXX.) II. 440 sq.
Judith 5, 1. I. 58.
— 15, 10. II. 371.
— 16, 14. II. 151.
Sap. 6, 3. III. 105.
— 6, 5. III. 110.
— 7, 12. I. 98.
— 19, 6. II. 151.
Tob. 1, 5. II. 441.
Sirac. 9, 11. II. 372.
— 11, 17. II. 372.
— 14, 1. II. 561.
— 16, 17. III. 95.
— 18, 31. II. 372.
— 20, 21. II. 561.
— 25, 21. I. 31.
— 26, 29. I. 387.
— 36, 15. III. 15.
— 38, 12. III. 94.
— 47, 20. II. 561.
1 Macc. 4, 19. III. 273.
— 6, 7. I. 132.
— 6, 23. III. 142.
— 12, 11. I. 28.
— 13, 31. III. 142.
2 Macc. 14, 15. I. 309.
4 Esr. 16, 54. III. 99.

B) NOVI TESTAMENTI.

Matth. 3, 10. III. 118.
— 6, 14. 15. I. 324.
— 6, 22. 23. III. 68 sq.
— 12, 4. III. 195.
— 28, 15. I. 309.
Marc. 1, 4. I. 361.
— 8, 20. II. 471.
— 14, 36. II. 139.
Luc. 1, 6. III. 141.
— 1, 35. I. 8.

Luc. 1, 55. I. 34.
— 2, 2. II. 421.
— 2, 14. II. 372.
— 2, 49. I. 98.
— 3, 3. I. 361.
— 4, 13. I. 309 sq.
— 4, 26. 27. III. 195.
— 7, 1. III. 273.
— 11, 34. III. 63 sq.
— 12, 21. II. 402.
— 14, 9. III. 95.
— 15, 12. II. 330.
— 15, 24. II. 119.
— 22, 37. II. 380.

Joh. 1, 12. II. 139.
— 1, 15. II. 421.
— 1, 46. II. 381.
— 3, 19. II. 124.
— 3, 31. I. 336.
— 7, 4. II. 75.
— 9, 34. I. 291.
— 10, 8. III. 278.
— 11, 40. I. 367.
— 11, 47. I. 172.
— 15, 3 sq. II. 82 sq.
— 15, 8. II. 526.
— 17, 3. II. 526. III. 199 sq.
— 18, 37. I. 105.
— 19, 12. II. 428.
— 20, 2. III. 226.
— 20, 17. III. 233.

Act. 1, 1. II. 421.
— 2, 37. II. 560.
— 2, 41. III. 109.
— 7, 2. III. 229.
— 7, 45. II. 432.
— 9, 31. I. 225. III. 141.
— 10, 14. III. 192.
— 10, 48. I. 362.
— 13, 6. I. 308.
— 13, 34. II. 52.
— 15, 24. I. 132.
— 20, 11. I. 308.
— 21, 21. III. 142.
— 23, 5. I. 98
— 23, 12. 14 21. II. 249.
— 24, 9. I. 66.
— 25, 19. I. 66.
— 25, 22. II. 245.
— 25, 23. I. 104.
— 26, 22. 23. I. 13.

Rom. 1, 7. I. XXIV sq.
— 1, 15. I. XXV.
— 3, 26. I. 105.
— 8, 22. I. 309.
Rom. 9, 3. I. 195.
— 11, 8. II. 561 sq.
— 11, 25. II. 471 sq.
— 13, 10. II. 473.
— 13, 13. III. 141.
— 15, 6. I. 8.
— 15, 16. III. 19.
— 15, 29. II. 471.
— 16, 2. II. 84.
— 16, 25—27. I. XXXVIII sqq.
— 16, 26. 27. II. 266.

1 Cor. 1, 2. I. XXV.
— 1, 9. I. 15.
— 1, 26. I. 380.
— 2, 1. III. 13. 291.
— 2, 14. I. 380.
— 3, 1 sq. II. 47.
— 3, 2. III. 220.
— 3, 9. III. 207.
— 3, 22. II. 224.
— 4, 20. III. 201.
— 6, 15. III. 44.
— 6, 17. II. 14.
— 7, 24. II. 204.
— 7, 34. II. 62.
— 8, 6. II. 556.
— 8, 13. III. 209.
— 9, 8. I. 160.
— 10, 18. I. 24. 195.
— 10, 22. I. 173.
— 10, 26. II. 469.
— 10, 33. III. 221.
— 11, 7. I. 187 sq.
— 11, 14. I. 116.
— 11, 27. III. 191 sq.
— 12, 3. II. 249.
— 12, 12. II. 255.
— 13, 2. II. 552.
— 14, 14. III. 28.
— 14, 27. III. 65.
— 14, 28. III. 213.
— 15, 17. I. 291 sq.
— 15, 18. II. 83 sq.
— 15, 20 — 23. I. 13.
— 15, 21. I. 292 sq.
— 15, 31. II. 541. III. 262.
— 15, 47 — 50. I. 292 sq.
— 15, 48. 49. I. 302.
— 15, 49. II. 202.
— 15, 51. II. 517.
— 15, 53. 54. II. 130.
— 16, 8. 19. I. XXXII.
— 16, 15. III. 304.
— 16, 22. II. 249.

2 Cor. 1, 3. I. 8.
— 1, 5. III. 275.

2 Cor. 1, 7. III. 65.
— 1, 10 — 12. III. 52 sq.
— 1, 12. I. 380.
— 1, 13. III 191.
— 1, 24. III. 80.
— 2, 1. III. 191. 291.
— 2, 6. 7. III. 241.
— 2, 12. III. 227 sq.
— 2, 17. II. 240.
— 3, 18. II. 202.
— 4, 6. I. 188.
— 4, 11. II. 130.
— 5, 4. II. 180.
— 5, 12. I. 283.
— 5, 15. III. 176.
— 5, 17. II. 158.
— 5, 18. 19. I. 279.
— 6, 1. III. 240 sq.
— 7, 1. II. 62.
— 7, 5. III. 228.
— 7, 7. I. 195.
— 8, 2. III. 62.
— 8, 9. I. 266.
— 8, 12. II. 54.
— 8, 13. 14. III. 48.
— 8, 21. III. 92 sq.
— 8, 23. III. 47.
— 9, 8. III. 168.
— 9, 10. III. 200.
— 9, 11. III. 62.
— 10, 1. II. 76. III. 4.
— 10, 8. III. 206.
— 10, 13. III. 88.
— 11, 10. II. 242 sq.
— 11, 15. I. 427. III. 237.
— 11, 26. III. 80.
— 11, 31. I. 8. III. 234.
— 12, 2. II. 83.
— 12, 13. II. 75.
— 12, 18. III. 141.
— 13, 5. II. 84. 118.
— 13, 11. III. 88.
— 13, 12. III. 310.
Gal. 1, 1. I. 15.
— 1, 4. III. 232.
— 1, 8. 9. II. 249.
— 2, 13. III. 89.
— 2, 14. I. 195.
— 2, 16. III. 195.
— 2, 20. II. 118.
— 3, 15. I. 160.
— 3, 22. II. 546.
— 3, 23 sq. II. 138.
— 3, 26. 28. II. 83
— 3, 26. I. 195.
— 3, 27. III. 144.
— 4, 4. II. 469.
Gal. 4, 10. III. 170.
— 4, 19. II. 118.
— 5, 1. III. 80.
— 5, 3. I. 38.
— 5, 16. III. 142.
— 5, 25. I. 225. III. 142.
— 6, 10. III. 205.
— 6, 15. II. 158.
— 6, 16. III. 142.
Ephes. 1, 1. I. XXV.
— 1, 3. I. 8.
— 1, 16. 17. III. 230.
— 1, 17. I. 366. III. 229. 233 sq.
— 1, 23. II. 472.
— 2, 1 sq. I. 266.
— 2, 1. I. 324.
— 2, 3. I. 116. 379.
— 2, 11. I. 195.
— 3, 17. II. 118.
— 3, 19. II. 469. 471.
— 4, 1. II. 84.
— 4, 13. II. 471.
— 4, 17. 23. III. 28.
— 4, 17. II. 84. 240. III. 141.
— 4, 22. 24. III. 137.
— 4, 27. III. 94.
— 5, 8. I. 415 sq. II. 83.
— 5, 20. III. 233.
— 5, 25. II. 14.
— 6, 6. I. 8.
Philipp. 1, 8. I. 31.
— 1, 12. I. 35.
— 1, 15. II. 372.
— 1, 18. II. 118.
— 2, 2. III. 88.
— 2, 11. III. 188 sq.
— 2, 13. II. 372.
— 3, 3. I. 226.
— 3, 9. I. 46. II. 83.
— 3, 16. III. 142.
— 3, 19. I. 427.
— 3, 21. I. 382. II. 202.
— 4, 1. II. 83.
— 4, 2. III. 87.
Col. 1, 3. I. 8.
— 1, 8. III. 203.
— 1, 13. II. 520. III 201.
— 1, 16. 17. II. 556.
— 1, 19. II. 471.
— 1, 24. 25. III. 274 sq.
— 2, 5. II. 425.
— 2, 6. II. 83.
— 2, 9. II. 471.
— 2, 11. I. 380.
— 2, 14. III. 183.
— 2, 16. III. 200.

Col. 3, 5. I. 379.
— 3, 22. II. 270.
— 4, 11. III. 201.

1 Thess. 2, 4. III. 221.
— 3, 8. II. 83.
— 4, 1. II. 240.
— 4, 16. II. 84.
— 5, 23. II. 62. 64.

2 Thess. 1, 5. III. 12 sqq.
— 1, 10. III. 13.
— 1, 11. II. 372.
— 3, 6. I. 25.

1 Tim. 1, 17. I. XLII.
— 2, 6. III. 12 sqq.
— 2, 8. III. 161.
— 3, 16. II. 266.
— 6, 17. I. 24. 195.

2 Tim. 1, 16. III. 297.

Tit. 2, 9. III. 31.
— 2, 13. II. 267.

Philem. 1. 9. I. 20.

1 Petr. 1, 7. I. XL.
— 1, 9. I. 427.
— 1, 14. III. 22.
— 1, 20. II. 200 sq.
— 2, 5. III. 19 sq.
— 2, 9. II. 204.
— 2, 13. 14. I. 15.
— 2, 13. III. 110.
— 3, 4. II. 64.
— 3, 20. III. 109.
— 3, 22. II. 225.
— 4, 3. III. 141.
— 4, 11. III. 48.
— 4, 17. I. 427.

1 Petr. 5, 14. III. 310.

2 Petr. 1, 1. I. 3.
— 2, 6. II. 95.
— 2, 10. III. 142.
— 3, 17. III. 89.

1 Joh. 2, 3. II. 526.
— 2, 6. II. 83.
— 2, 25. II. 526.
— 3, 1 sq. II. 139.
— 3, 23. II. 526.
— 4, 8. II. 120.
— 5, 2. II. 526.

2 Joh. 9. I. 177.

3 Joh. 4. II. 526.

Hebr. 1, 6. II. 203.
— 1, 9. III. 233.
— 2, 10. 11. II. 203.
— 2, 18. II. 94.
— 6, 17. II. 94.
— c. 7 — 10. III. 19.
— 7, 16. II. 47.
— 8, 7. II. 421.
— 9, 14. II. 127.
— 9, 26. I. 112.
— 10, 30. III. 97.
— 11, 13. II. 374.
— 11, 19. III. 168.
— 11, 26. II. 467.
— 12, 3. II. 428.
— 13, 4. III. 65.
— 13, 5. III. 66.

Jac. 1, 6. II. 111.
— 3, 15. I. 380.
— 3, 15. II. 322.

Jud. 25. I. XLII.

EMENDANDA

IN TOMO III.

P. 81. lin. 19. 20. objecit. Qui lege objecit, qui
— 94. l. 11. al l. al.
— 109. l. 15. ψυχῇ l. ψυχή
— 160. l. 21. post syntaxis dele Comma.
— 211. in titulo Cap. XII. l. Cap. XIV.
— 212. l. 26. qui l. cui
— 213. in titulo Cap. XIII. l. Cap. XIV.
— 215. in titulo Cap. XIII. l. Cap. XIV.
— 222. l. 4. species." l. species.").
— 256. l. 26. Apostolus l. Apostolos.
— 274. l. 7. a fine pcsuit. l. posuit.
— 308. l. 16. a fine φλέγοντα l. Φλέγοντα
— 309. l. 16. φιλόλογον l. Φιλόλογον.

439 55

3 2044 052 932 969

